



25  
POLYDORI.


VERGILII VRBI-

NAE IN RERVM

INVENTIBUS LIBRATO. R.8428

INSULEM IN ORATIONEM DOMINICANAM  
COMMENTARIOLUM.

CUM INDICE VERBORUM & VERBORUM  
SIGNIFICATIONE.



LEONARDI

ANTONIVM

GRIVM.

M. DC. CVII.



20. r.

P O L Y D O R I .

V E R G I L I I V R B I -

N A T I S D E R E R V M

inuentoribus li-


bri octo.

R.8428

*Eiusdem in orationem Dominicanam  
commentariolum.*

Cum Indice & rerum & verbo-  
rum locupletissimo.

F I R M I T E D V C E S



H O C


L V G D V N I

A P V D A N T O N I V M

G R Y P H I V M .


M. D. XCVII.





AD LECTOREM.

Quum opus istud iampridem non indignum habitum sit, quod, doctissime Lector, à te legeretur, vel notum etiam fieret cæteris hominibus minimè literatis, quando Galli, Germani, & Itali in suam quisque linguam vernaculam & vulgarem iam vertit: idcirco ut illud manus legentibus emolumentum faceret, plùsque delectamenti afferret, rursus denique ab auctore suo perfectè est auctum, quod ita multo locupletius tu nunc accipies: vnde quicquid hauseris, purum, integrum, liquidumque te haud dubiè haurire senties. Vale.



N POLYDORVM SI-

MON GRYNÆVS.

*Qui more & ritu arguta apis  
Campos Thespiadum peruolat,  
Amicis passim floribus  
Cautè os impressus, insidet,  
Succos viros, miras opes  
Genere omni auctorum conuehit,  
Diuite mox alucario  
Fauos & mella dulcia  
Subinde præbet omnibus,  
POLYDORI non intellige  
Merito qui non summo sibi  
Nomen venerandum vendicet.*

POLY



POLYDORVS

VERGILIVS VRBI-

MAS, LVDOVICO ODAXIO

Parauino, s. D.

**S**VM equidem nescius, Lu-  
douice Odaxi, qua venia  
digni accipiatur illi, qui lon-  
gè à vero aberrantes, in fabulis dun-  
taxat nervos prorsum omnes cõtende-  
rint. In quorù sanè numero, cum poë-  
tæ, tum veteres philosophi maxime  
sunt. Sed illis quorum propriù est nu-  
gas sectari, ignoscendum est, his autè  
non item, quippe qui quum veritatis  
quæ, sicut præclarè Pindarus ait, ma-  
gnum est virtutis principium, inuesti-  
gandæ gratia, talem scribendi mate-  
riã nacti essent, vt eam suapte natur

## EPISTOLA

se illis sapius offerentem, facile cō-  
 prehendere possent, adeo in obscuris  
 versati sunt tenebris, vt pro veritate,  
 magis magisque fingēdi fabulas ma-  
 teriam præbuerit. Etenim, vt deini-  
 tijs rerum, de mundi fabrica ta-  
 ceam, quum de Deo aut cœli motu  
 differerent, physica quadam ratione,  
 multò nempe maiorem, quàm fo-  
 ret, deorū multitudinem reddide-  
 runt, qui induti specie humana fa-  
 bulas poëtis suppeditarunt, homi-  
 num autem vitam superstitione o-  
 mni refer serunt, velati qui deinde  
 viros beneficijs excellentes in cœ-  
 lum, fama ac voluntate tollere  
 consueuerint. Que tamen summa  
 leuitatis plena sunt, dicuntur ta-  
 men, & stultissimè creduntur.  
 Sed ipsos philosophos, quum sa-  
 pientiæ laudem adepti essent, eò  
 quòd pleno gressu veritatem sequi  
 viderentur, nihil profectò, vt arbi-  
 tror,

## DEDICATORIA.

tror, tam deuos egit, quàm veri  
 Dei ignoratio: ex quo haud dubiè  
 tot fabularum delirationes mana-  
 runt, tunc potissimè quum futilis  
 esset hominum simplicitas: nam no-  
 stro tempore, quo quidem impen-  
 diò magis homines sapiunt, quis  
 huiuscemodi deos colit, quorum ac-  
 cipimus cupiditates, ægritudines,  
 iracundias, bella, vulnera, libidi-  
 nes? Quis harpyias fuisse, aut chi-  
 mæram monstrum putat? Quæ ve-  
 anus tam excors inueniri potest,  
 quæ illa quæ quondam credebantur  
 apud inferos portenta extimes-  
 cat? Quis tam hebetis ingenij est,  
 vt metuat ne supra se cœlum labet:  
 sicut Galli Adriæ vicini, Magno o-  
 lim Alexandro percontanti, quid-  
 nam esset quod maximè pertimes-  
 cerent, sese formidare id tantum  
 respondisse dicuntur. Vbi gentium  
 mensa Solis est, quæ diuinitus epulas

## EPISTOLA

suppeditet, quam Æthiopes se quon-  
 dam habere iactabant? Verissimè igitur  
 M. Tullius inquit, diem opinio-  
 num commenta delere, naturæ iudi-  
 cia confirmare, quoniam solum tem-  
 pus veritatis est parens. Quare hoc  
 fabulis fidem habendi vitium, magis  
 temporum quàm hominum fuisse di-  
 xerim. At nobis, qui longè hercle  
 felicitate atate geniti sumus, pro-  
 pterea quòd verum Deum quotidie  
 intuemur, contemplamur, atque  
 veneramur, nullisque amplius præ-  
 stigijs demonum ducimur, eequid  
 turpius magisve pudendum esse po-  
 test, quàm nugæ terere, & fon-  
 te veritatis omissio, fabularum ri-  
 uulos sectari, quum præsertim ita  
 natura comparatum constet, vt nul-  
 lus suauior animo cibus sit, quàm  
 veri cognitio? Ego ita opus de re-  
 rum inuenteribus orsus, quàm ve-  
 rissimè potui, omnia tradidi, quòd ne-  
 mo

## DEDICATORIA.

mo sua laude fraudaretur: quo-  
 niam inuenire primum præcipu-  
 umque est, rei que inuentæ digni-  
 tas, adeo multos trahit in amorem  
 sui, vt singuli si fieri possit, artis  
 alicuius auctore se dici velint, quòd  
 sine artibus satis constet nullam om-  
 nino vitam esse potuisse. Ex quo  
 diligentius multò officium feci, &  
 maximè quum de origine deorum,  
 & eorum cultu, de rerum initijs,  
 de hominis ortu prodidimus: quod  
 neuiquam facile fuit, quando iam  
 nugæ cuncta oppleuerant. Cæte-  
 rum sum ego itidem, fateor, in  
 plerisque locis id genus fabulas se-  
 quutus: quibus etiam verum spe-  
 cie aliqua velatum subest: ob id  
 tamen nihilominus veritati hæsi-  
 mus, quam de hoc ratio ipsa exi-  
 gere visa est. Et quanquam Satur-  
 no, Ioui, Neptuno, Mercurio, Dio-  
 nyfio, Apollini, Æsculapio, Cereri,

## EPISTOLA

Vulcano, & alijs quos deos vocant, quædam assignauimus, ea ipsa tamen illis tanquam mortalibus, non tanquam dijs, licet ipse quoque deos nuncupauerim, attribui-  
mus. Haud me fugit insuper, quosdam maleuolentissimos fore, qui industriam nostram fortasse temeritatem appellabunt, quia ego solus de rerum inuentoribus scribere ausus sum, quod nemo ante me, præter Plin. particulatim tentarat, qui in 7. Natur. histor. de hac re strictim admodum meminit, fabulas sic sequutus, vt minus veritatem inuestigarit. Verùm illud prorsus ignorabunt, id multò esse præclarus, quò difficilius extiterit. Ecquid enim laudis assequutus esset Cæsar, si facile fuisset Britannis bellum inferre? aut Annibal quantum gloriæ sibi comparasset, si peruias Alpes dum Italiam adiret, ci-  
tra,

## DEDICATORIA.

tra, vt dicitur, puluerem sudorémque, ac non magna suorū cæde, fecisset? Propter quod nos etiam hoc opus, etsi arduum, magno animo suscepimus, maturauimusque: in quo si quid desiderabitur, nemini mirum sit, quando multa non modò vetera, sed noua inuenta sunt, quorum, vt in extremo tertio operis libro perspicuè demonstrauimus, inuentores in dēfissimis omnino vmbrijs latent. Non idcirco tamen inficior (haud enim tantum mihi assumo, quum sint hodie plures longè me doctiores) quin possit quispiam de hac re, veluti de prouerbis, quorum libellum proximo anno Guidoni principi Urbini Duci inscripsimus, copiosius tradere. Verùm quicumque hoc vel illud posthac ingrediatur iter quia nos primi stadium cucurrimus, is fortasse nostra vestigia sequi non gra-  
uabitur.


EPISTOLA

uabitur. Has autem, qualescunque sunt, lucubrationes, in quibus multarum rerum origo continetur, nemini conuenientiùs dicari posse, vel debere iudicauì, quàm tibi, qui ad vnguem scriptorum omnium monumenta noris: nam, vt diuus Hieronymus, inquit, illi tertium Vergilij *Aneid.* librum lucidiùs intuentur, qui à Troade per Leucadem, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad ostium Tyberinum nauigarint: qui insuper sic Guidoni Urbini duci nostro ab incunte eius atate, à dino Federico, vt olim à Philippo Macedone Magno Alexandro Aristoteles, præceptor datus es, qui quum te duce, vtriusque linguæ peritissimus euaserit, haud equidem immeritò præ omnibus ei charissimus es, apud quem, vt par est, summum dignitatis gradum tenes, à quo denique tanti sis, quanti certè fieri debes.

Accipe

DEDICATORIA.

Accipe igitur, Ladouice Odaxi, hilare vultu, hoc opus à Polydoro tuo Vergilio: idque ea frontis serenitate perlegito, qua eiusmodi scripta legere consueuisti. Vale: Urbini,  
Nonis Augusti, Anno 1499.



INDEX CAPITVM

IN LIBROS DE INVEN-  
toribus rerum.

CAPITA LIBRI PRIMI.

Cap. I.

D	De prima deorum origine, & vnde Deus dictus.	pag. 1
2	De initijs rerum	8
3	De primo hominum ortu, & linguarum varietatis origine, an Romanis lingua vna eademque Latina communis fuerit, necne: atque inibi de prima agentium diuisione.	10
4	De origine coniugij, & vario apud gentes vſu, & qui in propatulo pecudū more coirent, ac quis liceret ante virum, nouā inire nuptiam, & inibi de diortij initio, ac qui in matrimonio veterum ritus.	17
5	De religionis origine, & qui colendorum deorum primi auctores fuerint, & Deo vero sacrificauerint.	27
6	Quis primus literas inuenerit, vel in Latium attulerit, & de earum numero aucto, varietate, vique, ſoneque.	31
7	De origine grammatice, & quantum valeat.	38
8	De	De

INDEX CAPITVM.

8	De poetice artis origine, atque eius præstantia, ibique locus Ciceronis in Catone emendatus.	41
9	De origine metri, & metrorum plura esse genera.	44
10	De tragediæ atque comediæ initijs.	46
11	De origine satyræ, nouæque comediæ.	48
12	Quis primus historiã condiderit, & de eius vtilitate: aut ſolutam orationem inuenerit, deque texendæ ipſius historiæ regula.	50
13	De origine Rhetorices, & quibus rebus eius ratio contineatur.	53
14	Quis primus musicam repererit, & quantum ea valeat ad tolerandos humanæ vitæ labores.	55
15	Qui primùm instrumenta musica diuerſi generis inuenerint, & ea in Latium attulerint, ac quod ſit organum, & de antiquiſſimo vſu tiliarum in prælijs.	59
16	De origine philoſophiæ, & de duobus eius principijs, & quis primus inuenerit ethice, & dialectice, ac dialogos introduxerit.	65
17	Qui primi aſtrogiam adinuenerint, aut quorandã ſydeum curſus, & ſphæram ventorūque rationem, atque quot illi ſint, & obſeruaciones ſydeum in nauigando.	68
18	Qui primi geometriam & arithmeticam inuenerint.	73
19	Quis	73

- 19 Quis primus repererit pondera, & mensuras, ac numeros, & de vario apud gentes numerandorum annorum modo. 75
- 20 Quis primus medicinam inuenerit, & in quot ea diuisa sit partes, ac apud quos olim populos non fuerit medicorum usus. 77
- 21 De herbariæ & medicamētariæ atq; mellesæ medicinæ inuentoribus, & quæ homines ab animalibus remedia didicerint. 82
- 22 Quis primus magicam artem inuenerit, & à quibus celebrata, & quis modum estugandi dæmones, aut incantationes ediderit, quibus morbi sedarentur. 86
- 23 De origine necromantiæ, pyromantiæ, aëromantiæ, hydromantiæ, geomantiæ, & chiromantiæ. 90
- 24 De duobus diuinandi generibus, & de origine aruspicinæ artis, & sortium Præcæstinæ, & quis somniorum interpretationem docuerit. 92

## CAPITA LIBRI SECUNDI.

- D**E iuris & legum origine, & qui primi mortalibus leges dederint, & quæ causa à principio dandi fuerit. 98
- 2 Qui regiam vel popularem ciuitatē principio instituerint, tyrannidemq; exercuerint, & diadema vel seruitium inuenerint, & quis Areopagitarum magistratum constituerit, aut iustitiam inuenerit. 104
- 3 De

- 3 De triplici administrationis genere Romanæ ciuitatis, & de origine insignium Regū, & ex qua arbore fierent magistratuum virgæ, atque quis primus censum instituerit, & de senatorio atque equestri censu, vel carcerem adificauerit, & ibidem quid esset lustrum conditum, ac de initio tributi imponendi. 109
- 4 Qui primi constituerint annū, & quàm varium & inuenerint hunc annum quo utimur, vel menses, atque eos diuiserint in Nonas, Idus, Calendas, ac quis excogitarit numerum aureum. 119
- 5 Quis horas primus constituerit, aut horologia diuersi generis inuenerit. 125
- 6 Quomodo ab initio alij aliter dies obseruariant, & noctes diuiserint. 128
- 7 Qui primi libros ediderint, & de prima bibliotheca, & à quo, aut ubi usus imprimendarum literarum primum inuentus. 129
- 8 De primo usu scribendi apud præcos etiam pennotas, & quando primum sit inuenta charta, vel membrana. 133
- 9 Quis primus memoriæ artē monstrauerit, aut qui eiusdem gloriam adepti sint. 135
- 10 A quo primum militaris ars inuenta, & virtutum illa literis præster; idem in exercitu ordines, tesserae & vigiliæ, & de primo pugnandi modo. 137



- 11 De primo armorum & ancorum tormentorum usu. 139
- 12 Quis primus equitandi artem, aut usum equos domandi, vel eorum vngulas ferreis soleis muniendi, ac ornamenta inuenerit, & bigas atque quadrigas iunxerit, & vehiculum cum quatuor rotis repererit, & qui ex equo pugnare primum instituerit. 142
- 13 Quis primus instituerit apud Græcos olympicum certamen, & alios id genus ludos, & Pyrrhicam saltationem, atque palæstrā & à quibus inuentus ludus pilæ, alexæ, tesserarū, furuncolorum, talorum, par impar micare, ac quid sit tessera, vel talus. 146
- 14 De quorundam ludorum origine apud Latinos. 154
- 15 Quis primus inuenerit inducias & fœdera, & de vario eorundem faciendorum ritu, ac quot essent genera. 158
- 16 A quo primum mos triumphandi fluxerit, & quis primus apud Romanos triumphum aut ouationem duxerit, ac cui triumphare, aut ouare liceret, & de ritu ponendi trophæi 162
- 17 Qui primi coronas inuenerint, & de variis earum generibus, & à quo ciues coronandi consuetudo manauerit, & de usu coronarum in conuiuijs: inibi que locus Vergilij enodatus: & vnde mos, vt coronati suppli

- supplicarent Deo, epularenturque in funere faciendo, ac spectarent ludos. 165
- 18 De antiquissimo usu vnguentorū, & quando primum ea cognita Romanis. 169
- 19 Qui primi inuenerint aurū, argentum, ferrum, plumbum, æs, fabrilis que instrumenta, & ignem primum, mox è silice aut lignis, & folles, atque lucernæ usum. 171
- 20 A quibus primum numus aureus inuentus, aut quis argentum & æs signauerit, atque speculum argenteum fecerit. 175
- 21 De origine annulorum, ac primo gemmarum usu, & cur digitus sinistræ manus minimo proximus, annulo cingi consueuerit. 178
- 22 De origine vitri & electri, & quis primus inuenerit minium, & myrrhina in urbem asportauerit, & de crystallo. 181
- 23 De origine simulachrorum, & qui primi statuas posuerint, & Græcos cōtrario Rom. more, eas non velare, & de usu incendiandi thus, ceresiq; ad ipsas statuas: & qui primi thus vendere cœperint: item quædam memoratu digna de imagine Magni Alexandri. 184
- 24 De origine picturæ, & quis primus colores inuenerit, aut penicillo pinxerit. pag. 190
- 25 De primis plasticis inuentoribus, & quis rotam figurariam repererit. 191

- A** Quibus primùm inuenta agricultura & quot ea redundet bonis. 193
- 2 Quis primus mortalibus fruges, & eas molendi aut stercoreandorū agrorum, vel pinsendi frumenti vsum monstraerit, & boues aratro iunxerit, aut ferramenta rustica inuenerit, vel cribra diuersi generis. 196
- 3 Quis primus vitces & alias arbores plantaerit, earumque insitionem docuerit, & vsum vini repererit: & vino aquam miscuerit, atque de nouo vitandæ ebrietatis modo: & qui caupones primi, vel quis oleam aut vsum olei & mel adiunxerit, vel ex hordeo potum fecerit, atque lac coegerit. 200
- 4 A quibus quædam peregrinæ arbores in Italiam translatae. 208
- 5 Quis primus animalibus rebûsq; alijs nomen imposuerit, & de primo immolandi instituto, ac carniū esu, vsûque victus delicatioris, & more nominandi eum cui in conuiuio poculū tradatur, ac de vsu venandi, piscandi, & salis inuentione: & quis apud Rom. primus auaritia, ferarumque viuaria instituerit, aut qua animalia legionum insignita fuerint. 211
- 6 Quis primus inuenerit linum, retia, nendi, texen-

- texendique modum, vel artem fulloniam: & saponem, aut qui lanas infecerint, aut repererint lanificij vestiumque variarum, ac pellium vsum, fusos, aulæa, sutoriam artem, sericum, & quando eius copia per Europam fieri cœperit, ac bombycinam vestem atque purpam, ac quid ipsa sit purpura, & quanto in honore olim & pretio fuerit. 212
- 7 De origine architecturæ. 222
- 8 Qui primi luteas aut lateritias domos ædificauerint, & regulas lapidicinas inuenerint, & de prima columnarum origine, & quando primùm marmorum vsus Romæ in ædificijs. 230
- 9 Qui primi condiderint oppidum, muros, turres, tabernacula, delubra: aut quis primus Deo omnipotentî templum posuerit, & qui puteos foderint. 232
- 10 De primis labyrinthorum pyramidumque auctoribus, & de Mausoleo sepulchro, ac de vario apud gentes olim sepeliendi vsu, & vnde apud Romanos mos cremandi cadauera cremadorumque Imp. post mortem atque de origine funebri orationis. 236
- 11 Qui primi obeliscos fecerint, aut eos Romam inuexerint, & inibi locus Plinij emaculatus, & de notis obeliscorum, & quales essent

- essent Aegyptiorum literæ. 245
- 12 A quibus primùm asyllum constitutū fuerit, & quo nos pacto asyllum utamur. 248
- 13 De origine theatri, & in eo recitandi comœdias tragœdiæque modo, & qui primò Romæ theatrum & amphitheatrum, ac circum cōstruxerint, & quare amphitheatrum arena spargeretur, & inibi de frequenti apud veteres lauandi vsu, & thermarum origine. 251
- 14 Quis primus inuenerit fabricam materiam, & in ea sertam, asciam, perpendiculum, terebrum, glutinum, normam: libellam, tornum, clauem, circinum, securim, dolea, & vasa viminea. 258
- 15 Quis primus mari inperauerit, & vt primò nauigari cœptum sit, & qui inuenerint artem nauigandi, nauigia diuersi generis, remum, vela, anchoram, gubernaculum, & pugnam naualem. 260
- 16 Qui primi mercaturam inuenerint, & de primis institutoribus. 265
- 17 Quis primus instituerit artem meretriciæ, & Bacchanalia sacra, ac qualis pœna adulterij: aut quis inuenerit tincturam capillorum, vel vsum tondendi & quando primum tonsores Romæ. 267
- 18 Multa cum vetera, tum noua inuenta esse quorum auctores ignorentur. 273

C A P I

## C A P I T A Q V A R T I L I B R I .

- D**E principio ecclesiæ Christianæ que religionis. 281
- 1 De Christianæ reipublicæ origine, eiusque miro à primo incremento, ac apostolorum Petri & Pauli martyrio. 291
- 3 Quando primum circuncisio instituta, ac de eius duplici genere, & quàm graue visum sit eius rei præscriptum. 297
- 4 De primo baptismatis vsu, & baptizandorum infantium instituto, & de baptismo nõ iterando, ac modo baptizandi adultos, & quibus diebus. 301
- 5 De sacerdotij eiusque graduum apud Hebræos initijs, ac magno Pontificis minorisque sacerdotis cōsecrationis mysterio, & quibus uterque amiceretur indumentis sacris, & quantum temporis daretur Leuitis ad ministrandum. 309
- 6 A quo noster primùm institutus fuerit sacerdotalis ordo, & quotuplex esset sacerdotium, & quid sit sacerdotis manuum impositio, ac quis episcopus Pontifexve, atque quale eorum munus, & quomodo ad id munus eligerentur, & quomodo essent instituti. 315
- 7 De primo ritu sacrorum, quibus initiantur ij qui sacerdotes fiunt, & amiciendi vsu, ac ibidem de sacerdotis officij initio. 325

B 4

Vnde

- 8 Vnde mos natus, cur omnes initiati verticem deradant, ac quàm illud facere olim probrosum fuerit, & ibi de Nazareorum secta, & quando lege exceptum sit, quibus initiari non liceret, præsertim per bigamiam, & quomodo liceret, ac vnde ipsa bigamia introducta sit. 329
- 9 Qui primi in vrbe Roma & alibi presbyteris parochias, ac episcopis diœceses diuiserint, ac quale fuerit parochorum officium, & de Cardinalium ordinis origine. 334
- 10 De origine honorum qui Romano pontifici habentur, & de eius auctoritate in omnes ecclesias, atque quibus illius, & episcoporum ac Imperatorum occidentalium eligendorum ius à principio fuerit. 342
- 11 Qui primi notarios in vrbe Roma constituerint, qui res martyrum gestas scriberent, & ibidem de protonotariorum ac cubiculariorum origine. 348
- 12 Vnde natum, cur sacerdotum ordo in variis abiuerit munerum gradus, & de primo pallij vsu, eiusque forma, ac primordio collegij relicto in Roma à papa Gregorio, & de antiquo iuradi modo, id est, præsentis contumacibus sacris, hoc est, eos excommunicandi, vt vulgò dicitur. 350
- 13 Qui primi instituerint vt virgines consecrarentur, & vnde fluxerit mos velandi caput, illudque aperiendi viris principibus, atque osculandi Pontificum pedes & manus, item osculo salutandi, ac ipsos pedes mutuo lauandi. 359
- 14 Qui primi apud Romanos instituerint sacerdotes flamines, virgines Vestales, Pontificem maximum, salios, feciales, patrem patrum, regem sacrificulorum, augures, epulones, sodales Titios & aruales, ac singulorum officia, & quæ procurarent sacra, & de primo lectisternio, atque librorum Sibyllinorum origine. 366

erarentur, & vnde fluxerit mos velandi caput, illudque aperiendi viris principibus, atque osculandi Pontificum pedes & manus, item osculo salutandi, ac ipsos pedes mutuo lauandi. 359

- 14 Qui primi apud Romanos instituerint sacerdotes flamines, virgines Vestales, Pontificem maximum, salios, feciales, patrem patrum, regem sacrificulorum, augures, epulones, sodales Titios & aruales, ac singulorum officia, & quæ procurarent sacra, & de primo lectisternio, atque librorum Sibyllinorum origine. 366

## CAPITA QVINTI LIBRI.

- V Nde nostris consuetudo sit, festis diebus exornare templa, ac in illis offerre cereas imagines, tabellâque miraculorum ponere: item coniuuari, quum quis sacerdos primam celebrat Missam, quam vocamus. 379
- 2 Vnde apud nostros mos sit, spargere pecuniam in populum, dare epulum, & strenâ, ducere choreas, edere spectacula, exire Calêdis Maij in agros, & currere Calend-Martijs per arua cum faculis accensis, & per Dominica natalitia ministrum quempiam facere dominum, ac ante initium
- β s qua

- quadragesima induere personas. 384
- 3 Vnde fluxerit mos vngendi sacerdotes & reges, item baptizatos, id est confirmandi, ac morbo periculosè laborantes. 389
- 4 De initio cõnubij sacerdotalis apud Hebræos, & quomodo sit. 394
- 5 Quæ ratione ab initio inter mortales matrimonium fuerit contractû, & intra quos cognationis gradus, tam apud illos, quàm post apud nos: ac ibidem, an vlli vnquam post leges licuerit plures simul habere uxores, & ius cõnubij filiorum esse in potestate parentum, atque vnde mos sit vt puerpere purgantur. 402
- 6 De principio sacrarum ædium, atque vbi sit præcipuus orandi locus, ac de altarium & cæmiteriorum initio, & quâdo primùm crux cœperit haberi honori atque venerari. 411
- 7 De primo ac vetustissimo apud Hebræos sacrificandi ritu ac festorum dierum obseruatione, dedicandiq; templa instituto, deque ignis mysterio. 416
- 8 Cunctas ferè gentes quondam demonibus malis humanas immolasse hostias, & ibidem quid esset ver sacrum, & quando primùm eorum oracula obmutuerint, ac de primo vsu aquæ, quam dicimus san-  
ctam

- etiam. 421
- 9 Quis primus docuerit modum orandi, ac de loco assiduæque prece, & cur in Orientem versi oremus, templaque nostra eodem spectent, ac vnde mos concionandi, & de perfectio concionandi modo. 429
- 10 De initio sacrificij nostri, hoc est, eucharistia, ac primo eius vsu tam specie panis & vini, quàm panis tantum: atque cur mane, non vesperi more Christi ea sumatur: & quibus sacrificij huius faciendi administrandi que potestas data fuerit. 442
- 11 Qui primùm post Christum, eo ritu sacrificare cœperint, quem ille docuisset: & qui deinceps modum rei diuinæ faciendæ, quam Missam vocant, auerint & de osculo pacis inter sacra, atque quando id fieri non liceat, ac de benedictione sacerdotis post sacra, & de circumuersione frequenti eiusdem in altari. 447
- 12 Vnde mos sit, vt post rem diuinam factam, diaconus pronuntiet. Ite missa est: & vnde Missa & cæremoniæ dictæ: atque quid re ipsa sit Missa, qualisve cæremonia. 452
- 13 Quare nonnulla tam Hebraica quàm Græca, vel Syriaca verba in Missa vsurpantur, & ibidem de eorum significatione. 456

CAPITA SEXTI  
LIBRI.

- D**E pio pœnitendi initio, atque duplici pœnitentiæ, quam vocitant, genere, & de primo confitendi delicta instituto, & qualis sit publica confessio, ac ibidem de triplici purgatione priscorum. 46
- 2 Qui primi instituerint horas canonicas asanxerint, vt psalmi à choro alternis canerentur, ac quam parum frugifer sit cantus in domo Domini mollior atq; delicatior, & ibidem de origine chori, atque qui diuorum vitas scripserint. 47
- 3 De initio ieiunij, & primo eleemosynæ vsu, ac ibidem quale verum sit ieiunium, atque de ieiunij aduentus, quem vocant, & quadragesimæ vario primordio, & vnde dicta sit, ac feriæ quartæ cinerum quatuor-que temporum instituto. 477
- 4 De ritu vigiliarum noctu agendarum ad ædes sacras, & de conuiuio Dominico, vel quale illud foret, & quando primùm sacra vigiliæ in ieiunium fuerint mutata, & ibidem nocturna sacra apud veteres semper fuisse damnata, atque de instituto ieiunij quartæ & sextæ dierum hebdomadae. 488
- 5 Qui

- Qui primi mutauerint Solis & Saturni dierum nomina, in Dominicum & sabbatum, ac reliquos hebdomadæ dies in ferias dixerint, & ibidem à quibus errantium syderum vocabula fuerint istis diebus primùm tributa. 492
- 6 De modo Christianæ abstinentiæ in cibis capeffendis, quum solenne est ieiunium, ac de eorum delectu per legem habito, & vnde sit vsus apud nos consecrandi mensas, legendique sacra scripta dum editur, atque agédi gratias post sumptum cibum. 494
- 7 De origine rationis festorum dierum apud Romanos, & nostros, & cur constituti sint, & soli Deo esse sacrificandum, ac de more natalem colendi diem sacris conuiujs & voluptatibus, paschæque celebrandi & paschales candelas consecrandi. 502
- 8 De primo festorum dierum instituto, & vtrum pentecoste Apostolorum temporibus fuerit dies festus, atque vnde mos sit adscribendi bene meritos de Christiana religione, diuorum catalogo. 506
- 9 Qui primi apud nos instituerint, vt anniuaria iusta mortuis fierent, quarto etiã Nonas Nouembris: & ibidem quæ iusta sint, vndéque dicantur, vel parentalia &c. 508

- continua ad sepulchrum quis primus celebrarit: & de legitimo tempore lugendi mortuos, deque lugentium vestitu, eorundemque corporis habitu, ac quando lugens minueretur, & quare Francorum reginæ dum sunt viduæ, albis vtantur vestibus, & ibi locus ipse Ciceronis enodatus. 512
- 10 De origine nouendialis septendialisque sacrificij, & de more offerendi pro mortuis eosque non lugendi, ac de sapienti Thracum instituto, & modo apud prisicos effecti funebris ad sepulchrum, atque de initio funebris pompæ, extruendorumque sepulchrorum forma ac eorundem iuris religione. 514
- 11 De primo vsu vouendi vota Deo, ac nudipedalia sacra agendi, & qui primi inuenerint litanias, id est, processiones, supplicationes, atque quare in ecclesiâ inducæ fuerint, & cur sternuentibus bene precemur oscitantisque, ad quiduis inchoantes sese crucis signo vallent: & de origine supplicationum nostrarum pompæ, ac de pio supplicandi reuocando modo. 524
- 12 De origine vasorum, indumentorum que sacerdotalium, ac de primo eorundem sacerdotum instituto, & vnde vsus

- vsus tintinnabulorum, item velorum, cortinarum, candelabrorum, & vexillorum. 534
- 13 De primo apud Christianos imaginum cultu, deque modo eas venerandi à patribus constituto, atque de prauo earundem abusu ad quæstum. 537
- 14 De decimarum, & primitiarum, ac primogenitorum redemptionis origine, & quis primus decreuerit, vt liceret sacerdotum collegijs fundos & prædia oblata recipere possidenda. 546

C A P I T A L I B R I  
S E P T I M I.

- D**E monasticæ vitæ principio. 556
- 2 Quâdo primùm ordo monasticus tribus votis adstrictus fuerit, & quis primus ea vota introduxerit, vestitumque religiosum, cum nouo vitæ modo, ac ordo ipse abiuerit in plures familias. 561
- 3 De origine Hieronymianorum, Canoniorum regularium, Augustinianorum, Cartusianorum, Carmelitanorum, Præmonstratensium, & Crucigerorum, atque eorundem habitu, victu & cultu. 570
- 4 De prædicatorum, Franciscanorum, Trinitatis, Seruorum Mariæ virginis Bri

- Brigidantium, Iesuarorum, Nouorum, Eremitarum, & bonorum hominum origine. 573
- 5 De origine sacrorum militum, ac de initio atque exitu sectæ Albasorum. 584
- 6 De Niniuitarum initio, quorum secta vulgò Confraternitas dicitur: & vnde mos, vt consocij inter orandum sese conuerberent. 590
- 7 De origine sectæ deæ Syriæ sacerdotum, Assyriorum, ~~Antoniitarum, & Episcoporum.~~ 593
- 8 De primordio Mahometanæ sectæ, atque eius legibus & institutis. 597

## CAPITA LIBRI OCTAVI.

- Vnde natum, vt patres sanxerint diuorum reliquijs honorem habendū esse, ac qui primū stationes, & eas deinde atque Iubileum Romæ instituerint, & de primo veniarum, quas Indulgentias dicunt, vsu, & vnde vocentur, à culpa & pœna. 603
- 2 De origine titulorum, quibus Romanus Pontifex vtitur, ac collegiorum & scribarum, & quando primū literæ apostolicæ cœperint obsignari plumbo ibique de vsu peruetusto sigillandi literas cera impressa annulo, & de primo annatarum vsu. 613
- 3 De

- 3 De Simoniacorum sectæ ortu. 612
- 4 Quando primū hereses, atque schismata orta, ac in his Lutherana secta, & quæ eorum auctoribus sit pœna constituta. 614
- 5 Quo primū tempore Pontificum concilia publicè haberi cœperint, atque quorum conuentuum decreta à patribus recepta sint. 634
- 6 Qui ex alienis & externis, primi nostros Christianos insectati fuerint, & ibidem qui martyrij primū palmam tulerint, atque vnde dictum quidve sit martyrium. 639
- 7 De Christianæ reipublicæ præstantia. 645

*Indicis capitulum finis.*

Item:

Commentatiolum in Dominicam precem.  
pag. 662

FINIS.

DE





DE INVENTORIBVS  
RERVM DIVERSARVM

CATALOGVS, EX OPTIMIS

*ac vetustiss. auctoribus con-*  
*quisitus, ac in ordinem*  
*alphabeticum di-*  
*gestus.*

**A** Chates ignem silice excutere docuit.  
Virg lib. 1. Ac primum silicis scintil-  
lam excudit Achates.

Aegineta primi nummum cuderunt.

Aegyptij ciuitatem regiam primi extruxe-  
runt. Item Geometriam inuenerunt. Item  
linum. Ouid. libro primo Metam. Nunc  
dea linigera colitur celeberrima turba.  
Secundum alios Arachne. Item fistrum.  
Virgilius lib. 8. de Cleopatra loquens, Re-  
gina in medijs patrio vocat agmina fi-  
stro. Ouid. libro tertio Eleg. Quid nunc  
sacra iuuant, quid nunc Aegyptia profunt  
Sistra?

Aesculapius dentium euulsionem edo-  
cuit.

Aero

Aetolus iaculum reperit.

Aetoli lanceas inuenerunt.

Alicman poeta carmen amatorium inue-  
nit.

Alexander Citharius primus psalterium im-  
plicuit chordis.

Amphion rationem musicam inuenit.

Amphitryon somniorum interpretationes a-  
peruit.

Amazones securim, quae propterea Ama-  
zonia & Penthesilæa dicitur, & Ther-  
modontia, quod Amazonia ad Thermo-  
dontem fluum habitauerint. Horat. libro  
quarto Carmin. Amazones securi dextras  
obarmer. Quid. libro tertio de Ponto,  
Nec tibi Amazonia est pro me sumenda  
securis.

Anacharsis folles, anchoram, bidentem, figuli  
rotam inuenit.

Anagallis puella ludum pilae primum omnium  
docuit.

Anaximander Milesius horologium & sphae-  
ram inuenit.

Anaximenes umbrarum rationem ostendit.

Ancus Martius salinas monstrauit.

Ancus Aegyptius usum clibanorum, in qui-  
bus panes coquerentur, edocuit.

Apollo medicinam apud Graecos, teste

2 2. Ouid.

Ouidio, libro primo Metamorphos. primus omnium reperit. sic enim loquitur, Inuentum medicina meum est, opiferaque per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis. Secundum Hebraeos Adamus eam diuino lumine sapientiam adeptus est. Secundum veteres apem, Apis Aegyptiorum rex reperit. Hanc porro subinde locupletauit, hominibusque tradidit Aesculapius, ab Apolline patre institutus, perfecitque demum Hippocrates ab Aesculapio patre genitus, qui tres auctores toridem medicinae haereses, siue sectas inuenere: quarum prima dicta fuit Methodica, qua rationem artis, & remedia per compendia sectabatur, ab Apolline inuenta. Secunda Empirica, qua solis experimentis sanabat, ab Aesculapio reperta, quem complures emortuos ad vitam reuocasse aiunt, quamobrem illum icu fulminis à Ioue interfectum esse fabulantur. Tertia Logica, hoc est dogmatica, seu rationalis, qua naturae rationem scrutatur, morborumque causas inquirat, ab Hippocrate comperta: quem tandem Galenus annis post sexcentis sequutus est: qui in primis adeo apposita medendi decreta condidit, ut sibi parum non habeat, anteriorem

verò

verò neminem hic enia nihil inventum inexpertumque relinquens, orbem inuenerunt, ita in sese circumegit, ut reliqui omnes impudenda infamia damnerentur, ac publicam salutem decoquere viderentur, siquid sine Hippocratis atque Galeni auctoritate agere vellent.

Apollo dorus. pictor umbrarum imitationem aperuit.

Archilochus Iambicum carmen primus inuenit. de quo Horat. in Arte poetica. Archilochum proprio rabies armaui iambo.

Architas crepitaculum inuenit.

Argæus Vagorum stercoracionem edocuit.

Aristeus rex Arcadiae apum & mellis usum primus edocuit Virgilius libro quarto Georg. Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri Pandere, &c. Ouid. Inuentum in illis Baccho tribuit libro tertio Fast. Liba Deo fiunt, succis quia dulcibus idem Gaudet, & à Baccho melia reperta fuerunt. Reperit etiam Aristeus lactis coagulum.

Artaxerxes Longimanus legem venationis primus omnium praescripsit.

Artemon Clazomenius testudines monstrauit.

Aſclepiades medicus lectos penfiles primus omnium fecit.

Aſinius Pollio bibliothecam primus omnium apud Romanos inſtruxit.

Atracius artem magicam in Thracia reperit.

Atreus Solis eclipſim primus oſtendit;

Atralus tapetes, qui propterea dicuntur Atraliſi.

**B**acchus diadema, triumphos, & vinum reperit. Ouid. libro 15. Metamorph. Viſta racemifero lyncas dedit India Baccho.

Belgæ eſſeda vehicula inuenerunt. Vergil. lib. 3. Aeneid. Belgica vel molli melius ferret eſſeda collo.

Beluſ ſcientiam ſyderalem edocuit.

Bizes Naxius tegulas primus omnium conſecit.

Boëtius artem ſutrinam oſtendit.

**C**admus lapidicinas auri & metallorum conſtaturam inuenit. Item ſolutam orationem primus compoſuit.

Caliſtus Pont. ieiunia quatuor temporum primus omnium inſtituit.

Callias Athenienſis minium reperit.

Capaneus ſcalas.

Cares

Cares ocreas & criſtas.

Cecrops coniugium apud Athenienſes primus omnium inſtituit. Item oppidum conſtruxit, ſimulachra erexit.

Centauri, equeſtrem pugnam.

Ceres cultum terræ & fruges. Virg. libro 1. Georg. Prima Ceres ferro morales vertere terram inſtituit, &c.

Chaldaei dierum obſervationem.

Chalybes ferrum inuenerunt.

Chiron artem herbariam.

Chus filius Cham, idololatriam.

Cinyras tegulas.

Claudius Centimanus R literam.

Cleantes, vel ſecundum alios, Aegyptij, picturam.

Cloſter fuſos.

Cn. Matius, Nemora conſilia.

Combe puella, Aſopi filia, armaturam Aeneæ.

Copæ populi remum.

Corax & Cteſias Siculi, artem & præcepta Rhetoricæ.

Cories primus barbam ſibi raſit Alexandri ſeculo.

Cottalus Siculoſ libare pocula.

Craſſus coronas argenteas.

Cretes Scorpionem inſtrumentum bellicium.

Ctesibius hydranticas machinas.  
Cyclopes ferrariam fabricam atque turres  
inueniunt.

**D**Aedalus fabricam lignariam, asciam &  
perpendicularum, itémque malum navis  
reperit.

Damon Atheniensis remissam harmoniam.  
Cignas elegiographus tibicinas re-  
gulas, & concentus. Terpander citha-  
roedicas. Polymnestus Colophonius, car-  
mina heroica: secundum alios Phe-  
monoe, ut alijs placet, Delphici, in ho-  
norem Apollinis, post interfectum Py-  
thonem. Sabel. Heroica carmina Phce-  
bo, Delphica post casum cecinit Py-  
thona inuentus. Olympius Phryx se-  
gem tibialem. Hyagnis tibiam lugu-  
brem.

Danaus pateos.

Daphnis pastor carmen Bucolicum.

Darius tributa.

Deliaci gallinas saginare edocuerunt.

Diades miles Alexandri regis Macedonum,  
turres ambulatorias inuenit.

Diborades plastice.

Dipenus sculpturam marmoris.

Dithyrambus Thebanus, versus Dithyram-  
bicos.

Empe

**E**Mpedocles artem oratoriam inue-  
nit.

Endymion cursum Lunæ edocuit.

Epæus arietem.

Epimetheus statuâ ex luto primus omnium  
confecit.

Fulvius Hirpinus vitaria inuenit.

**G**Argaris mellis vsam apud Hispanos.

Glaucus ferminationem reperit.

Græci trochum inueniunt.

Gregorius pontifex Max. primus se feruum  
feruorum Dei appellauit.

**H**Anno Carthaginensis leonum mansue-  
factionem edocuit.

Hercules purpuram inuenit. Politianus in  
Rust. Aut bis in Herculea Milesia velleri  
concha versantur.

Hetrusci prætextas vestes.

Hortensius pauones occidere primus om-  
nium ausus est.

Hostilius rex latum clauum, genus vestimen-  
ti reperit.

**I**ason & Tiphys nauim, secundum Ecclesia-  
sticos Noc. Ouid. lib. i. Metam.

Primæque ratis molitor Iafon. Tibullus hoc inuentum Tyrijs adfcribit dicens, Prima ratem ventis credere doctus Tyros.

Ibycus Rhegynus sambucam.

Icarus vela.

Idæi Phryges acu vestes facere. Aurum Attalus intexere. Alexandrini colores pictura intexere, Galli scutulis diuidere.

Iphitus Olympiadem.

**L**acedæmonij gladium, galeam, hastam.

Libyci scapham inuenerunt.

de Literarum inuentoribus reperti sunt sequentes versus admodum vetusti, quos Crinitus ait se legisse in bibliotheca Septimana. Moyses primus Hebraicas literas exarauit mente sagaci. Phœnices Atticas condiderunt. Quas Latini scriptitamus, edidit Nicostrata, Abraham Syras, & idem reperit Chaldaicas. Iſis arte non minore protulit Aegyptias. Gulſila prompſit Getarum, quas videmus vltimas.

Lycaon bellorum inducias, item Lycæa.

Lycurgus munus humandi.

Lydi lanas inficere. Item ludum tesserarum.

M. Læ-

**M**. Lælius auaritia primus omnium instruit.

Maris Theſſalus primus omnium equum ascendere ausus est.

Meliſſus Cretenſis, deorum sacrificium instruit.

Mercurius lyram inuenit. Stat. in Syluis: Vocalis citharæ repertor Arcas. Idem quoque moly herbam reperit, Hercules heracleon herbam, Mercurius parthenion, Achilles achillaon, Melampus melampodion, Teucer teucrion, Gentius rex gentianam, Lyſimachus lyſimachiam, Iuba rex euphorbiam, Scythæ ſcythecem, Thraces iſcemonem, Verones betonicem, Seruilius Democrates hiberidem, hirundines chelidoniam, Canes canariam, cerui dictamnium, Cirnæ elaphoboscum, Sardonia peucedanum herbas.

Mefon Comicus, personam primus introduxit.

Minerua oliuam. Virg. libro primo Georg. Adſis ô Tegeæ fauens, oleæque Minerua Inuentrix.

Muſis quædam diſciplinæ inuenta attribuntur, vt Clio fertur hiſtorias inueniſſe, Melpomene tragœdias, Thalia comœdias, Euterpe tibias, terpſichore pſalteriis,

Erato

Erato Geometriam, Calliope literas, Vrania Astrologiam, Polyhymnia Rhetoricam.

Mydas Messenius lorica inuenit.

**N**ero aquæ decoctionem ostendit. Numa deorum cultum apud Rom. primus omnium, vt Plutarchus in eius vita testatur, instituit.

**P**alamedes in bello Troiano ordinem exercitus signi dationem & vigilias instituit.

Palamedes Nauplius ordinem literarum edocuit.

Pan inuenit fistulam. Verg. in Bucol. Pan primus calamos cera coniungere plures res instituit.

Paulus heremita, solitudinem heremiticam inuenit.

Pelasgus tuguria extruxit primus.

Perillus taurum æneum, qui propterea dicitur Perillæus. Ouid. Ipse Perillæo Phalaris permittit in are Edere mugitus, & bouis ore quæri. Is verò à Phalaride propter inuentionem suam crudeliter combustus est. Ouid. in Ibin, Aere Perillæo veros imitare iuuenicos, Ad formam tauri conue-

conueniente sono. Idem libro quarto, De arte amandi, & Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit, infelix imbuat auctor opus. Idem in Tristibus Perillum primò, deinde Phalaricem sic induxit loquentes, Vt munus munere penes, Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat & Phalaris pœnæ miranda repertor, Ipse tuum præsens imbue dixit opus. Claudianus libro primò in Eutropium, Sic opifex tauri, tormentorumque repertor, Qui funesta nouo fabricauerat ara dolori, Primus inexpertum Siculo cogente tyranno, Sensit opus, decuitque suum mugire iuuenicum. Sed Phalaris postea tyrannus eodem postea tauro inclusus, & crematus est, quo alios primus suffocauerat. Ouid. in Ibin, Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta, More bouis Paphio clausus in are gemas.

Persæ vnguenta inuenerunt.

Phælon nummum & mensuras.

Pheonoe carmen hexametrum. Politianus, Et Delphica longos Pheonoe commenta pedes.

Phœnices balistam & fundam.

Phryges vehiculum quadriror-um & bigas.

Pilumnus Iouis filius, & P. uni pater, pinfendi frumenti vsum docuit.

Piscus

Pifeus venabula.

Pollux palæstram: ad quod alludit Statius lib.  
2. Syl. Siq̄e cathenaris curuatus membra  
palæstris Staret Amiclæa conceptum ma-  
tre putares.

Proetus & Acrisus clypeos, auctore Plinio.

Pyxodorus vsum marmoris edocuit.

Pyseus & Ayrthæus æneam tubam inuen-  
runt.

**R** Hadamantus Assyrias literas. Anubis  
& Mennō Aegyptias: Phœnices Græ-  
cas. Carmenta Euandri mater Latinas.

Rhœcus & Theodorus Samij artem æris  
fundendi & conflandi statuas docuerunt.

Rhodij celocem nauem inuenerunt.

**S** Armenes primus de equitatu scripsit.

Seruius rex æs signare docuit.

Sidonius mensuras & pondera regnante apud  
Solymos Hierobeam.

Simonides Cous artem memorandi docuit.

Sinon Græcus speculum.

Sp. Corbilius Grammaticus, G. literam inue-  
nit.

Syri catapultam inuenerunt.

**T** Ages artem suspicinam inuenit.

Talus puer feram. Ouid. lib. 8. Metam.

Ecce

Ferrōque incidit acuto Perpetuos dentes,  
& ferræ reperit vsum Primus.

Thon apud Aegyptios medicinam reperit.

Thrason muros vrbium.

Theut numeros, supputationem, geometriã,  
talorum & alearum lusum.

Tregillus quadrigam in Græcia inuenit.

Tyrrhenus hastam velitarem & pilum.

**Z**oroastres artem magicã reperit. Stro-  
za pater, Néc Zoroastres artes ma-  
gicive requiram, Carminis auxilium.

F I N I S.





POLYDORI VER-  
GILII VRBINATIS  
de inuentoribus rerum  
LIBER I.

De prima Deorum origine, & vnde Deus  
dictus.

Cap. I.



*Q*ui terrestres olim damones, hoc est,  
aerij, sive inferri spiritus, quos sacri  
auctores huius mundi principes ap-  
pellant, per simulaebra mortalibus  
hominibus dicata, diuinationes exercerent, &  
maleficis artibus sese modo bonos damones, mo-  
do deos caelestes, ac nunc heroum animas, nunc  
alios atque alios confingerent, tantum errorum  
humanis pectoribus effuderunt, ut breui tem-  
pore bona partis hominum mentes à cultu veri  
Dei prorsum auerterint. Nec per tibi mirum vi-  
deatur malos damones suscipere personã deorũ,  
quandoquidem ipse satanas, vel ut Paulus apo-  
stolus capite x i. epistola posterioris ad Corin-  
thios ait, transfiguratur in angelum lucis, hoc  
est, Dei, qui lux est. Quare apostoli, ut est apud  
Mattheum Euangelistam cap. xiiii. cum in  
nauis essent aduersa tempestate in alto iactati,

A

6



Et Iesus super mare ambulans ad eos iret, turbati sunt arbitrantes spectrum esse, & licet sit illis ipsis locutus, Petrus tamē visum videre se animo ducens, haud prius Christum esse credidit, quam experimento cognouit, qui eius iussu super aquam itidem ambulauit: adeo fallacias demonum vilitate more factas timebant. Ad rem redeo. Et quia spiritus erant tenues, sibi geniorum nomen assumebant, quod genios singulis binos attribuit antiquitas, qui demones quoque vocantur, nec hominibus modo, verum etiam locis & adibus, quorum alter nobis perniciem moliretur, alter prodesse studeret. De hoc bono custode non est quod ambigatur, quando teste Matth. cap. 18. Christus docet nos in angelorum tutela esse, dicens: Dico enim vobis, quod angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei. Hunc locum diuus Hieron. ita explanat: Magna dignitas animarum, ut unaquaque habeat ab ortu in custodiam sui angelum delegatum. Item hi demones ostiatim domos occupabant, facileq; insinuabant se corporibus hominum, & occultè in visceribus operiti, valetudinem corrumpabant, morbos citabant, animos somnijs terribant, ac his malis cogebant mortales ad sua decurrere auxilia, petereq; suppliciter responsa, quibus semper ambiguos dedita opera addebant exitus, ne se im patefacerent ignorantiam. Sed hac nocendi tela postremo illis adempta fuerit, prout fusius explicabitur, cum de no-

stra

stra Christiana religionis principio, & institutis differetur. Per hac igitur maleficia dii putantur, ita ut alij alios, sicut inferius docebitur, & deos nuncuparent, & summa religione colerent. Sic opinio de multitudine deorum, cum à simulacris ad inuisibiles spiritus cogitatio raperet, vti vera, vsque eò creuit, ut maior propè calitum populus, quam mortalium haberi cœperit. Vnde post innumerabiles philosophorum de dijs vndique sententia confluerunt, qui sese abieciis omnibus publicis atque priuatis actionibus querendæ ac inuestigandæ veritatis gratia, ad doctrinæ studium contulerunt. Thales enim Milesius, qui primus teste M. Tullio, in primo de natura deorum volumine, de talibus rebus quaesivit, aquam esse dixit à qua nata sint omnia, Deum autem esse mentem, quæ ex aqua cuncta formauerit. Pythagoras destituit Deum esse animum per naturam rerum omnem intentum, & commeantem: ex quo omnia, quæ nascerentur animalia vitam capere Cleanthes & Anaximenes aërem Deum statuerunt. Virgilius in secundo Georgicorum.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus  
æther,

Coniugis in gremiū lata, descendit, & omnes  
Magnus alit magno commisitque corpore fetus.  
Anaxagoras Deum esse censuit infinitam mentem, quæ per seipsam moueretur. Aristoteles dixit multos esse quidem deos populares, vnum ta-

A 2 ma

nam naturalem summa totius artificem. Chrysopeus naturalem vim diuina ratione pradam, interuim diuinam necessitatem Deum uocat, At Zeno diuinam naturalémq; legem. Xenocrates uero otto deos esse putauit. Quidã autẽ deos esse, aut sibi minime constare dixerunt, aut prorsus susculerunt: nã Protagoras sese negauit omnino de dijs quid liqueret scire, id est, an aliqua esset diuinitas, necne: propter quod Athenienses eum suis finibus exterminarunt. Diagoras uero Atheos, item Cyrenaius Theodorus, nullum esse omnino Deum existimarunt. Epicurus Deũ quidem esse dixit, sed nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, nihil curantem. Lucretius,

Non bene pro meritis capitur, nec tangitur  
ira:

Item Virgilius in Damone.

Nec curare Deum credis mortalia quenquã?  
Quare non temerẽ Cicero in extremo I. libro de Natura deorum ait: Si talis est Deus, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, ualeat, &c. Quo fit, ut nihil ab Epicuro absurdius dici possit: si is enim talis est, ut ait, non utique, Deus appellãdus est, sed immane mœstrum: quapropter ex animis hominum radicitus religionem extraxit. Anaximãdri autem, sicut testus est M. Tullius, opinio est: natiuos esse deos longis interuallis orientes occidẽtẽ scire. De huiusmodi igitur deorum origine, eatenus nobis edisserendum est, quod ad ipsam ueritatem ueniamus, Aegyptij  
apud

apud se deorum genus primum exitisse gloriantur, ut pote qui, sicut infra offendemus, primi omnium esse Diodoro Siculo libro suarum historiãrum primo, geniti, duos esse deos, & eos aternos arbitrati sunt, Solem & Lunam: & illum quidem Osirim, hanc Ism, certa nominis ratione appellarunt. Verum Lactantius in primo Diuinarum Institũ. volumine, Saturnum omnium deorum parentem uocat, quod, auctore Ennio in sacra historia, ex Ope Iouem, Lunonem, Neptunum, Plutonem, & Glaucam filios suscepisset, qui cum de mortalibus plurimum essent bene meriti dij habiti sunt. Sed multi demique sunt deorum ortus, cum singuli populi, ut Perseus Zenonis auditor ait, eos a quibus magna utilitas ad uia cultum esset inuenta, vel gentis & urbis conditores, vel feminas castitate insignes, seu viros fortissimos, etsi mortali genitos, in numero deorum habuerint, ut Aegyptij Isim, Mauri Iubã, Afri Neptunum, Macedones Gabyrum, Persa Mithram, Rhodij & Massageta Solẽ, Pœni Vranium, Latini Faunum, Sabini Sabum, Romani Quirinum, Athena Minervam, Samos Lunonem, Paphos Venerem, Delphos Apollinem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Cretenses Iouẽ, Armenij Anaitidem, Babylonij & Assyrij Belum, Berecyntes Rheam, & alij alios demque ex hominibus, & quod dictu post homines natos ualde pudendum ac importunissimum est, ex animalibus deos fecerint: sibiq; constituerint. Hinc Graci, teste He-

rodoto in primo, nō temere sentiebant deos ex hominibus esse ortos. Quare esset admodum difficile, deorum originem definire, cum dii ipsi praesertim vanissimi, nullūmq; eorum genus non mortale fuerit, quandoquidem illi fugas, mortes, & vulnera perpessi sunt. Quanto igitur rectius est, ad oculos & orationem tendere, ubi veri Dei sedes est: quem pura, integra, incorrupta & mente & voce venerari debemus. Quanquam de Deo loqui, & vera dicere, ut sapientes aiūt, periculosum est, id quoniam oculi intueri nequeunt, cum siquidem accessu lucis & fulgore aspectus mortalis, qui nobis diuino munere tributus est, prorsus amittitur, neque animo, neque ulla mentis acie cōcipi potest, ut probè admodum Simonides poeta sapientissimus docuit: namq; cum ab eo, auctore M. Tullio, tyrānus Hiero quaesisset, quid, aut qualis esset Deus, deliberandi causa, sibi unum diem postulauit: cum idem ex eo postridie, quaereret, biduum petiuit: cum sapiens duplicaret numerum dierum, admirānq; Hiero quaereret, cur ita faceret. Quia quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Id quod se fecissent philosophi, qui mare Andabatarū in tenebris versantes, tot deliramenta commentati sunt, profectō Deum creatorem suum tam impijs sententijs non offendissent. Satius enim propè est vera ignorare, quàm falsi docere. Semper itaq; Deus est vnus, qui, teste Macrobio, vicis temporum nesciens in vno semper quod adest, consistit

a no,

a no, & rerum omnium principium nominatur, qui apud Esaiam ait: Ego sum Deus, ante me nō fuit alius, & post me non erit, cuius, ut Cicero libro Tusculanarum 1. inquit, nulla est origo, dicente Mose, in principio creauit Deus cœlum & terram. Et Diuus Hieron. epistola 4. ad Damasum scribens ait: Vna est Dei sola natura, qua vera est: ad id enim quod subsistit non habet aliunde, sed suum est. Deinde & subdit: Deus solus qui aeternus est, hoc est, qui exordium non habet, essentia verè nomē tenet, &c. De quo Virgilius, tametsi longè fuit à veritate, natura tamen ducente, ita lib. sexto Aeneidos cecimisse videtur,

Principio cœlum ac terras campoq; liquētes,  
Lucentemq; globum luna, titaniaque astra  
Spiritus intus alit, totāque insusa per artus  
Mēs agit at molē, & magno se corpore miscet.

Et Ouid. in 2. Metamorphoseos,

Ille opifex rerum mundi melioris origo,  
atque reliqua. Et Plato quoque, qui omnium sapientissimus iudicatur, unum Deum nominat, & ab eo hunc mundum esse factum confirmat: quem licet nobis, ut poëris, inuocandi mos non sit, hoc tamen de primis rerum inventorib. opus oris prosperos successus praestet, omnibus oramus precibus, quando Deum dictum putant, quod omnia dat commoda hominibus: licet alij nominatū Deū velint ex verbo graeco θεός, quod Deū significat, siue quòd ei nihil desit, vel ἀνὸ τοῦ θεός, quod est video, speculor: aut ἀπὸ τοῦ θεός, quod

A 4 quod

quod dicitur timor. Verunque diuus Ambrosius probat scribens: Deus dicitur, quod spectet omnia, & timeatur à cunctis.

De initiis rerum. Cap. I I.

**E**T si nostri operis exordiū esse videbatur, ut primum de rerū initijs differerē, deinde vero, ut deorum originem traderem, qui ab iisdem principijs, ut ostendimus, ortum habent, veri tamen Dei religio me mouit, fecitque ut ab eo qui ante omnia est, hoc opus inchoare maluerim. Hoc igitur loco aliquantō rationabilis philosophorum de rerum primordijs sententias, donec ad veritatem me sensim insinuauero, percurrerem. Thales itaque Milesius vnus ex septem sapientibus, aquam (sicut supra demonstrauimus) dixit esse initiū rerum, Deūq; esse eam mentem, qua ex aqua cuncta gigneret. Contra Hippasus Metapontinus & Heraclytus Ephesus, qui propter obscuritatem scripturæ, teste diuo Hieronymo contra Iouinianum à Græcis ονομαζόμενος, id est, tenebricosus, est appellatus, omnia igne procreari censuerunt. Empedocles verò ex quatuor elementis. Hinc Lucretius,

Ex imbris terra, atq; anima nascitur, & igne. Anaximenes principium aëra opinatur. Metrodorus Chius sempiternum esse vniuersum dicit. Epicurus autem qui ex Democriti fontibus suos hortos irrigauit, ponit duo principia, corpus & inane, omne enim quod est, aut continet, aut continetur, corpus vult esse atomos, id est, quædam

minu

minutissimas partes, quæ τμήματα, id est, sectionem, non recipiant. Vnde atomi dicta sunt, quas insus per fenestram solaribus radijs, videmus. Inane verò dicit spaciū in quo sunt atomi. Ex his principijs quatuor, ignē, aërem, aquā, terrā, vult creari, & ex illis cetera. Ex quo Maro in Sileno ait,

Namq; canebar, vti magnū per inane coacta Semina terrarūq; animaq; marisq; fuissent. Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis Omnia, & ipse tener mundi cōcreuerit orbis.

De philosophorum sententijs hæc dicta sunt: ea nunc quæ sacris continentur literis, prodamus ne rationis, aut veritatis expertes esse videamur. Deus igitur ab initio, vti Moses testatur, & ex eo Iosephus in primo Antiquitatum Iudaicarum plenissime edocet, ex nihilo cuncta fecit. Ioannes quoq; Euangelista: Omnia per ipsum facta sunt. Id quod Lactantius Firmianus lib. Diuinarum institut. 2. perspicue demonstrat scribens: Nemo quærat, ex quibus ista materijs tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit, ex nihilo. Et alibi: Deus autem facit ex eo quod non est. Et in lib. de ira Dei: Vnus est igitur, inquit, princeps & origo rerū Deus. Et diuus Hierony. Quis dubitat Deum omnium creatorem? Idem Plato in Timæo sensit & docuit. Atque tale rerum denique omnium verum principium fuit, unde geniti homines multa, quæ ad vsum vitæ pertinent, deinde adiuuenerunt: de quibus cum ego scripturus sim, opera pretium me fecisse duco pri-

A s mium

mum rerum originem prodidisse, ut intelligeretur, unde materia orta esset, ex qua homines, qui ex eo quod est faciunt, aliquid effinxerint.

De primo hominum ortu, & linguarum varietatis origine: an Romanis lingua vna cademque latina communis fuerit, necne: atque ibidem de prima gentium diuisione.

Cap. I I I.

**P**rima hominum origo, ut testis est Diodorus, apud praestantissimos viros, qui de natura rerum tradiderunt duplex fertur: quidam enim ingenitum mundum & incorruptibilem, & genus hominum sine ullo ortus principio, ab aeterno fuisse opinati sunt: cuius sententia, teste Censorino fuerunt Pythagoras Samius, Archytas Tarentinus, Plato Atheniensis, Xenocrates, Aristoteles Stagyrætes, multique alij Peripatetici idem senserunt, dicentes, omnium quæ in sempiterno isto mundo fuerunt, & futura sunt, principium fuisse nullum, sed orbem esse quendam generantium nascentiumque, in quo vnus cuiusque geniti initium simul & finis esse videatur. Quidam verò mundum genitum & corruptibilem arbitrati sunt, & homines ortus initium tempore esse consecutos. Quapropter Aegyptij apud se à principio, primos homines genitos esse ferunt, cum propter soli felicitatem, aerisque temperiem, tum propter Nilum, qui multa ob limi robertatem generet & suapte natura nutriat, nam, eodem Diodo-

ro

ro auctore, in Thebaidis agro mures gignuntur, qua ex re multum stupent homines, cum priorem quorundam partem peccore tenuis animatâ moueri in limo videant, posteriore nondum inchoata, sed informi. Verùm Psammeticho regnũ adepto cum incessisset cupiditas dignoscendi qui reuera primi hominum extitissent ex eo tempore didicerunt Phrygas primos fuisse, se verò secundos. Psammetichus enim, veluti libro secundo testatur Herodotus, cum haud aliter deprehendere posset, duos pueros recens natos inter pecora educandos pastori tradidit, iubens neminem coram eis vocem edere, ne alicuius sermonem perdiscerent, ut qualis esset prima vox, qua erumperet, intelligeretur. Pueri itaque biennio post passa ianua (intus enim à capris nutriebantur) ambo porrectus pastori manibus, Buds, id est Bechus, clamitarunt, quo quidem verbo Phryges constat patrem appellare. Tali igitur modo, Phrygas primos omnium natos compertum est. Ceterum magna diu inter Aegyptios & Scythas, auctore Iustino lib. secundo de generis antiquitate, contētio fuit, in quo certamine superatis Aegyptijs, Scythæ antiquiores visi sunt. Ethiopes itidem ferunt primos hominum omnium creatos esse, & eius rei coniecturam faciunt, quæ non aliunde homines in eam regionem accesserint, sed in ipsa geniti merito indigetes omnium consensu appellentur: de quibus Diodorus libro quarto ita disserit: Et equidem simile veri est, eos qui sub meridiem habi-

tant,

zant, primos è terra fuisse homines genitos : nam solis calore terram quæ humida est, arefaciente, atque omnibus vitam dante, decent fuit locum soli propinquorem primò naturam animantium tulisse. Hinc Anaximander Milesius ex aqua terræque calefactis homines exortos esse tradit. Empedocles fere idem confirmat: ait enim, membra singula ex terra quasi prægnante, passim edita, deinde coisse, & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & humori permixtam. Democritus Abderites ex aqua limoque primùm homines creatos esse dicit, Zeno autem Citius principium humano generi ex nouo mundo cõstitutum putauit, primòsque homines ex solo adminiculo diuini ignis, id est, Dei prouidentia genitos. Poëta verò fingunt homines primùm aut Promethei molli luto esse formatos, aut Deucalionis Pyrrhæque ex duris lapidibus natos. Virgilius,

-- Quo tempore primùm

Deucalion vacuum lapides iactauit in orbè,  
Vnde homines nati durum genus.

Verum ne huiusmodi ineptias referendo, probare videamus, ea quæ sacris continentur literis ac longè veriora sunt, aperiamus. Primus hominum ortus apud Iudæos fuit. Deus enim diuisum pater atque hominum rex, ut Poëta ait, perfectò mundo (auctore Iosepho in primo Antiquitatum volumine, ut etiam in Veteri est instrumèto) Adam primùm omnium ex lino hominem fecit, dicente etiam Quidio:

Natus

Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit  
Ille opifex rerum, &c.

& diuo Hieronym. Epist. 49. Fabricatur homo de limo. Et alibi: Deus nos ad imaginem suæ talis condidit. Quare Lactant. in 6. scienter hominem Dei simulachrum appellat. Item de opificio Dei: Vas est, inquit quodammodo fictile, quo animus, id est, homo ipse verus continetur. & quidem non à Prometheo fictum, ut poëta loquitur, sed à summo illo rerum conditore & artifice Deo. Et Cic. hoc idem tradidit, quamuis expers celestium literarum, in primo de legibus sic scribens: Hoc animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & cõsilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à summo Deo: solus enim est ex tot animantium generibus atque naturis, particeps rationis & cogitationis, cum cetera sint omnia expertia. Adam itaque primus à Deo creatus, postquam illius mandatum fregit, ut diuo Hieronymo placet, ducta in matrimonium Eua, totius futuri generis auctor fuit. Idè Hieronymus: Duos homines ab exordio fecit Deus, ex quibus totius humani generis sylua descendit. Ita deinceps homines tanquam omnis rei expertes, nulloque subsidio sulci duram agebãt vitam, sed paulatim, quemadmodum Virgilius ait, varias meditando extulerunt artes, nam multarum rerum notitia percepta necessitate compulsi, breui tempore ceteras vitæ hominum cõmoditates adinuene

innenerunt. Tunc igitur varia venere artes,  
quando, sicut idem poeta canit,

--Labor omnia vincit

Improbis, & duris vrgens in rebus egestas.  
Ceterum cum Deus, ut docuimus hominem fecerit, illiq; in ore linguam incluserit, qua sola animi interpret, vocem motibus varijs in verba distinguit, non immeritò quispiam mirabitur, unde tanta homini sermonis varietas innata sit, ut quot orbis regiones sunt, totidè hominum linguas sint: cuius rei originem non praterendum putavi. Cum enim Nemros filius Cham, filij Noè, post diluuium homines à Dei timore aquarum vim formidantes auocare conaretur, spem suam in propria virtute ponendam ratus, turrim, velut alibi appositè dicemus, altissimam adificandam suadebat, quam aqua superare non possent. Iis itaque iam incepto opere ita insipientibus, Deus linguam diuisit, ut permultas absòndæque voces, intelligentia inter se carenter. Hac igitur tot linguarum quibus etiam nunc homines vtuntur, varietatis origo est: auctor Iosephus in primo Antiquitatum. At hòc non abs re videtur esse, ut aliquid dicatur de antiqua inter doctos controversia, quaerentes utrùm Romani generatim latinè loquuti sint, an duplicè habuerint linguam, quemadmodum nos, & Græci ac alia gentes ad hodiernum diè, habemus, qui alteram vulgarem & vernaculam, alteram Latinam & Atticam appellamus. Et ne in re, meo iudicio, perspi-

CHAS

etia laboremus, eam ex Cic. teste locupletissimo planam faciemus: is enim in lib. 3. de Oratore, ait, certam fuisse Romani generis vrbisq; propriam vocem, idque probat exemplo Lælia mulieris, qua ita loqueretur, ut qui eam audiret, sibi Plautum, aut Neniū audire videretur. Sed ut ne quispiam putaret, Læliam alteram linguam didicisse id est, latinam, alteram domi ab ineunte aetate patrio sermone imbibisse, paulo inferius inquit: Nemo enim unquam est oratorem, quod latinè loqueretur, admiratus: si aliter, irridebant. Item de Perfecto oratore: In versu quidem theatra tota exclamant, si fuerit una syllaba aut breuior, aut longior. Et lib. 1. Tuscul. Frequens enim consessus theatri in quo sunt muliercula & pueri, mouetur audiens tam grande carmen. Hac ille. Ex quo satis patet unam linguam, & eam quidem latinam, omnibus communem fuisse, quando pueri & muliercula latinè sciebant. Verùm ille erat literarum peritus, qui verborum delectum habere, ac eum recto aurius iudicio ponderare scitisset, id quod sine literis fieri non poterat: nam omnes Romanos latinè locutos, non item literas scisse, ex eiusdem quoq; testimonio liquet, qui in Bruto 10. Pomponium Atticum ita loquentem facit: Vides elorutionem emendatam latinam, cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut scientia sed quasi bona consuetudinis. Et subiicit T. Fluminium qui cum Q. Metello Consul fuit, pueri vidimus, existimabatur bonè latinè, sed lite-

CHAS

ras nesciebat. Est igitur quisquam, qui se ista cōsiderauerit à principe latinitatis dicta, possit suspicari perinde Romanis nō vnā fuisse linguam ac nobis est? Namque ut apud Romanos illi minus purè & ornate loquebantur, qui extra urbem vixissent, ita apud Latinos, partim barbaries à feris populis qui Italiam aliquando occuparunt, profecta, partim vetustas sermonem domesticum iam pridem insuscauerat. Ad prima redeo. Idem Iosephus inde quoque factū prodit, ut post eiusmodi linguarum discrimen, ex Noë nepotibus, & ex ijs, qui ab illis orti sunt, inter se quamprimum diuisi, alij alius terrarū oras velut in colonias profecti occuparint, atque ita secutum, ut non solum gentes populiq; quorum conditores fuissent, ab eorum sint nominibus appellati, sed pleraque etiam vrbes inde nominatae. Ceterum Graci postea barbaram vocē abhorrentes, aut illa ex integro, ut idem ait, immutarunt, aut magna ex parte inuersa, ut à prisca voce multū discreparint, effecerūt. Probat tamē adhuc quaedam durare, quae veteri opinioni consentiant, id est, in Phoenicia Tyrū, Tharsum in Cilicia, Cappadoces, Paphlagonas, Pamphyljos, Phryges, Palaestinos, Cilices, Sabaos, Syros, & ad meridiem Aegyptios, Libes & Mauros. Adicit etiā Medos, Armenios, & Iberas, quae sanè nomina sint ab ipsarum gentium conditoribus, qui idem & Hebraei fuerunt, & ab Noë prognati Eusebius etiā docet idem, ita Chronicorum libro scribens: Noë

Noë, Sem, Cham & Iaphet. Filij Sem, Elam, unde Elamita: Assur, unde Assyrij: Arphaxad, unde Arabi: Lud, unde Lydi: Aram, unde Syrij. Aramei autem Syriacè dicuntur filij Aram: Filij Cham, Chus, unde Aethiopes: Mestire, unde Aegyptij: Furfur, unde Aethiopum gens, Chanaan, Chananei. Filij autem Chus, Saba, unde Sabai dicti: Euilar, gens Euileae, Filius Iaphet Gomer, filius Gomer Aiconex, unde gentes Gothicae. Haec ille. Sicut item aequum est credere, ab illis alias nationes profectas, quae deinde orbem ipsum multitudiue oppleuerint.

De origine coniugij, & vario apud gentes vsu, & qui in propatulo pecudum more coirent, ac quis liceret ante virum, nouam inire nuptam; & ibidem de diuortij initio, ac qui in matrimonio veterum ritus.

#### Cap. IIII.

**D**Eus simulatque mundo caterisque rebus summam manū imposuerat, ut Moses tradit, postremò hominem finxit, propter quem haud dubie ipsum mundum, sicut M. Tullius in 2. de natura Deorum probè docet, cunctaque animalia fecerat. Vtrunque etiam testatur Ouidius in primo Metamorphoseos dicens:

Sanctius his animal, mentisq; capacius altè  
Deerat adhuc, & quod dominari in catera  
posset, Natus homo est.

B

Et



Et Cicero in primo libro de Legib. ait: Nunc quoniam hominem, quod principium reliquarum rerum esse voluit generavit, & ornavit Deus. Et Iosephus: Deus hominem omnium dominum fecit. Plinius quoque: Principium iure tribuetur homini, cuius causa videtur cuncta alia genuisse natura. Et enim, uti eleganter idem Cicero inquit, Quis caelum sufficit, nisi homo? quis solem quis astra, quis opera Dei miratur, nisi homo? terrenorum item commodorum in quo est dominatus, nisi in homine? nam nos terram colimus, ex ea fructum capimus, nos navigamus mare, nos pisces, nos volatilia, nos quadrupedes in potestate habemus. Cuncta igitur propter hominem Deus fecit, cum usui hominum omnia cesserint. Proinde ad propagandum humanum genus, ut una non interiret aetate, necessum erat & foeminam formare & eam deinde viro, ne more ferarum degenerent, sacris quibusdam connubij vinculis adiuungere. Quare Deus (quae finxerint fabula postea subiectam) Adam, auctore Iosepho in primo Antiquitatum, quem primum fecerat hominem, antequam (sicut quidam volunt) peccaret, coefferit Eum ad ipsius hominis exemplar confectum, matrimonio copulavit, ut duo inter se permixti sexus propagare sobolem possent, & omnem terram multitudinem implere. Divus autem Hieron. in epistola ad Eustochium, de virginitate servanda, id a Deo factum tradit, postquam Adam & Eva eius mandatum sunt transgressi, sic scribens:

Eua

Eua in paradiso virgo fuit, post pellicem tunicas initium sumpsit inspicarum. Item in libro contra Iovinianum: Ac inquit, de Adam quidem & Eva illud dicendum, quod in paradiso ante offensam virgines fuerint, post peccatum & extra paradysum statim nuptiae. Atque haec vera coniugij origo. Caterum antiquitas, auctore Trogo, tradidit Cecropem Atheniensem regem ante Deucalionis tempora matrimonium constituisse, propter quod hunc bifrontem prodidere. Verum enim verò haud unum omnes matrimonij foedus faciebant, nec uno modo servabant. Porro Numidae, Mauri, Aegyptij, Indi, Hebraei, Persae, Garamantes, Parthi, Taxili, Nasamones, & Thracae atque omnes penè barbari singuli pro opibus, quisque quamplurimas uxores, alij decenas, alij plures habebant. Scythae, Agathyrsi, Britannj, Attici, promiscuas uxores & liberos ex Platonis republica communes habere, & more pecudum lascivè coire. Massagetae singuli singulas ducebant uxores, sed communiter utebantur, uti apud Britannos etiam, teste Casare, fieri consuevit. Apud Arabes, qui felicem incolunt Arabiam, consuetudo erat, ut una omnibus consanguineis uxor esset: ex ijs enim, teste Strabone libro 16. Geographiae, qui primus ingrediebatur, posito pro foribus baculo (nam baculum ex more quisque gerebat) cum ea coibat, ipsa tamen cum natu grandiore noctes agebat. Quapropter omnes

B 2

omnium

omnium erant fratres. Adulter apud eos capite damnabatur, qui ex eo reprehendebatur, quod aliud generis esset. Hoc memoria dignū aliquando accidit. Erat enim cuiusdam regis filia mira quidem pulchritudine, cui quindecim erant fratres, qui eius omnes aequo amore flagrabant, propterea alius sub alium continenter ad eam ingrediebatur. Illa autē assiduo coitu iam defessa, rem huiusmodi commentata est; fecit enim surculos, non vitique fratrum surculis absimiles, ac statim ut quispiam exibat, surculum aliquem similem ante ianuam ponebat, quod fratres, qui deinceps sequebantur, surculum pro foribus fixū cerentes, eorumque aliquem intus esse arbitantes, ab ingressu arcerebantur. Verū cum aliquando omnes in foro essent, unus ad fores accessit, & cum baculum vidisset, suspicatus adulterum intus esse (sciebat enim se omnes fratres in foro reliquisse) currens ad patrem sororem stupri accusavit, sed cognita re, eam falsō criminari conuictus est. Babylonij & Assyrij uxores ex publica auctione emebant, quod hodie apud Arabes ac Saracenos servatur. Catabri uxoribus dotes dabant. Alij cum sanguine coniunctis colbant, praesertim cum maribus, & sororibus, quas etiam in matrimonium ducebant, ut Anthropophagi, Medi, Magi, & Ethiopum quidam atque Arabes. Apud Nasamones & Augylas Libya populos moris erat, sicut quis primū duxisset uxore, ut sponsa prima nocte cum singulis coniuis cret.

ret. Veneris gratia, post perpetuam castitatem servaret. Adyrmachida, Paenorum populi, qui ad Aegyptū pertinent, teste Herodoto lib. 2. soliti erant virgines nupturas regi exhibere, qui quam vellet, primus vitaret. Fuit idem mos apud Scotos, ut novam nuptam dominus loci ante virū cōprimeret. Quid nempē institutum post homines Christianos natos turpissimū, Malcolmus tertius eorum rex, princeps optimus, sustulit cititer annum salutis humanae M. XC. cōstituitque, ut nubentes pudicitia redimēda causa, locorum dominis nummum aureū penderent, id quod hodie etiam servatur. Lydorum filia extenuis vulgato corpore quantum faciebant, quoad sibi dote comparassent, deinde nubebant. Alij demum sine coniugibus degere, ut quidam Thracos, qui Cista, id est, creatores vocantur: & Effeni, tertium apud Iudaeos philosophorum genus. Ex his autem in propatulo pecūā more concumbebant Indi, Massagetae, Nasamones, & Anthropophagi. Sanē hinc videre licet, quā turpiter isti omnes libidini frana laxarent. Sed quid mirū est gentes huiusmodi, quae lumine carebant, hoc est, Deum ignorabant, libidine flagrantes in omne nefas ruisse, nullosque discrimine, summe facinus factū, dictūve pudendum, ac factum edidisse? Nos virtur multo profectō iis feliciores sumus, quibus ipse Deus, teste Hieronymo contra Iovinianum, & ad Eustochium, de virginitate servanda, illud magnum matrimonij sacras constituit, quod nūc

homines Christiana religione imbuti, una dumtaxat uxore contenti longè mehercule sanctius seruāt, atq; venerātur, quàm olim Hebraei, qui tametsi primi à Deo id acceperunt, uxorem tamen multitudinè (plures enim, ut diximus, habebant) sædè turpificabāt. Id tamen qua ratione apud illos factum aliquādo fuerit, docebimus in quinto huius operis volumine, cū de re Christiana ageretur: ibidèmq; declarabitur, quous olim, ac nunc, propinquitatis gradus sit nubentibus interdicitur. Sed domum reuertamur. Romanorum quoque inuiolatum prorsus matrimonium fuisse, si diuortium non habuisset, quod licet in causa esset, quamobrem matrona constantius pudicitiam tuerentur, id tamen non tam facile religio sancta concedit. Primus enim Spurius Caruilus (Dionysio Halicarnasseo lib. 2. & Plutarcho in vita Romuli, auctoribus) anno urbis condita D. XXIII. M. Pomponio II. e. Papyrio C O S S. cum uxore sterilitatis causa diuortium fecit. Hinc sanè cognoscere licet, iam inde ab initio apud Romanos sædus matrimonij sanctissimum fuisse, quando tandiu inuiolatum permanisset, & Sp. Caruilus, qui quanquam coram Censoribus iuratus se matrimonium liberorum tantum causa colere, illud violarat, postea ob id facinus semper à populo male audiuit. Quod ex Moysi decretis tralatitium esse constat, qui primus diuortij auctor fuit, ut extat in Deute. cap. 24. Moses enim videns, auctore fieri Iudeorum

alios

alios auaritia, alios molestia domestica, alios libidine commotos, suas uxores iniuria, & aliquādo morte afficere, quod sibi integrū foret nouas ducere uxores, aut ditiores, pulchriores, inuiores sive, ut domestica quieti consuleret, facultatem illis dedit diuortij faciendi cum prioribus uxoribus: sed voluit, ut vir daret uxori ita reiecta libellū diuortij, in quo, teste Iosepho lib. Iudaica Antiq. 4. in hanc fermè sententiam scriptum esset, Promitto me non repetiturum te: quod sic mulier posset cuius rursus nubere. Nec de ea re aliter esset tege sancitum, ne fieret contra illud, Quod Deus copulauit homo nō separet. Ac iam permissu Moysi, non iussu diuortium primum apud Iudeos factum constat. Testatur utrumq; Christus apud Matth. cap. 19. Quod Deus copulauit, homo non separet: & subiicit, Moses ad duritiam cordis vestri, permisit vobis repudiare uxores vestras: ceterum ab initio non fuit sic: Ad duritiam dixit, quod sanctiā exercuerint in uxores, quas nimis ferum ac durum fit nō diligere. Istuc exin diuortium minime respiciendum Christus sanxit, si stupri tantum causa factum esset. Atq; hac de diuortij Iudeorum, Romanorumque primordio dicere habui. Sed differebant tamè quod apud Hebraeos non erat mutuum diuortii, sed soli marito sūs erat ab uxore discedere: contra apud Romanos utriusque licebat id facere. Sed age iam dicamus, qui in matrimonio fuerint veterum ritus, quiq; adhuc durēt. Apud Romanos

B 4

testis

teste Festo, patrum & matrum pueri tres, id est, qui patrem & matrem haberent, nubentem ducebant, unus qui facem ex alba spina praeferret, (nam noctu, ut ait Plutarchus in Problematis, nubebant) duo qui sponam tenerent: & ea fax vel Ceres honore praeferbatur, ut quemadmodum Ceres mortales alit, quae terra mater, ac civitatum frugum creatrix habetur, ita nova nupta materfamilias post facta, filios nutriet. Quod quum alibi hodie, tum praecipue in Anglia servatur, ut duo pueri vel ut paranympsi, id est, auspices, qui olim pro nuptiis celebrandis auspicia capiebant, nubentem ad templum, ubi ei & marito sacerdos benedicat, & inde domum duo viri deducant, & tertius loco facis, vasculum aureum, vel argenteum praeferat. Spicae ita corona sponsa redimita caput, praesertim ruri, ducitur, vel manu gerit ipsam coronam: seu dum ingreditur domum, boni ominis causa super eius caput iacitur triticum, quasi inde consecutura sit fecunditas. Interim autem Talassij nomen saepe invocabatur, velut virginum assertoris, quod ei in raptu Sabinarum, virgo obligisset, aut quod matresfamilias sic operum & lanificij admonerentur, per Talassij vocem, qui dicitur Calathus ad id aptus. Inde factum quoque est, auctore Plutarcho & Plinio, ut sponsae colum lana comptam cum fuso secum ferrent, quod in Venetia regione Italia adhuc durat. Dabatur praeterea ante viri congressum, ignis & aquae attingenda, quod

iis

iis elementis purgatio fieret, sicut alio loco dicitur, per hoc significando castam ac puram futuram. Item sponsa introducta potio sacchari porrigebatur degustanda. Quid, in Fastis:

Nec pigeat tritum: niueo cum lacte papaver

Sumere, & expressis mella liquata favis.

Cum primum cupido Venus est deducta marito,

Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit.

Pro his omnibus nunc Roma mel tantum degustandum iradunt. Sic sponsa apud Anglos, postquam benedixerit sacerdos, in templo incipit bibere, sponso & reliquis astantibus idem mox facientibus. Tum supra caput hastam de gladiatoris corpore eductam ponebant, tanquam promptum violati thori supplicium, vel quod matrona Iunonis Curetis in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae Sabinorum lingua Curis dicitur: vel quod nuptiali iure nubens viri imperio subiciatur, quia hasta armorum & imperij summa est. Germani hunc morem nunc retinent cum primis. Fuerat insuper tam Graecis quam Romanis virginibus consuetudo fasciae genitalia succingere usque ad diem matrimonij. Quod Homerus in Odyssea, de Tyro virgine a Neptuno compressa testatur: & Catullus, Quod zonam soluit diu ligatam. Nova praeterea nupta cinnilgio praecingebatur, id vir in lecto solvebat factum ex lana ovium, ut cum illa in domum sublata, sic vir vincitum, cinctusque esset. Ita Roma, auctore Festo, nubent es

B s

bent es

bentes solebant asses treis ferre, atque unum quem in manu tenerent, tanquam virum emētes, marito dare: alterū, quem in pede haberent, in foco larium familiarium ponere, quod hodie nonnullis in Italia locis seruatur: tertium in sacciperiu (ita Nox. Mar. appellat hoc marsupij genus) in compito vicinali resonare certo tempore solere. Sed longē alia erat coemptio, qua fiebat, cum conuenirent in manum, quam Boetius super Topicis Ciceronis, refert his cerimonis consueuisse paragi: sese enim in coemendo inuicem interrogabant: vir ita, an sibi mulier materfamilias esse vellet, illa respondebat velle: item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esse vellet, ille respondebat velle. Ita mulier viri conueniebat in manum. Quo facto, inter se iuētis dextris, osculabantur. Ac postremū vir spōsa digitorum annulo aureo ornabat, quasi eam sibi deuinciens tali insigni pignoris. Vtrumque testatur Tertullianus lib. de Virginit. velandis, & in Apologetico cap. 6. De hac coemptione, rei uxoria meminit Virgil. in illo versiculo:

Tēque sibi generum Terhys emat omnibus vndis.

Sponsa rursus domus coniugalis postes ungebatur adipe suillo, quod sic ab ea mala depulsum iri ducerent: unde ab ungedo uxor dicta, quasi unxor. Item non permittebatur transcendere limē, sed transportabatur, perinde quasi coacta pudicitiam amitteret. Ac non parum multa superstitionis

stitionis plena: alia alibi seruabantur, qua otiosum omnino duximus commemorare.

De religionis origine, & qui colendorum deorum primi auctores fuerint, & Deo vero sacrificauerint. Cap. v.

**N**on dubium est, quin homines qui antea agrēstem vitam sine ullo rectorē viuēbāt primos suos reges laudibū, ac nouis honoribus usq; ad cælū ferre cœperint, ut etiam dāmonū prestigiis adducti, veluti docuimus, deos appellarent, siue ob miraculū virtutis, siue (ut solet) ad adulationē præsentiū fortuna, siue ob beneficia in se collata. Ita cum ipsi reges chari essent, magnum sibi posteris desiderium relinquebant. Ex quo homines eorum simulacra fingebant, ut ex imaginum contemplatione voluptatem caperent: inde & honores illis habere tanquam diis cœperunt, virtutis præsidentem ac uendā causā: nam libentius Reipublica periculum optimus quisque adibat: sciēs virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecrāsum iri. Hac igitur ratione, ut diuus docet Cyprianus in libello de Idolis paulatim vana religio esse cœpit, cum primi parentes eo ritu suos liberos, & illi suos, ac deinde omnes posteros imbuerēt. Quare Iouis temporibus, auctore Lactantio lib. 2. cap. 11. primū templa constitui, & noui deorū cultus esse cœperūt, vel pauld antē, quip-  
pe sic

pe fieri potest, sicut idem ait, vel ut antè, vel ad-  
 hus puero Ioue, Melissus Iouis nutritor, à quo, ut  
 infra dicemus, colendorum deorū ritus effluxit,  
 colere instituerit alumni sui matrem, & auiam  
 Tellurem & patrem Saturnum. Sed ut ad un-  
 guem origo constet, faciamus initium huius rei  
 fuisse tempore Beli patris Nini, qui anno ab orbe  
 condito circiter ter millesimo CLXXX. apud As-  
 syrios primus regnavit. Hunc Belum sibi Deum  
 nominatum Babylonij & Assyrij colerant. Idcirco  
 errant quidam deorum cultus ab exordio rerum  
 fuisse contendunt. Veri autem Dei religio non  
 equidem aliunde manavit, nisi ab ipso Deo: ete-  
 nim Deus, teste Lactantio in libro de ira Dei, reli-  
 gionis causa nos fecit, ut sibi nos statim geniti,  
 iustos & debitos honores haberemus, ipsum solū  
 veneraremur, ipsum sequeremur, in ipso deniq;  
 acquiesceremus, uti est in Deuteronomij, cap. 6.  
 ita iubente Domino: Deū tuum adorabis, & illū  
 solum coles. Ex quo hoc vinculo pietatis obstricti  
 & religati Deo sumus: unde, ut eidē placet, reli-  
 gio nomē accepit. At Cic. in secūdo de Natura  
 deorum, à relegendo fluxisse opinatur, scribens:  
 Qui autem omnia quæ ad cultum deorum per-  
 tinerent diligenter tractarent, & tanquam re-  
 legerent, hi dicti sunt religiosi, ex relegendo, &c.  
 Sed ad deorum cultores reuertamur, de quibus  
 magna apud auctores est quæstio: nam primi om-  
 niū Aegyptij, auctore Herodoto lib. 2. & Strabo-  
 ne lib. Geographia 17. diis & aras, & simula-  
 chra,

chra & delubra statuerē, sacrificiaq; curarūt,  
 ritusq; eos deinde peregrinis cōmiserarūt. Qui-  
 dā verò volūt Mercuriū primū instituisse, qui-  
 bus sacris dij colerentur. At alij Menam regē,  
 auctōr Diodorus lib. 1. Sed idem in quarto, Aethiopes  
 primos Deos coluisse autumat, ita scri-  
 bens: Afferunt autem deorum apud eos cultum  
 primitus adinventum, sacra in super, pompas, ce-  
 lebritates, aliāque quibus diis honores impendū-  
 tur, ab eis fuisse reperta. Quæ ex re ipsorum in  
 deos pietate, religionēq; inter omnes vulgata,  
 videtur Aethiopū sacra diis admodū grata esse.  
 Huius rei testimonium afferunt antiquissimi ac  
 ferè celeberrimi apud Græcos poetarum qui in  
 sua Iliade, Iouem, reliquosq; unā deos introducit  
 in Aethiopiā, tum ad sacra, quæ eis de more  
 fierent, tum ad odorū suavitatem commigrātes.  
 Aethiopes etiam dicuntur suæ erga deos pietatis  
 præmium tulisse, quod nunquam ab externis re-  
 gibus subacti sint, semper eum liberi permansa-  
 runt. Verum Lactantius lib. Instit. primo, tra-  
 dit Melissum Cretensium regem primum diis sa-  
 crificasse, ac ritus novos, sacrorumq; pompas in-  
 trodussisse. Huius Amalthea & Melissa filia fue-  
 runt, quæ Iouem puerum caprimo lacte, ac melle  
 nutrierant. Quamobrem poeta tradiderit ad-  
 volasse apes, atque os pueri melle complexisse. Alij  
 præterea alia id genus sacra apud gentes adin-  
 uenerunt, veluti Faunus in Latio, qui, eodē La-  
 ctantio auctore, Saturno ano sacra cōstituit. Quin-  
 dam

dam scribit ante Faunum imperasse Ianum, ac deorū cultū demonstrasse apud Romanos Numa Pompilius non a religionis auctor fuit, sicut Orpheus sacra liberi patris primus in Graciam introduxit, qua Orgia vocabantur, quo nomine, teste Servio super 4. Æneid. olim apud Gracos omnia sacra dicebantur, quemadmodum apud Latinos Cerimonia. Item initiandi morem, atque alia mysteria intulit, Diodorus & Lactant. auctores. At Eusebius non planè hoc sentit in 10. de Evangelica preparatione, sic scribens: Primus enim omnium ex Phoenicia, Cadmus Agenoris filius mysteria & solennitates deorū Gracia tradidit, simulachrorum consecrationes etiā & hymnos, deinde ex Thracia Orpheus, Herodotus verò lib. 2. Gracos omnino religionem deorū partim ab Ægyptiis, partim à Pelasgis accepisse affirmat, & Athenienses ante omnes quando in Gracia Dodonaum oraculum omnium vetustissimum conditum erat. Sed apud Gracos, sicut idem ait, Hesiodus & Homerus deorum opifices in primis extiterunt. Cū Herodoto consentit Eusebius, qui in prefatione in Chronicon suum ita dicit: Cecrops Diphyes primus omnium Ionē appellavit, simulachra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Gracia usquam visis. Siquidem Cecrops primus Attica rex fuit & aequalis Moysi. Item Orgia Thracibus, teste eodem Eusebio, Ætio adinventum. Ac talis fuit apud gentes religionis origo.

Deo

Deo autem omnipotenti, quem nos Christiani colimus, cuius nutu omnia geruntur, Cain & Abel Adam filij, auctore Iosepho in primo Antiquitatum, primi sacrificarunt. Enos verò primus ut testatur Hieronym. contra Iouinianum, & Eusebius, inuocavit nomen Domini, & sic deinceps eorum posterius nullus sacris initiati sacrificium fecere, quoad Deus sacerdotiū constituit, quod primo, teste Iosepho in 3. Antiquitatū, Aaron Moysi fratri detulit. Ex quo solenne apud Hebræos fuit, ut nemo diuinum pontificatum gereret, nisi Aaron genere ortus foret: is enim sacerdotibus tantum rem diuinam facere licebat, sicuti nunc apud nos, sacerdotes illi duntaxat illud idem faciunt, qui per episcopos sacris initiantur. Sed de vera religionis ac sacerdotij initio, in quarto operis huius volumine diffusius tradetur.

Quis primus literas inuenerit: vel in latium attulerit, & de earum numero aucto, varietate, vi, atque sono.

Cap. VI.

Quoniam solo literarum usu memoria fulcitur aternitas, ab omniq; obliuionis iniuria res memoria digna vindicantur, has ante omnia esse tractandas ducimus, cum earum inuentio planè demonstret valde admirabilem fuisse vim iuxta ingenij, atque memoria in eo homine qui primus sonos vocis, qui infiniti videbantur,

bantur, paucis eiusmodi literarum notis terminaverit: cuius nomen antiquitate obrutum non proditur, tamen si honore maximo dignatur. Mercurium itaque literas in Aegypto omnium primū reperisse testatur Diodorus lib. 1. Cicero libro de Natura Deorum tertio, hunc quintum Mercurium fuisse tradit, qui literas Aegyptiis dederit. At idem Diodorus paulo inferius (de primo enim earum inventore, magnum apud idoneos auctores certamen esse video) Aegyptiis literarum inventionem attribuere videtur, ita scribens. Asserunt Aegyptii, literas, astrorum cursus geometriā, artesque plurimas ab se fuisse inuenit. Nonnulli has in Aegypto inuenisse quendam nomine Menora affirmant. Sed apud eos, quod non est silētio praterendum, animalium effigies loco literarū erāt, quippe quae sensus mēis (sicut docebimus cum de obeliscis merguerimus) representabant. Plinius autē lib. Naturalis histor. 7. circa finem, ait se literas semper arbitratū esse Assyrias fuisse, Cadmū verō à Phoenicia primū in Graciam attulisse sexdecim numero, A B C D E G I L M N O P R S T V: quibus Troiano bello Palamedem adiciisse quatuor hac figura, Θ Ξ Φ Υ. Totidem post eum Simonidem Melicum, Ψ Ζ Η Ω, quarum vis in nostris recognoscitur, Aristoteles decē & octo priuscos fuisse commemorat. A B Γ Δ E Z I K A M N Q P P E T Y Φ, & duas, ab Epicharmo nō à Palamede additas, hoc est Θ & Π, vel Ψ, ut Hermolauus prodit. Quidā verō aut nō

Cad-

Cadmum literas in Graciam, sed Phoenices, qui cum eo venerant: aut omnino non primò Cadmum, sed multis post seculis aduexisse contendunt: nam Herodotus Halicarnassensis historicorum pater, ut aiunt Graeci, lib. quinto, de Phoenicibus ita loquitur. Phoenices isti qui cum Cadmo aduenerunt, quorum Zephyres fuere, dum hanc regionem incolunt, cum alias multas doctrinas in Graciam introduxere, eum verò literas, quae apud Gracos ut mihi videtur, antea nō fuerant, & prima illa quidem extiterunt & quibus omnes Phoenices utuntur. Asserit itidem Diodorus libro sexto: Nam qui dicitur Phoenices à Musis perceptas literas tradidisse postmodum Graecis, hi sunt qui cum Cadmo in Europam nauigarunt. Ex quo à Graecis litera Phoenicea appellata sunt. Hinc Lucanus,

Phoenices primi, fama si credimus ausi

Mansuram rudibus vocem signare figuris.

At omnino Cadmum non primum ad Gracos literas portasse, sed longo post tempore, Diodorus perspicue demonstrat qui ait: cum Aëlius Solis filius in Aegyptum transiens astrologiam Aegyptios docuisset, demum Gracis diluuiio oppressa, plurimos homines periisse literarūque monumenta deleta fuisse: & eam ob causam, post multa secula, existimatum esse Cadmum Agenoris filium primum literas in Graciam adduxisse atque ideo Gracos quadam communi ignorantia duobus, literarum inventionem illi acceptam retu-



lisse. Caterum Iosephus in primo Antiquitatis cōtra Appionem, Græcos omnino ante Homerum a litteris caruisse affirmat, cum inquit: Postea multa quaestio atque contentio facta est, utrum literis usi sint: & magis veritas obtinuit, eò quod usus recentium literarum illis fuisse incognitus: constat autem quoriam apud Græcos nulla inuenitur absolutè descriptio poemate Homerum vetustior. & hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. Atqui Cicero in Bruto secus tradit, aens: Nec dubitari debet, quin fuerint ante Homerum poeta, quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud illum & in Phœacum, & in Procorum epulis canuntur. Item Eusebius in 10. de Euang. præp. ostendit scripsisse apud Græcos ante Homerum, Linum, Philamonem, Thamyram, Amphionem, Orpheum, Musæum, Demodocum, Epimenidæ, Aristaum, & plerosq; alios. Alij, teste Diodoro in 4. asserunt, Aethiopes litteras primum reperisse, ab usq; Aegyptios eorū colonos exin illas accepisse, & ab his deinde reliquos. Verum Eupolemus, ut Eusebius opinatur, proculcubio veram literarum originem reddit, affirmans Moysen, qui, teste eodem Eusebio de temporibus, & in 10. de Præpara. Euang. longè ante Cadmum fuit, litteras Iudæis primum tradidisse, & à Iudæis Phœnicæ accepisse, Græcos verò potestimos à Phœnicibus. Idem etiam Eusebius lib. 8. & 10. pulcherrimè probat. Cui opinioni congruit illud quod ex Plinio antè retulimus, apud

Syros

Syros litteras repertas esse, quando Syri ipsi quoque, teste Eusebio, Hebraei sunt, atq; adeo Iudæa Syria est, ita Plinio lib. 5. dicitur. Syria quondam terrarū maxima, & pluribus distincta nominibus: namq; Palaestina vocabatur quæ contingit Arabas & Iudæa, & Cœle dein Phœnicæ, &c. Sed reperimus ante diluuium Noe, apud eos omnino usum fuisse literarum: Iosephus enim in 1. Antiq. tradit liberos Seth Adam filij, in duabus columnis, vti cum de Astrologia tractabitur, subtilius dicemus, disciplinam rerum cœlestium à se primum inuentam conscripsisse. Quo apparet etiam tum litteras fuisse quas fieri potuit vi quarum deletas Moysen deum adiuuasse: quamuis ex his columnis alteram, id est, lapideam, Iosephus usque ad ætatem suam in Syria durasse affirmet. Quapropter rectius, mea quidem sententia Philo primam literarum inuentionem Abrahamæ assignat, qui Moysen antiquior est, nisi hoc sit potius filij Seth attribuendum, qui ipsum Abraham multis annis præcesserat. Hebraorum autem littera, ut idem Eusebius ait, numero viginti duæ sunt, quorū idem nostra latina, quæ, si diu Hieronymo credimus, noua sunt, & ab Esdra inuenta. Ille etiam in præfatione in libros Regum ita scribit: Certūque est Esdrā scribam, legis quæ doctorem post captam Hierosolymam, & in restaurationem templi, sub Zorobabel alias litteras reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus, idem Samaritanorum & Hebraorum

G. 2

chara

characteres fuerint, &c. Græcæ verò veteres literas fuisse easdē pendē, quæ nunc latinae sunt, in dicio est Delphica tabula aenea, quæ Roma in palatio Minerua dicata, in bibliotheca conspiciebatur, Plinij (ut ipse testatur) temporibus. In Latium eas, teste Plinio & Solino intulere Pelasgi. Quidam velunt Nicostратam Euandri Arcadiæ matrem Latinis primùm dedisse Dionysius in primo ait, ipsos Arcades primos attulisse in Italiam, qui post Pelasgos venerant. Livijs Euandrum auctorem vocat, libro ab urbe cond. primo ita scribens: Euander tum ea profugus ex Peloponneso auctoritate magis quàm imperio regebat loca venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines. Sentit idem Cornel. Tacitus, qui tradit Aborigines ab Euandro Arcade didicisse literas. Quod autem Plinius in septimo, Epigenis auctoritate probare conatur æternum literarum esse usum, qui, vel uti ex Iosephi testimonio probavimus, omnino antiquissimus est, non id planè sentit Herodotus, qui ut suprà demonstratum est, nullas literas ante Phœnices, in Græcia fuisse autumat: neq; Eupolemus aut Eusebius, qui Mosi primam literarum inventionem, sicut ostendimus, assignant: neque demum Diodorus, qui in primo inquit: qui primi fuerint in orbe reges, nequaquam compertum habemus, eum nulli historici eos tradant: fieri quippe non potest literas æque, ac primos reges, vetustas extitisse. Hac ille. Sed etiam in

Latium

Latium venire, quod testatur Livijs ita scribens in fronte libri sexti ab urbe condita: Tum quodam parva & rara per eadem tempora litera fuere, una custodia fidelis memoria rerum gestarum. Quapropter idem libro nono ait, Romanos deinde pueros non modò Græcis, sed Hetruscis quoque literis erudiri solitos. Ex quo scire licet, Hetruscos etiam suas olim habuisse literas, quas ut nostra denique cætera omnia, ita tempus conjumpsit, ut nunc ne nota quidem illarum cognita extet. Has autem literas Cornelius Tacitus libro Augustæ historiae 11. auctor est. De maratum Corinthium Hetruscos primùm docuisse Phrygijs quoq; proprias fuisse literas, testatur Cicero de Nat. deorum sic scribens: Alter Hercules traditur Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygijs literas conscripsisse. Atqui cum Græci ita suarum literarum numerum paulatim auxissent, sicut suprà demonstravimus, Latini quoque idem studentes, postea literas sex ad suas prietas sexdecim addiderunt, F K Q X Y Z & H, hæc tamē nō est litera, sed tantū aspirationis nota, F, digammon ab Aeolis acceptum, quod, teste Prisciano, apud antiquissimos Latinarum eandem vim atque apud ipsos Aeoles habuit: eum enim propè sonum quem nunc habet F, significabat P, cum aspiratione qua nos in verbis Græcis utimur, ut Orpheus. Deinde Claudius Casar, prout Tacitus prodit F, loco V, consonantis recipiendum constituit, ut Fulgus, pro

vulgus, *Fixit pro vixit*. *Quintilianus*: *Nec inuuliter inquit, Claudius Aeolicam illam ad hos vsus Literam adiecerat*. Ita *Germanum vulgus latinè loquendo etiarum pronuntiat*. *Postremò latinis vocibus pro P & H, poni F ceptū est, ut fama facio, K etiam litera à Gracis accepta, in nullis verbis apud nos boni auctores vte- dum putant*. *Q* adiecta est, quòd pinguiorem sonum edere visa est, quàm *C. X. de Gracis qua- suimus, qua tamen capere potuimus, ut ait Quintil. nam pro ea, C & S. vel G & S ute- bamur, ut apex & grege, pro apex & grex. Y & Z ex Graco similiter fonte manarunt, & id quidem, ut istarum literarum vsus in Gracis foret duptaxat verbis.*

De origine Grammaticæ, & quantum valeat. Cap. VII.

**C**onsentaneum videtur, ut prodita literarum origine, antequam ad alia explicanda aggrediar, de Grammatices origine disse- ram, utpote qua plura est, quàm omnium libe- raliū artium scientia, quia reliquarum vni- cum est fundamentum, noménque à literis acce- pit: nam *περὶ πύξ* græcè litera dicitur. Gramma- tica ipsa apud nos, teste Fabio, literatura nun- rupatur, & grammatici literatores, aut literati: quàmvis nonnulli auctore Tranquillo de gram- matica, literatores vocent mediocriter doctos, sicus Graci grammaticistis. Est autem gramma- tica

sica ars, qua in emendatè loquendo scribendoque consistit, ut litera suas custodiant voces, & velut depositum reddant legentibus & auctore *Quin- tiliano libro primo, in duas partes diuiditur, in rectè loquendi scientiam, & poetarum enarra- tionem Cicero de Oratore. In grammaticis poe- tarum pertractatio historiarum cognitio, verborum interpretatio, & pronuntiandi quidem sonus. Eius autem initium, ut testis est Suetonius in libro de grammatica, tale ferme fuit, quale habuit Rhetorice: ex obseruatione enim eorum qua in loquendo apta aut inepta erant, homines ea ipsa ad imitandum vitandumque notantes, hanc artem fecerunt, veluti oratoriam: nam grammatici pariter ac oratoris scientia est, quomodo loqui deceat, ut ex Cicrone colligere licet, cum lib. 3. de Oratore ait: Atq; ut latinè lo- quamur non solum videndum est, ut & verba efferamus ea, qua nemo iure reprehendat, & ea sic & casibus, & temporibus, & genere & nu- mero conferamus, ut nequid perturbatum, ac discrepans, aut praposterum sit, sed etiam vocis sonus est ipse moderandus. Ista omnia gramma- tica sola docet. Hanc autem, ut Laertius libro 10. ait. Hermippus auctor est Epicurum primum docuisse, cuius vim Plato primus speculatus est. Roma verò, auctore Suetonio, olim ne in vsu quidem, ne dum in vlllo honore fuit: inde in vr- bem eius studium intulit Crates Malotes mis- sus ad Senatū ab Attalo rege, inter secundum*

Et tertium bellum Punicum sub ipsam Ennii mortem. Caterum hac omnium artium praclarissima est: praebet enim iter ad ceteras capefendas Fabius: Nec ad vltius rei summam, nisi precedentibus initiis perueniri potest. Et alibi, Quò minus inquit, sunt ferendi qui hanc artem ut tenuem ac ieiunam cauillantur, qua nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris, corruet, necessaria pueris, in cuncta senibus, dulcis secretorum comes, Et qua vel sola omni studiorum genere plus habet operis, quàm ostentationis. Hac ille. Illud prater ea quamobrem magnifera debeat, facile docet, quia ex huiusmodi artis negligentia, in poetis oratoribus, historicis, in arte medicina in iure civili ceterisque disciplinis quotidie sexcenti errores existunt ineptissimaque interpretationes, id quod non accideret, si grammaticam primùm discerent, qui aliquando essent sese ad scribendum daturi, illi ut non ignorarent grammatici partes esse, ut cunctas fere calleat artes, quando apud antiquos soli grammatici omnium scriptorum censores et iudices fuere, qui idcirco critici à τὸ νόμῳ appellati sunt. Igitur cum quis pingue quiddam latine sonare incipit, non debet ad opus aliquod scribendum aggredi prius, quàm grammaticam didicerit. In hac autem olim precelluerunt, Didymus, quem Macrobius omnibus grammaticis praeponit: Antonius Empho, cuius scholam M. Tullius post forensia negotia

gotia frequentabat: Negidius Figulus: M. ille Varro omnium doctissimus: M. Valerius Probus: Palamon ille arrogantissimus, multiq; deinde alij. Apud Graecos Aristarchus Aristoteles Theodotes.

De poeticae artis origine & eius praestantia, ibique locus Ciceronis in Catone emendatus.

### Cap. VIII.

Poetica ars multus mehercle decausis, reliquas antecedit disciplinas, vel quia homines nullam penè artem assequi possunt, nisi in illam diu incubuerint, vel quòd scientias fere, ut Strabo in primo Geographia aduersus Eratosthenem pulchre demonstrat, in se continet omnes: vel demùm quòd ex omnibus artibus, qua ab humani ingenij excellentia profisciscuntur, sola poetica diuino furore percipitur. Nam poeta furore afflatus omni admiratione et stupore dignas canum sine quo, teste Cicerone in primo de Diuinatione, Democritus negabat magnos esse poetas, quippe qui, ut idem quoque Democritus et Plato aiebant, non arte, sed natura constant tunc que veri vates sunt, cum insanunt. Horatius in Poetica arte, Ingenium misera quia fortunatus arte, Credit et excludit sanos Helicone poetas Democritus. Et alibi: Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quasi sum est.

Non sunt igitur Poëtae, sed nascuntur. Vnde in Bucolic. Vergilius :

Pastores hedera crescentem ornate poetam.

Quare Quisilius in 3. de Arte amandi dicit:

Est Deus in nobis, sunt & commercia caeli.

Et Maro diuinum vocat poetam:

Tale tuum carmen nobis diuine poetæ, &c.

cum vatem esse, Dei munus sit. Sed Cicero pro Archia poeta, multo luculentissime illud quo fiat pacto, docet dicens: Atqui sic à summis hominibus, eruditissimisque accepimus cæterarum rerum studia & doctrina & præceptis, & arte constare poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari, quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. Origo autem huius artis admodum vetusta est, & teste Eusebio in lib. 11. de preparat. Euangel. apud antiquissimos Hebraeorum, qui multo ante Græcorum poetas fuere, primū floruit. Nam Moses magnus Hebraeorum imperator, cum ex Aegypto eos in patriam reduceret, statim atque mare rubrum diuinitus cedentibus aquis, transfregit, diuino Numine afflatus, auctore Iosepho in 2. de Antiquitatibus Iudæorum, hexametrum carmen, quo Deo gratias ageret, edidit. Deinde David ille diuinus Dei vates vario metro hymnos composuit. Idem Iosephus lib. 7. Antiquitatum: Expediunt itaque David à preliis

& periculis, cum pace iam altissima frueretur, cantica in Deū hymnosque vario metro composuit, alios quidem trimetros, alios quidem quinque metros. Hac ille. Diuus quoque Hieronymus in præfatione in Chronicō Eusebii, longè scienter id demonstrat scribens. Denique quid psalterio canorius & quod in morem nostri Flacci & Graci Pindari, nunc iambo currit, nunc alcaico perfonat, nunc sapphico tumet, nunc semipedo ingreditur. Quid Deuteronomij & Esaiæ cantico pulchris? Quid Solomone grauius? Quid perfectius Iobis, quæ omnia hexametris & pentametris versibus apud suos composita decurrunt. Non immerito igitur huius artis initium Hebræis acceptū referre debemus, veluti reliquarum propemodū disciplinarum. Oracula quoque aliorum vatum versibus edita sunt, quod Horatius in poetica testatur:

Dicta per carmina sortes.

Verum Orpheus, auctore Porphyrione, primus poetam illustrauit, deinde Homerus & Hesiodus. Nos autem serius illam accepimus: nam Liuius Andronicus, ut M. Tullius in primo Tusculanarum, & Fabius Quintilianus in 10. prodiderunt fabulam primus hedit, Appio Claudio Cæcilio, M. Tuditano Coss., anno ante natum Ennii, qui fuit annus ab urbe cōdita quingentesimus tertius decimus. Ceterum ex ratione temporis inita à Liuiō, ac testimonio eiusdē Ciceronis in Catone, cum Liuij Andronici meminit, satis

satis constat Marci Sempronij Tuditani id temporis collegam fuisse Caium Claudium Centonem, licet exemplaria in Catone perperam habeant pro Centone Cerhego, non Appium Claudium. Ac sic ratio temporis, cuius rei causa hoc loco consulum mentio facta est, conueniet, si ita legas: *sin minus, pon item.* Antea enim, vel ut idem M. Cicero ait, nullus honos erat poëtica artis: quin etiam usque adeo probro habebatur, ut si quis, quem admodum Gellius ex Catone, libro Nocturnum Articarum vnderimo, capite secundo, testatur, eam rem studeret, grassator vocaretur.

De origine metri, & metrorum plura esse genera.

Cap. IX.

Quamquam nonnullis fortasse haud iniuria accusandus videbor, quod antea de poetica artis initiis scripserim, quam metri originem traderem, ex quo illa constet, nec eò tamen quispiam mihi succenscat: rei enim dignitas in causa fuit, cur id fecerim, non valde inderens ratus de metro statim tractare. Metri itaque origo à Deo optimo maximo est, qui hunc terrarum orbem, & omnia ab eo contenta, certa ratione quasi metro disposuit: harmoniam enim, sicut Pythagoras docuit, in caelestibus terrenisque rebus nemo hercle esse dubitat. Nam quo pacto mundus consisteret, nisi certa ratione & numeris praefinitis ageretur? Omnia quoque

que instrumenta quibus stimur, mensura quaedam, id est, metro sunt. Quod si hoc in ceteris rebus accidit quanto magis in oratione, qua cunctas complectitur? Diodorus etiam, tametsi fabulas sequitur, cum de Musarum officio libro sexto loquitur, metri inuentionem Ioui, hoc est, Deo immortali assignat: Musis, inquit, à patre concessa est literarum inuentione, & carminum, qua poësis appellatur, ratio. Atque merum à Deo initium habuit, quo apud mortales, eius vates, quos commemorauimus, diuini spiritus pleni primùm visi sunt. Sed metrorum plura sunt genera, qua, auctore Seruio, vel à rebus qua describuntur, nomina ac cepere, ut heroicum, quod hexametrum: licet Moses, ut dictum est, primus usurpauerit, tamen quia Homerus, & ceteri qui deinceps secuti sunt, heroum res gestas hoc carmine scriptarunt, heroicum nominatum est, quo etiam ante Homeri aetatem, Apollinis Pythij oracula reddi consueuerant: propter quod, ut opinor, Plin. in 7. ait: Versum heroicum Pythio oraculo debemus. Ipsa in super oracula soluta etiam oratione, teste Strabane libro nono Geographia, reserebantur, id quod affirmat Cicero in secundo de Diuinatione, dicens: Praterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat. Vel ab inuentoribus, ut asclepiadeum: vel à pedibus, ut iambicum, quod Archilochus primus inuenit. Horatius in poëtica:

Archi

Archilochum proprio rabies armavit iambo. Vel à numero pedum, ut hexametrum & pentametrum, quæ & elegiacæ dicuntur, quorum reperitor, ut aiunt, ignoratur, Horatius:

Quis tamen exiguos elegos immiserit auctor,  
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.  
Bucolicum carmen, auctore Diodoro in §. Daphnis Mercurij filius excogitavit: & sic alij alia metra adinuenerunt, quæ nos in præsentia studio breuitatis omittimus, metri tantum originem prodidisse contenti.

De tragœdiæ atque comœdiæ ini-  
tiji. Cap. x.

Initium tragœdiæ & comœdiæ, teste Donato, à rebus diuinis est factum, quibus antiqui profutibus vota soluentes operam dabant: nam olim incensis altaribus & admoto hirco, id genus carminis quod sacer chorus reddebat Libero patri, tragœdiæ dicebatur: auctoribus enim tragici hircus pramium cantus proponebatur, (Horatius:

Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum)  
qui Libero patri immolabatur: quia, ut ait Varro, noxium est vitibus animal. Unde tragœdiæ ἀπο τοῦ τραγίου, hoc est, ab hirco nominata est: vel, ut quibusdam placet, quod hircus donabatur eius carminis poeta: vel quod uter ex hircina pelle vini plenus pro pramio erat: vel à fá-  
ce.

ce, quia ante usum personarum ab Aeschilo repertum, mimi peruncti ora olei facibus fabulas agebant, Horatius in poetica:

Ignotum tragica genus inuenisse camæna  
Dicitur, & plaustris vexisse poeta Thebesis,  
Quæ canerent, agerentque peruncti facibus ora.

Post hunc persona pullæque reperitor honestæ  
Aeschylus.

Tragœdiæ auctore Fabio in 10. primus in lucem protulit Aeschylus, sed longè clarius illustrarunt Sophocles atque Euripides. Apud nos, auctore Donato, Liuius Andronicus tragœdiam primus inuenit, in qua floruit Accius, Pacuuius, Ouidius, & Seneca. At verò nondum coactis in urbem Atheniensibus, ut testatur Varro, inuentus Attica circum vicis villas, pagos, & compita festum carmen solemniter quæstus gratia cantaret, ortæ est comœdiæ ἀπὸ τοῦ νόμου seu, quod est lascivus agere, vel νόμου, hoc est à comessatione, seu νόμου, qui vicus est, & ἰδιὸν cætus, quam tamen apud Græcos, uti Donatus sentit, dubium est quis inuenerit primus, apud quos, sicut in frædicemus, duplex erat antiqua & noua. Præcipui autem eius auctores fuerunt Aristophanes, Euripolis, & Cratinus. Apud Latinos eam primus omnium, ut Liuius ab urbe condita, & Donatus restantur, reperit Liuius Andronicus. In tragœdiâ autem heroës, duces, reges introducuntur, & est sermo grandiloquus, Ouidius:

Omne

Omnis genus scripti gravitate tragœdia vincit.

In comœdia verò amores ferè & virginum raptus. Tristitia tragœdia peculiaris est: propter quod Euripides, petente Archelao rege ut de se tragœdiam scriberet, abnuvit, & precatus est, ne accideret Archelao aliquid tragœdia dignum, quoniam semper infeliciter exitus habet, contra comœdia felices.

De origine Satyræ, nouæque Comœdiæ.  
Cap. XI.

Satyrarum genera duo esse manifestum est, alterũ antiquius, tam à Græcis, quàm à Latinis usurpatum, quod sola carminum varietate constabat, comœdia penè par, nisi plus habuisset lasciuia. Huius satyra scriptores fuerunt Demetrius ex Tharso poeta satyricus, ut auctor est Laertius, & Menippus seruus, sicut Apuleius & Gellius ostendunt, cuius libros M. Varro in Satyris imitatus, eas latine Menippeas appellauit. Alterum satyrarum genus recentius, maledicum, & ad carpenda hominum vitia compositũ, quod soli Latini excogitauerunt, teste Fabio Quintiliano, Satyra quidem tota nostra est que auctore Donato hinc exordium sumpsit. Nam cum in veteri comœdia per priscos poetas non penitus ficta argumẽta, sed res gesta à ciuibus palam, tum eorum crebro qui gessissent nomine decãtarentur: quod tũc nequaquam moribus hominum obfuit.

sum

cum pro se quisque cauere, culpa aut domestico probro ne spectaculo ceteris esset, & inde ipsi poeta abuti licetius stylo & passim ex libidine lãdere cœpissent plures bonos, id propter, ne quispiã hominum vitia amplius nominatum caperet, lege finxerunt. Ex huius igitur hoc pacto veteris comœdiæ interitũ, Satyra, quam nostri condiderunt, initium habuit. Tunc autem poeta nouam comœdiam inuenerunt, qua generatim ad omnes homines, qui mediocribus agunt fortunis, pertineret, & minus amaritudinis, & eadem opera, multum delectationis spectatores afferret: cuius Menander & Philemõ auctores fuerunt, qui omnem prioris comœdia acerbiteratẽ mitigauerunt. Ab illis nostri poeta Latini, Cæcilius, Neuius, Licinius, Plautus, Terentiũ, atque alij antiquissimi Comici modum componendæ comœdiæ incumula pariter ac grata sumpserunt. Verum ij, si Quintiliano credimus, vix leuem Græcorum umbram consecuti sunt, quod sermo Romanus non videatur posse recipere illam dicẽdi venerationem solis. Atticis in hoc genere linguæ concessam Satyra verò à Satyris, ut Donato placet, qui illati semper & petulantes di sunt, nomẽ traxit: vel à satyra cibi genere, quod auctore Festo, ex variis rebus conditũ erat. In hac satyra, teste Quintiliano in 10. primus insignem laudẽ adeptus est Lucilius: sed eiusdem iudicio, purus magis ac tersior fuit Horatius. Persus iuxta, quãuis vno libro, multum gloria promeruit. Sed in primis Luuenalis

D



lepidae fuit, de quo Quintilianum, cum in 10. dixit. Sunt clari hodie quoque, & qui olim nominabuntur, inellexisse ferunt.

Qui primus historiam condiderit, & de eius utilitate: aut solutam orationem inuenit, deque texendę ipsius historię regula.

## Cap. XII.

**H**istoria, quę tante ceteris scriptis antecellit, quantopluva exempla rerum complectitur diuturnitas temporis, quàm hominis atas, ad vitę institutionem utilissima censenda est, quod, ut Cicero de Oratore præclare ait, sola sit testis temporũ, lux veritatis, vita memoria, & magistra vitę: multarum enim rerum exēplis privatos viros imperio dignos reddit, Imperatores eb immortalē gloriam, ad præclara facinora impellit, milites propter laudem, quę eos qui vitam egregiē profuderint, comitatur, promptiores efficit ad pericula pro patria adeunda, improbos infamia metu à vitijis deterret. Hanc, ut Plin. lib. 7. ait, Cadmus Milesius omnium primus condidit: sed Iosephus in primo Antiq. volumine rectius omnino sentiens, eum apud Græcos dicit axat primum historiam scripsisse tradit: nam Græci eum, ut idē inquit, veri & nudius tertius fuerint, verisimilis est, antiquissimos Hebræorum qui sacros libros scripserāt, (Cadmus enim Milesius, ut

apud

apud Eusebium colligimus, in 10. de Preparatiōne euangel. longē post Moysen fuit) historias primò condidisse: vel Ægyptiorũ aut Babyloniōrum sacerdotes sicut ipse Iosephus in primò contra Apionem sentire videtur, aiens: Quoniã verò apud Ægyptios & Babylonios, ex longissimis olim temporibus, circa conscriptiones diligentia fuit, quando sacerdotibus erat iniunctum, & circa eas ipsi philosophabātur. Et deinde inferi: De nostris verò progenitoribus, quia eandem quam prædicti habuerunt in conscriptionibus diligentiam, desino dicere, etiam potiorem, pontificibus & prophetis hoc imperantes. Ex quo Eusebius verissime, ut mea fert opinio, hoc potius Moysi assignare videtur, in 11. de Preparat. euang. dicens. Vnde sapientissimus ille Moyses, qui primus cuiusq; hominis vetustissimi vitas Hebræorum conscripsit, civilē atque in actione positũ viuendi modũ narratione historica docuit. Verum nec illud profectò probabile videtur, quod idem Plinius in septimo, & Apuleius in Floridũ tradit, Pherocyde Syrum primum solutam orationem condere instituisse, tempore Cyri regis: nãque quis non videt hoc potius esse illis tribuendum, qui primi historias scripserint: quę, uti lucē clarius est soluta oratione conscribuntur: quando etiam Pherocydes, ut de Ægyptiorũ & Babyloniõũ sacerdotibus sileam, qui & ipsi longē ante Græcos historias scriptarũ, multò post Moysen fuit, quę ex testimonio Eusebij, primum omnium historiarũ condidisse diximus.

D 2

*Pherocydes enim Syrus, auctore Eusebio de Praeparat. euangel. volumine 10. circiter prima Olympiadis tempora floruit. A Mose autem, quem admodum ex eodem collegimus, ad Ioathan Iudaeorum principem, cuius temporibus Olympiades coeperunt, interfecerunt anni DCC. Et circiter LXXXVII. At Strabo in primo Geog. non solum Pherocydi, sed Cadmo ac Hecatao pariter assignat, qui et ipse Mose, uti liquidè castat, posteriores fuerunt. Ex philosophis autem, Laetio Diogene auctore, historias primus coepit ut Xenophon, de quo Quintilianus cum de historicis loquitur, ait: Xenophon non excidit mihi sed inter philosophos reddendus est. In ea apud Graecos floruit Thucydides, Herodotus, Theopompus, Apud nos T. Livius, Crispus Sallustius, et plerique alij. A principio Romani, veluti Fabius testatur, pro historiis, annales pontificum habebant, in quo res gesta per annum referebantur. De historia initio hac dicere habui: nunc de componenda regula aliquid subiiciendum duximus. Prima est lex historico data, teste Cicerone de Oratore, ne quid falsi dicere audeat; deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratia sit in scribendo, ne qua similitudo. Ipsa autem historia a diffinitione posita est in rebus, et verbis, rerum enim ratio tam temporis ordinem quem laborum descriptiorem poscit: item hominum mores, vias, consilia, causas, facta, casus, et exitus. Verborum verò ratio, orationis genus deside-*

*rat.*

*rat lenesufum, ac pura illustrique breuitate ornatum.*

De origine rhetorices, & quibus rebus eius ratio contineatur.

Cap. XIII.

**N**on dubium est, quin genitri proximus homines, ab ipsa rerum natura, hoc est, à Deo, à quo primum creati sunt sermonem acceperint: quæ mox, ut Fabius ait, sicut in medicina, cum viderent alia salubria, alia insalubria, ex observatione eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo alia vilia, alia inutilia deprehenderent, rhetoricem constituerunt, cuius, ut Diodorus in primo, et poeta volunt, Mercurius auctor fuit, Flaccus Horatius in Carmine:

*Mercuri sacunde nepos Atlantis,  
Qui feros cultus hominum recemum  
Voce formasti, &c.*

Quamvis in sexto idem Diodorus sibi repugnare videatur, dicens. Unde interpretis nomen assumpsit, non quod nominum, aut orationis, ut quidam tradunt fuerit inuentor, sed quia diligentius, quàm ceteri, mandata referebat, nisi intelligatur, ut sui maris est, alibi fabulas, alibi veritatem esse secutus. Verum Aristoteles primum Empedocle artis inuentorè fuisse ait. Et Quintilianus idè ferè sentit in tertio, sic scribens: Nunc primus post eos, quos poeta tradiderunt, mouisse aliqua circa

rhetoricè, Empedocles dicitur. Hæc, auctore Suetonio de Claris oratoribus, constat nonnunquam Roma prohibitam esse exerceri: sed cum paulatim deinde ipsa utilis & honesta apparuisset, ad id multi eam presidij causa & gloria experire, ut nonnulli ex infirma fortuna, in ordinem Senatoriū atq; ad sumos honores aspirarint. Arrii aut̄ huius scriptores antiquissimi fuerunt Corax & Thysias Siculi, quos Gorgias Leontinus eiusdem insula insecutus est. Sed inter ceteros, apud Græcos longè princeps fuit ille Demosthenes, sicut apud nos M. Tullius Cicero lux doctinarum fulgentissima, ac Romana eloquentia fons uberrimus: De initio rhetorices hætenus: sed & eius viū atq; facultas dicatur. Ea, auctore Cicerone de Oratore, in quinque diuiditur partes: ut orator debeat primum reperire quæ dicantur, deinde inuenta ordine dispensare: tum ea denique ornare oratione: post memoria mandare: & ad extremū cū dignitate aq; ut venustate agere, & agendo illud, teste Quintiliano, præstare, ut delectet, doceat, moneat. Bonus enim orator delectat audientiū animos, cū aptè dicit: nā quod decet, ferè prodest atq; delectat. Deinde docet, cū exponit negotiū, quod incōtrouersā venit, & quales sint persona inter quas illud sit. Postremò mouet, cū iudiciū effect⁹ excitat ad fauendū miserē dūve, aut tristes soluit digna risu tēpestiū interponēdo, si id opus esse perspicit. Atq; ijs reb. & verbis omnis ferè rhetorices ratio cōtinetur.

Quod

Quod aut̄ Græci oratores causarum πρόλογος id est, rhetores vocant, nos tamen ita distinguimus, ut orator sit, qui causas agit: rhetor, qui rhetorice profiteretur: declamator verò, qui siue alios docendi, siue se exercēdi gratia, sitēā causam orat.

Quis primus musicam repererit, & quantum ea valeat ad tolerandos humanæ vitæ labores.

### Cap. XIII.

MUSICEN antiquissimam esse, poetæ clarissimi testimonio sunt: nam Orpheus & Linus ambo dñs geniti, musici insignes fuerunt, cūm alter eorum rudes atque agrestes hominum animos demulceret, cantūque suauitate non feras modo, sed saxa etiam, ut fabula tradunt sylvasque duceret. Horatius poetica arte:

Syluestres homines sacer interpretēque deorum  
Cadibus & vitū fædo deterruit Orpheus,  
Dicitur ob hoc lenire tigres, rapidōsq; leones.

Vergilius in Ecloga quarta:

Nō me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,  
Nec Linus, huic mater, quāuis, atq; huic pater adsit,

Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.  
Apud quoque easdē auctores inter regalia conuicia, laudes deorum atque herōū ad citharam canuntur, ut Iopas ille Vergilianus canit errantē Lunā, Solisq; labores, Musicæ autē repertor,

D 4

tella

teste Plinio lib. 7. *Amphion ex Antiopa, Iovis filius fuisse dicitur, propter quod poeta in Bucolicis ait:*

*Canto: qua solitus, se quando armenta vocabat,*

*Amphion Dircaus in Aëao Aracyntha. Ipse, quoque saxa mouisse fertur. Horatius in poetica:*

*Didius & Amphion Thebana cōditor urbis Saxa mouere sono testudinis.*

*Et Statius in primo Thebaidos:*

*Penitūsq̄ sequar, quo carmine muris.*

*Iusserit Amphion Tyrios accedere montes. Sed Graci teste Eusebio, de Preparat. Euangel. lib. 2. musica harmonia inuentionem Dionysio attribuant. Ipse verò in 10. eiusdem operis Zethū & Amphionem fratres, qui Cadmi temporibus fuerunt, musica revertores vocat. At Solinus huius artis studiū ex Creta manasse sentit, qui inquit, Studium musicum inde cōptum, cum Idæi Dactyli modulos crepitu ac timitu aris deprehensos in versificum ordinem transtulissent. Polybius tamen in 4. hoc Arcadum maioribus assignat, quippe qui huius rei semper studiosi fuerint. Vocum harmonias Mercurium adinuenisse, Diodorus est auctor in primo. ἀγροῦν Græci vocant quam nos dissimilium concordiam appellamus. Verum Amphionem & ceteros posthac huius rei auctores fuisse ratio pollicet, cum Iubal Hebraum Lamech filium, qui multis aetatibus pra-*

*praecefferat omnes illos qui musica inuentores produntur, Iosephus in primo Antiquitatū dicat musicam studiose coluisse, & psalterio citharāque cecimisse. Hac hactenus. Sed artis origo nihilominus in dubio versari videtur: igitur expedit, ut quæstio eiusmodi tandem aliquando plana fiat. Itaque naturaiam inde à principio mortalibus musicam vel ut muneris dedisse videtur, quando id ad tolerandos humana vitæ labores plurimum valet. Siquidem homo statim natus cum in cunabulis vagire incipit, continuò nutrimenta cantantis voce sopitus dormitat: quippe infantes statim plerant, quòd crurum brachiorumque rectè producendorum causa, facilius colligantur ac ita à supplicio miseram vitam viuere incipiunt. Deinde in omnibus sermè operibus modulatio aliqua rudis hominum defatigationem semper consolatur. Virgilius:*

*Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.*

*Sic remiges incitantur, sic arator, auriga, mulio, longo inter laborē viamq; sibilo reficitur. Quid, quòd non modò ij, verum etiam eorum sarcinaria iumenta eo cantu simul labore leuantur? Nā a siduo vsu compertum est mulos valde delectari tintinnabulorum sonitu: quapropter muliones multi iugia tintinnabula ad illorum colla suspendere solent, quòd facilius sarcinarum labores perferant. Eandem vim in cetera similiter animalia musicam habere inter omnes constat: ita equi*

*D 5 in*

in bello tubarum clangore arreſti ſtare loco neſciunt, ac iamiam in certamen ruere ardent: ita teones ſtridore ferri maximè territātur. Sed quaſo, vnde ille auium concentus, quo omnis ager ſuo tempore reſonat? ecquis docuit luſciniam varios canendi modos? hac enim auicula ſonū edit perfectā muſica ſcientiā modulātū, qui nunc continuo ſpiritus trahitur in lōgum, nunc variatur inflexo, nunc diſtinguitur concifo, copulatur intorto; promittitur, reuocatur, inſuſcatur, ex inopinato: interdum & ſecum ipſa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus: & breuiter, audire licet omnia tam paruulis in faucibus concinī, qua tot exquisitiis tiliarum tormentis, ut ait Plinius, ars hominū excogitauit. Huius harmonia natura magiſtra eſt qua vel ab initio alias animātes, quibus ad ſonum quēpiam vox apta eſt, muſicam docuit, quemadmodum oſtendimus. Atque hæc vera artis origo. Caterū muſicam, quam Aegyptij, ut Diodorus teſtis eſt, tanquam virorum effeminaticè prohibebāt iuuenes perdiscere, & Ephorus, auctore Polybio in proœmio ſuarum hiſtoriarum ad deludendos ac fallendos homines inuentam tradidit magno olim pretio aſſimataſt teſtatur Fabius, qui dicit Socratē iā ſenem inſtituiſſi lyra non erubiſſe: & Cicero, qui libro Tuſulanorū primo ait Themiftoclē, quod in epulis reculaſſet lyrā, eſſe habitum indoctiorē: & Salij, apud Romanos, qui per urbē verſus canebant: ſed in primis Dauid ille magnus va-

tes.

tes, qui diuino carmine Dei myſteria canit: illud quoq; Grecorum adagiū, Indoctos à Muſis atq; Gratis abeſſe, quod in noſtris prouerbijſ explanauit. Tria prætere a genera ſunt ex quib. muſica cōſtet vnum genus eſt, quod inſtrumentis agitatur, de quo infra dicitur: alterū, quod ſingit carmina; ex quo ut poëſis pars ſit muſices, neceſſe eſt: tertiu quod inſtrumentorum opus carmēq; diiudicat. Ex quo reſtè ait Cicero de Oratore, lib. 1. muſicam verſari in numeris, & vocibus, & modis.

Qui primū inſtrumenta diuerſi generis inuenerint, & ea in Latium attulerint; ac quod ſit organum, & de antiquiſſimo tiliarum uſu in prælijs.

## Cap. xv.

**M**ercurius Maia filius lyram omnium primus ex teſtudine feciſſe dicitur: tradūt enim cum aliquādo Nilus ſuum egreſſus aluenum rotam inundaſſet Aegyptū, & poſtea in tra ſuos limites egreſſus eſſet, varias animantes in campis relictas, inter easque remanſiſſe teſtudine, & hanc cum illa inueniſſet, conſumpta iam carne, ſed ſuperſtitibus neruis, & percuffione ſonum excitaſſet, ad exemplum illius lyrā compoſuiſſe.

Horatius in primo Carminum,

Te canam magni Iouis, & deorum

Nuntium, curuaq; lyra parentem.

Cui ex neruis triū chordarum, inſtar trium anni-

tara

temporū, auctore Diodoro Siculo tres instituit voces, acutam grauem, & mediam: acutam ab æstate, grauem ab hyeme, mediam à vere sumens, qua, teste Seruio super quarto Aeneidos, donauit Apollinē, accepto ab eo caduceo, de quo Virgilius:

Tum virgam caput, hac animas ille euocat  
orco

Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.

Quidam eam non Apollini sed Orpheo primam tradidisse ferunt: alij verò ab Apolline post Orpheo concessam volunt. Ad eam qui decantandos faciebāt versus, Lyrici poëta nūcupati sunt. Reperio insuper (ut nihil quod attinet ad hanc rem, omittatur) septem in ea chordas appositas, iuxta numerum septē Atlantidum, quod Maia Mercurij mater ex illarum numero fuisset, deinde superadditas duas, ut repræsenteretur unum nomen Musarum. Hac autem tanta suauitatis fuisse perhibetur, ut arbores, saxa, feras, vel vti supra dictum est, traxisse Orpheus dicatur, Mercurius præterea, teste Plinio libro septimo, monaulum, id est simplicem tibiam inuenit. Primus autem tibias, auctore Diodoro & Eusebio, Marsias adinuenit. Plinius verò geminas illum reperisse tradit. Alij hoc Apollini assignant; sic ut lyra & fistula inuentionem: nam simulacrum eius quod erat in Delo, habuisse dicitur in dextera quidem arcum, in laua Gratias, quæ singula singula musica instrumenta manib. gerebant: una lyram,

lyram, altera tibias, qua autem media erat, fistulam tenebat. Obliqua tibia Midas in Phrygia auctor fuit. Tibia primò ex gruua tibiis, unde nomen habent, tum ex arundinibus facta sunt, cum quibus voce canere Træzenius Dardanus instituit. Lydios modulus Amphion excogitauit. Dorios Thamiras Thrax, Phrygios Marsias Phryx, plures alios Terpander. Fistulam ut Plinius & Seruius aiunt, Pandeus rusticus inuenit: nã cum Syringam Arcadia Nympham, auctore Ouidio in primo Metamor. ardentius amaret, & illa fugiens ad Ladonem fluum peruerisset, & flumio impedita non amplius fugere posset, implorato aliarum Nympharū auxilio in palustres cannas mutata est: quas cum Pan excidisset, ex iis ad amoris solatium, primus sibi fistulam confecit, Maro in Corydone:

Pan primus calamos. cera. coniungere plures  
Instituit.

Sunt tamen, qui hoc Apollini attribuant. Venarum pulsum in musces. pedes Herophilus primus discreti per atatis gradus. Fistulam verò, quam Græci syringa vocant, teste Eusebio in 2. de Prepar. euang. Cybele inuenit. Cithara, ut Plinio placet, repertor fuit Amphion: ut alij, Orpheus: ut alij Linus: ut verò Diodoro, Apollo, qui lib. quinto inquit: Apollo primum cithara simplici usus est, Marsias verò tibiis. Sentit idem Higinius. Septem chordas addidit Terpander, Vergilius in sexto:

Obli

Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Ottavam appassit Simonides, nonam Timotheus. Cithara sine voce primus cecinit Thamyras, cum cantu Amphion: ut alij, Linus. Hac ex Plinio. At cithara tamen longè antè, uti superiore capite ostendimus, Tubal Hebraeus usus est, quam omnino ab ea dissimilem fuisse, quam illi inuenerunt, quos commemorauimus testatur diuus Hieronymus in epist. de Instrumentis musicis, ad Dardanum, aut quisquis illius auctor est, quia de eare ambigitur, scribens citharam apud Hebraeos viginti quatuor chordas habuisse, factam ad formam  $\Delta$  licet, David etiam ille magnus Dei vates varia instrumenta inuenit, teste Iosepho in septimo Antiquitatum, qui ait: Diuersa que facies organa docuit, ut Lenita secundum ea Deo hymnos ediceret per sabbatorum dies, aliâsque solenitates. Organorum autem species huiusmodi est: canora cithara quidem decem chordis comptata, & hac cum pleetro percutitur. Naba verò duodecim sonos habens, digitis tangitur, & reliqua. Hinc perspicere licet, istiuscemodi organa à Davide confecta diuersa fuisse à nostris, quorū nunc usus in templis est perquam frequens: quando illa pleetro pulsabantur, nostra verò insuntur solilibus, unde multis meatibus quasi cicutis imparibus vox erūpit, concentumque efficit. Quamquā Iosephus hoc loco dicens, Diuersaq; faciens organa, videtur organum pro instrumento quocumque musico

musico ponere. Id ipsum sentit Augustinus, qui instrumenta musicorum cuncta, speciatim excellentiora, etiâ organa vocat. At auctor nostri organi tam concinnus non proditur, cum magna eius nominis iactura, sicut in extremo tertio libro dicitur. Sambucam item musicum instrumentum, auctore Clemente, Troglodyta Africa, ut Solino placet, populi inuenerunt. Tubam anciam, teste Plinio, Piseus Tyrrenus reperit: quod Diodorus libro sexto, non Piseo tantum sed Tyrrenis omnibus tribuit, ita scribens: Tyrreni pedestri quoque exercitu praua alidi tubam primâ adinuenerunt, bello admodum utilem. Non eo tamen inficias, Diodorum in Plinij sententiam ire: quandoquidem iure à Græcis dicitur victus Hector, quamuis à solo Achille interemptus fuerit. Sentit idem Vergilius in octauo Æneidos, dicens: Tyrrenūque tuba mugire per aethera clangor.

Verùm Acron super hoc Horatianum in poetica arte,

Post hos, insignis Homerus,  
Dircausque mares animos in martia bella  
Versibus exacuit,

tradit Dircaū poetam primū tubā comperisse. quoniam is, ut Porphyrio dicit, primus tuba molulos dedit, hac de causa Nā cum Lacedæmonij, auctore Iustino lib. 3. bellum aduersus Messenios gererent, disque extraherēt dubiū Maris euentum, responsurus acceperunt ab Apolline si vellent vince

vincere. Athenienſe duce vtrentur: à quib. ro-  
gati Athenienſes; contumelia cauſa ipſis Dircaũ  
quendam claudum, luſcum, omniq. ex parte  
corporis deformem dederunt. Vſi ſunt auxilio  
eius Lacedamonij, quibus ille cantum monſtra-  
uit tubaram, quarum in audio territi ſono Meſ-  
ſenij fugam fecerunt, adeptique ſunt victoriam  
Lacoues. Sed in codicibus luſtini inuenio Tyr-  
taum per t, & t in antepenultima, vt in alteru-  
tris mendum ſit. Quidam etiam tuba auctorem  
volunt Maletum, ſive Maleum diotum. Verum  
quid multa? cum tuba inuentor fuerit Moſes  
ille diminus Hebraorũ dux, dicere Ioseph in ter-  
tio antiquitatum: Admuenit autem modũ tuba  
ex argento facta, quæ eſt huiusmodi longitudi-  
nem habens penè cubiti: eſt autem anguſta ſiſtu-  
la calamo capaciore, præbens latitudinem qua cõ-  
ueniat ori, ad ſuſceptionem ſpiritus, & claſſico  
ſono vicina, qua Hebraica lingua vocatur A-  
ſofra. Hæc ille. Sed haud ſcio vnde de primis tu-  
ba inuentoribus tanta diſſenſio inter ſcriptores  
orta ſit: niſi intelligamus alios aliud tubarũ ge-  
nus, ſunt enim plura genera, & alibi inueniſſe.  
In Latium inſtrumenta muſica, teſte Dionyſio  
Halicar. Arcades primi omnium attulerunt, cum  
antea ſiſtulis paſtoralibus tantũ vtrentur.  
Placet inſerere antiquum uſum tibiarum in pra-  
liis ponere. Thucydides itaque auctor grauiſſi-  
mus, tradit Lacedamonios tibiarum modis in  
præliis uſos: etenim cum parata eſſent laſ-

ſes.

ſes, & inſtructa acies, ceptũmq. iri in hoſtem ti-  
bicines inter exercitiũ poſiti canere incœperant,  
non voluptatis cauſa, ſed vt equali modulatoq;  
ſenſim ingreſſu conuenientes, pugnam capeſſerent:  
cuius rei Polybius libro quarto, & Fabius in pri-  
mo, Gellius in idem in primo, & Plutarchus in  
uita Lycurgi meminit. Hunc morem, additis tym-  
panis, etiam nunc noſter peditatus ſeruat. Alyar-  
tes quoq; Lygorum rex, auctore Herodoto libro  
primo, in bello aduerſus Mileſos, ſiſtulatores &  
fidicines concinentes habuit: ſicuti memoria pro-  
ditũ eſt, Cretenſes prælia ingredi ſolitõs, præci-  
nere ac præmoderate cithara greſſus: auctore Gel-  
lius. At Parthos cõſueiſſe tympanorũ ſonitu pu-  
gnã inire teſtatur Plutarchus in uita Craſſi, &  
Appianus Alexandrinus in libro Parthico.  
Reliqui fere omnes, vt hodie ſit, tubis in prælio  
utebantur. Vnde Virgil. de Miſeno tubicine in-  
quit:

--- Quo non præſtantior alter

Aere ciete viros: Martemq; accendere cantu.

De origine philoſophiæ, & de duobus eius  
principijs, & quis primus inuenierit ethicẽ &  
dialecticẽ, ac dialogos introduxerit.

Cap. XVI.

Philoſophiam, quam Cicero in officiorum li-  
bris ſtudiũ ſapientiæ, vocat, & in Tuſculanis  
virtutis indagatricẽ atq; vitiorũ expultricẽ,  
& barbaris ad Grecos fluxiſſe plerique volunt,

E

nam



nam apud Persas primum Magos eorum sapientes claruisse dicunt: apud Babylonicos & Assyrios, Chaldaeos, apud Indos gymnosophistas, quorum secta principes, teste Hieronymo contra Iovinianum, Biadas nuncupabatur, apud Britannos, & Celtas, siue Gallos, Druides: apud Phoenices: Orchem: apud Thracas, Zamoljim & Orpheum: apud Libyicos, Atlantē: quos omnes, auctore Lacerio, pro sapientibus habuerunt. Egyptiis verò Nili filii: Vulcanum fuisse dicunt, eumq; philosophia aperuisse principia. Sed idē Laertius à Graecis philosophiam manasse affirmat, quoniam apud eos Musaeum & Linum primos fuisse sapientes ferūt. Verum, teste Eusebio primam philosophia sicuti reliqua ferē omnes disciplina ab Hebrais originem duxit. Ex quo philosophos Graecorum, qui Porphyrius testimonio, amplius mille annis post Moysen fuere, Eusebius in 11. de Preparatione Euang. philosophiam à Iudaeis accepisse plenissime demonstrat, quando nec ipsius nomē philosophia apud eos primum fuit, sed deinde: nam Pythagoras omnium primus, Lactatio auctore in tertio, philosophiam, id est, amorem sapientia, & se philosophum, id est, amatorem sapientia nominavit, dicens, solum Deum sapientem esse: antea enim sophia, hoc est, sapientia dicta est, qua nunc philosophia vocatur: & qui hanc profitebantur, sophi, id est, sapientes vocati sunt. Philosophia autem duo fuere principia: alterum, quod ab Anaximandro Ionicum est appellatum, eo quod

Thales

Thales Milesius fuerit ex Ionia, & hic Anaximandrum instituerit: alterū verò ex Pythagora Italicū est dictum, quoniam eius auctor Pythagoras valde multum in Italia philosophia operā dedit. Eusebius in 10. de Preparatione Euang. tertium addit, id est Cleaticum, cuius Xenophanes Colophonius auctor dicitur. Diuidit insuper philosophiam, auctore Cicerone de Oratore, in tres partes, in natura obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores: & primam physicam, alteram dialecticam, tertiam ethicam Graeci vocant. Quam etiam diuisionem Plato, ut ait Eusebius, ab Hebrais sumpsit sicuti singula ipsius philosophia praecepta. Physica proprium est de mūdo, & de his quae sunt in eo, differere, quā ex Ionia Athenas Archelaus primus importauit. Ethica verò, de vita, moribusq; tractare, quā Socrates comperit. Cicero lib. 5. Tusculanarum: Socrates autem primus philosophiam deuocauit à caelo, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & coegit de vita & moribus, rebusq; bonis & malis quarere. Dialectica autem amborum partium affert rationes, quae à Zenone Eleate initium sumpsit: Quamuis, secundum alios, in quinque partes diuidatur, in physicam, metaphysicam, ethicam, mathematicam, & logicā. Verum nos iam fines nostros egressi sumus: non enim res desinire, & de singulis planum facere, sed de earū initiis docere nostri tantimodo est munus: proinde ad institutum opus redeamus,

Dialogos, uti apud Laertium discimus, Plato omnium primus introduxit, vel potius maxime omnium illustravit: nam Aristoteles libro de poetis primo, illud scribendi genus inuentum tradit ab Alexameno Scyreo, Teiōve.

Qui primi astrologiam adinuerint aut quorundam syderum cursus, & spheram, ventorumque rationem: atque quot illi sint, & observationes syderum in nauigando.

## CAP. XVII.

**T**erra potissimum ex syderum temperatione fructus fert uberiores, ut nos in eo prospero demonstrauimus, Annus fructificat, nōtellus; hominumque natura, si Iulij Firmici, ut ita dicā, somnijs credimus, maxime syderibus subiecta est: ait enim, Qui habebit horoscopū in quarta parte Mercurij erit ratiocinator: qui in equo, auriga: qui in septima parte arietis, gibber aut gibberosus. Et alibi: Luna, inquit, candidos, Saturnus nigros, Mars rubicundos gignit. Et hoc ab Aegyptijs profectū dixerim: nā Herodotus de hac religione ita scribit: Alia insuper sunt ab Aegyptijs excogitata, quis mensis diē suae, cuius deorū sit, & quo quis die genitus, qualia sortietur, & quā mortē obibit, & qualis existet Chaldaei uerō, teste Diodoro libro tertio, dicebant, planetas plurimū conferre ad bona vel mala consequēda. Unde Hermione apud Ouidium ita conqueritur.

Qua

Qua mea caelestes iniuria fecit iniquos?

Quoāque mihi misera sydas obesse querar?

Hinc igitur ab hominibus ex obseruatione caelesti inuenta est astrologia, in qua caeli conuersio, ortus, obitus, motusque syderum, arte quadā conclusus est. Hāc Aegyptij, ut auctor est Diodorus à se primum repertam asserunt: alij uerō à Mercuro. Sed idem libro quinto Aeternum Solis filium ad eos astrologia notitiam traduxisse docet, id quod Clemens primū Chaldaei, dein ipsi Aegyptij assignat. At Iosephus in primo Antiquitatum perspicuē demonstrat, Abraham primum Aegyptijs astrologiā inuentam à suis maioribus ut infra dicemus, tradidisse, cum in Aegyptū ille nufugerat, & ab his eam inde simulq; Chaldaei, qui huius quoque disciplinae auctores feruntur, ob iugem operam, quam obseruandis syderibus impendebant, ad Gracos fluxisse tradit, in primo contra Appionem dicens: Sed eos etiam qui de caelestibus & diuinis primitus apud Gracos philosophati, id est, Pherecydem, Syrum & Pythagoram, & Thaletem omnes concorditer consentitur Aegyptiorū & Chaldaeorum fuisse discipulos. Ceterum Plinius libro septimo, Atlantē Libya filium astrologiam inuenisse dicit. Quapropter Poeta tradiderunt hunc iustinare caeli humeris. Virgilius in sexto:

- Vbi caelifer Atlas

Axem humero torquet stellis ardentibus aptū.  
Sed idem Plinius lib. 6. Ioni Belo hoc adscribit,

E 3 dicens:

dicēs: Durat adhuc ibi Iouis Beli templum inuētor hic fuit syderalis scientiā. Et in 5. lib. aliter scribens: Ipsa gēs Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & syderum. Alij volunt Assyrios reperisse: quibus tamen Seruius super 6. Ecloga Bucolicorum ait, Prometheū prius astrologiam indicasse. Verumenimverò horum quos prodidimus, postea alios alibi huius rei auctores fuisse ducimus, quando à primordio statim orbis, liberi Seth, Adam primi hominis filij, teste Iosepho auctore sanè grauiissimo, in primo Antiquitatum, disciplinā rerum cœlestiū primū inuenerunt, qui, ut ne dilaberentur quæ reperissent, ne ue antequam uenirent ad cognitionē deperirent, cum prædixisset Adam rerum omniū futurum interitum, duas columnas fecerunt, ex quibus una ex lateribus constructa erat, altera ex lapidibus, ut si lateritia ab imbribus destrueretur, lapidea permanens integram scripturam legentibus præberet. His igitur in columnis ea quæ ad obseruationem syderum pertinerēt, inscripserunt. Proinde ab Hebræis ad Ægyptios & Chaldaeos, & deinde ad reliquos astrologiam manasse credere par est. Ac tale fuit astrologia artis, nēpe ad sanarum mētium delirationem duntaxat excogitata, inuitum. Defectus Solis & Luna primus Romani generis, teste Plinio lib. 2. Sulpitius Gallus, apud Græcos Thales Milesius deprehendit: Luna cursum, ut idē ait, Endymio. Sed defectū Luna Plutarchus Anaxagorā primū mon-

strasse

strasse dicit, in uita Nicias dicens: Primus autem qui lunaris luminis atq; umbra causam deprehēderit, ac literis mandare ausus sit, Anaxagoras fuit, etenim quod is antea ignotus esset, ex eo probat, quod cum Nicias malè gestis rebus Siciliam deserere decreuisset, & noctu foridè Luna defecisset omnes milites propter rei ignoratiōē, quāquā paulo ante Anaxagoras claruerat, turbati, malū aliquod sibi portēdi arbitrati sum. Veneris syderis naturā Pythagoras Samius inuestigauit: quod idem esse, quem Luciferum uocamus, qui ante matutinum tempus oritur & uesperū, quia post Solis occasum refulget, Parmenides primus animaduertisse dicitur, auctor Laërtius in nono. Sphæra, teste Cicerone lib. Tusculan. 1. Archimides Syracusanus repertor fuit, quod Diogenes Musæo adscribit: Plinius uerò in 7. Anaximandro, uel potius, ut est in secundo uolumine, cap. 8. Atlanti. Ventorum rationem Æolus reperisse fertur: quod ideo proditum esse duco, quia, auctore Strabone lib. 6. & Plinio in 3. ex summo insularum propè Siciliam, in quibus ipse Æolus re-gnauit, incolæ quinam staturi essent uenti, tridud prædicebant: unde etiā Æolo uentos parere existimatiū est. Ventos autem nonnullis placuit esse quatuor: ab oriēte æquinoctiali Solanū, à meridie Austrum, ab occidente æquinoctiali Fauonium, à septētrione Septētrionem, ut unaquaq; cœli regio suū haberet uētū: sunt enim totidē regiones, ortus, occasus, meridies, septētrio, Ortus &

E 4 occasus

occafus mobilia atq; varia, meridies verd̄ septē-  
trioq; flatus perpetuo permanent. Sed qui dilige-  
ntius rem hanc pertractarunt, tradiderunt ven-  
tos esse numero octo, reliquosq; quatuor posuerūt  
Eurus, Africum, Chorum siue Caurū, Aquilo-  
nem: & id in primis Andronicus Cyrrhestes: is  
Athenis, teste Vitruvio, locauit turrim, & in sin-  
gulis lateribus imagines ipsorum ventorum ex-  
culptas, contra cuiusq; status supraq; metā mar-  
moreā posuit, ac in ea Tritonē ereū dextera ma-  
nu virgā porrigentem, quem ita fabricatus est,  
ut vento circumageretur, statēq; semper cōtra  
uenti flatum, virga interim ad eius venti imagi-  
nem versa. Est itaq; Eurus ab oriente hyberno,  
collocatus inter Solanum & Austrū, inter Au-  
strum & Fauonium, ab occidente hyberno, Afri-  
cus inter Fauonium & Septentrionem Chorus:  
inter Septentrionem & Solanum, Aquilo, à ve-  
hementi aquilæ volatu dictus, Græcè Boreas vo-  
catur, ἀπὸ τῆς βοῶν, quod est clamare, quia sonoro  
flatu est. Igitur orientales venti tres sunt, id est,  
ut ab hyberno orientali incipiamus, Eurus, So-  
lanus, quem quidam Vulturum nuncupant, &  
Aquilo: ac totidem occidentales, Africus, Fa-  
uonius, Chorus. Atque ita Eurus flatur aduersus  
Africum, Solanus aduersus Fauonium, Aquilo  
contra Chorum. Verū Fauonius clarus &  
saluberrimus est, quē nos à fouendo nominamus  
quod genitalem habeat spiritum: à Græcis Ze-  
phyrus vocatur, quasi ζέφυρος, hoc est,

τῆρας

tam affrens: quemadmodum Ausser nebulosus  
& pestifer, præsertim Roma, qui à Græcis no-  
tus dicitur, quibus voris humor est. Per hūc mo-  
dum Andronicus Cyrrhestes ostendit, vnde cer-  
ti ventorum flatus spirarent, quē nunc ubiq; gē-  
tium seruant, positis in summitate locorum pin-  
nis aeneis, per quas ventorum flatus indicentur.  
At quoniam ventus nihil aliud est, nisi aëris flu-  
ctus, & idem fluctus pro locorum natura, alius  
alibi concitatur, idcirco factum est, ut incola in  
suis quisq; regionibus nomina aliquot ventis de-  
derint, eoque suos proprios habuerint, ut Scyron  
Atheniensium, ut Circius Narbonensis provin-  
cia, ut Lapis Apulia ventus est, & alij aliarum  
regionum, Observationes autem syderum in na-  
uigando Phœnices adiuuuisse, auctor est Plin.  
in 7. Natur. historia.

Qui primū geometriam, & arithmeticam  
inuenerint. Cap. xviii.

**N**illus totius orbis fluuiorum celeberrimus, à  
solstitio æstiuo, usque ad autumnale equi-  
noctiū, ut Herodotus lib. 2. & Diodorus in 1. te-  
flatur, immensa aquarum mole quotannis totam  
Ægyptum exundat; ex cuius incremento, Æ-  
gyptij vim aut penuriā futurarum frugum præ-  
uident, Ægyptus enim, cum Nilus in 12. cubi-  
tos excrescit, famem sentit: in 13. etiam non esu-  
rit: 14. cubiti hilaritatem afferunt, 15. securitatem,  
16. delicias, quod iustum fertur esse incrementum:  
maximū autem, atque Claudij principis, fuit en-  
bito

E 5

bitorum 18. sicut minimū Pharsalico bello, vel uti cadem magni Pompeij prodigio quodā auersante: auctores Plin. lib. 5. & Strab. 17. Cū huiusmodi itaq; Nili inundationes limites agrorum confunderēt, nunc miruendo, aliās immutando, nonnunquam delendo signa quadam, quibus propriū ab alieno discernetur, iterum atq; iterum metiri eam terram oportebat: propter quod Strabo 17. Geogr. & Herodot. 2. aiunt, nonnullos prodidisse geometriam ab Ægyptiis primō inuētam esse, quē admodum arithmeticam, id est, numeralē scientiam à Phœnicibus propter mercaturas. Sed Iosephus utrunq; Hebræis attribuere videtur, in 1. Anti. sic scribēs: Illi namque cum essent religiosi cū & eis pabula ad maius tēpus existere preparata, tot annorum circulis ritē vivebant: deinde propter virtutes, quas iugiter perscrutabantur, id est, astrologiā & geometriā, Deus eis amplius viuēdi spatium condonauit. Et deinde cū de Abraham mētionem facit, subiicit: Arithmeticam eis quoq; contulit, & qua de Astrologia sunt, ipse quoq; contradidit: nam ante aduētum Abraham in Ægyptū, hac Ægyptij penitus ignorabāt. Artem postea, ut M. Tullius auctor est, Pythagoras multum amplificasse dicitur. Geometria, teste eodē Cicerone de Oratore, versatur in lineamētis, in formis, in intervalis, in magnitudinibus: qua ita sub se cōtinet geographiam, quasitum orbis pingit, in qua floruit Strabo tempore Tiberij Caesaris, & Ptolemaus

Traiani

Traiani & Antonini Imperatorum principatu. Apud nos Plinius absolutissimē de hac re tractauit, & Solinus in Collectaneis.

Quis primus repererit pondera & mensuras, ac numeros, & de vario apud gentes numerandorum annorum modo.

## Cap. XIX.

Videtur omnino locus exigere, ut antequam hinc digrediamur, quis pōdera & mēsuras ac numeros repererit, indicemus, cū præsertim geometria atq; arithmetica partes sint, scriptoresq; de hac re non planē inter se consentiant. Eutropius itaq; statim in principio 1. lib. Sidoniū mēsuras & pondera eo tempore inuenisse tradit, quo apud Albanos Procas, apud Iudaos Azæ, apud Hierosolymos Hieroboam regnauit. Alij secundū Mercuriū ex Creta, Iouis filium cōperisse volunt. At Plin. lib. 7. imprimis hoc Phidoni Argiuo, vel, ut Gellio placet, Palamedī assignat: Strabo autē lib. 5. Phadonē Elidensem reperisse affirmat. Ex quo ita intelligendum puto, ut alij aliis primū mēsuras & pondera inuenierint: vel ut Diogenes Laër. lib. 9. affirmat, Pythagoram primū adinuenisse Gracis, & Iosep. 1. Antiq. dicit, Cain Adam filiū mortaliū omniū, ut credere conuenit, primū hac constituisse. Numerorū autem repertorū sunt qui dicāt Samiū Pythagorā: alij non hunc, sed alium Pythagoram Rhegynū sculptorē: alij verō Mercuriū. Linius dicit nume-

rums

rum putari inuētum Minerva. Modus numerā-  
di annos apud Græcos per Olympiades fuit, qui  
aut per notas suarum literarum numerum nota-  
bant. Apud Romanos primum per lustrum, quod  
quinto quoq; anno claudebatur, de quo fufius li.  
proximo ca. 4. dicemus. Deinde per clauos, qui id-  
circo annales vocabantur, aut per Consules, id  
fuebat. Clavi enim in pariete adis Iouis ea parte  
qua erat templum Minerva, in singulos annos fige-  
bantur, ut per eos numerus annorū colligeretur.  
Sanè lex prisca literis ac verbis scripta erat,  
ut qui prætor maximus esset. Idibus Septembris  
clauum pangeret: nam quia raro per ea tempora  
litera erant, nota numeri annorum, clavi fuerunt.  
Minerva autem templo ea lex dicata erat, quod  
numerus eius dea inuētum sit. Volſinij quoq; clauos  
numerorum indices habuere fixos in templo  
Nortia Hetrusca dea. Postea Consules id officium  
fecerunt, & postremò solēne clavi figēdi ad Dictatores  
trāstatum est. At more intermisso, cum post  
longū tempus pestilentia laboraretur, & seniorū  
memoria repetitū foret, aliquando eum morbum  
sedatum fuisse ob clauū à Dictatore fixum, eius  
rei causa L. Manlius Dictator dictus est, qui T.  
Pinnarium magistrum equitum dixit Belli sci-  
licet placatio, vel potius puerorum certamen, qui  
ita solēt ludere. Ecquid religionis cultū sive in eo  
pangendo clauo esse potuit, qui parietem templi  
magis aperiebat quàm claudēbat? Sed ea erat  
illius temporis calamitas, cum nōdum ad Roma-  
nos

nos peruenisset Dei optimi maximi cognitio. Nos  
similiter his septem literis, CDILMVX nu-  
merum notamus: vel alijs notis, 123456789. satis  
omnibus cognitis, ut nihil sit quod reliquas ponamus,  
earūmve rationem explicemus.

Quis primus medicinam inuenerit, & in  
quot ea diuisa sit partes, ac apud quos olim  
non fuerit medicorum vsus.

## Cap. xx.

**M**edicina, qua suis diuinis, ut ita dicā, reme-  
dijs haud dubiè mortalibus inter tot mor-  
borum vndique erumpētū genera versantibus,  
magno vbique presidio præstōque est, dijs pri-  
mum inuētione sue artis, nec mehercule iniuria,  
assignauit: ipsaq; ab oraculis deorum multuariā  
petita est. Hanc enim teste Diodoro, volūt Mer-  
curium apud Ægyptios primum inuenisse: secun-  
dum verò veteres, Apis Ægyptiorum rex repe-  
rit, quod alij, auctore Plin. lib. 7. Arabo Apollinis  
& Babylonis filio tribuunt, alij verò ipsi Apol-  
lini. Vnde ad Daphnen virginem apud Ouidium  
lib. 1. Metamorph. dicit:

Inuētum medicina meum est, opiferq; per orbē  
Dicor.-- Et Oenone apud eundem:

Ipse repertor opis vaccas pauiſſe Pheraas

Fertur.--

Macrobius in 1. Satur. huius rei veram reddens ra-  
tionem, de Apolline ait: Hinc est, quod eidem at-  
tribuitur medendi potestas, quia temperatus so-  
lus

his calor morborum omnium fuga est. Clemens autem Aegyptiis omnino adscribit, eius vero amplificationem Aesculapio primo Apollinis filio. Meruit et in ea arte laudem tertius Aesculapius Arisippi et Arsinoe filius, qui praeter cetera primus, teste Cicer. de Nat. deorum, detis emulsionem, ac purgationem alui inuenisse fertur. Hanc tamen quisquis primitus inuenierit, hoc quippe pacto excogitasse fertur. Nam cum homines, ut Fabio Quin. placet, sicut antea diximus, ex observatione rerum, ea quae salubria, aut insalubria visa sunt, probe natusset, huiuscemodi arte corpora curandi gratia confecerunt. At qui Corn. Celsus inuentionem artis scienter ponit lib. 1. scribens: Sape causa apparet, ut puta lippitudinis, vulneris, neque ex his patet medicina: quod scientiam non subiicit euidens causa, multo minus ea potest subiicere quae in dubio est. Cum igitur illa incerta incognoscibilis sit, a certis potius et exploratis petendum est praesidium, id est, ab his quae in ipsis curationibus experientia docuit, sicut in ceteris omnibus artibus: nam ne agricolam quidem, aut gubernatorem disputatione, sed usque fieri liquet. Ac istae cogitationes nihil ad medicinam pertinent, cum de his rebus qui diuersa senserunt, non ab obscuris causis, neque a naturalibus actionibus, sed ab experimentis, prout cuique responderant in perducendo homines in eandem sanitatem, medendi vias traxerint. Notarunt enim, aegrotum qui sine medicis erat, alios propter auaritatem primis diebus cibum protinus sumpsisse, alios propter

propter fastidium abstinuisse, et leuatum magis morbum eorum qui abstinuisserunt: itemque, alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulo ante eam, alios post remissionem eius, et optimè eis cessasse, quae post finem febris id fecissent. Eadem ratione alios inter principia statim usus esse cibo pleniore, alios exiguo, et grauiore eos factos qui se impleuissent. Haec similiaque cum quotidie incidere viderent, diligentes homines talia animaduertentes, ad extremum perceperunt quae aegrotantibus vilia forent. Sic medicinam ortam inter omnes constat. Haec ille. Postea medicina in tres diuisa est partes, ut una esset quae victum, altera quae medicamentis, tertia quae manu mederetur. Primam diaeteticam, secundam pharmaceuticam, tertiam chirurgicam Graeci appellant. Ita morbi aut victum, aut medicamentis purgantur, manūve curantur. Huius autem partis, id est, chirurgiae inuentor dicitur primus Aesculapius, quae Graeci tradunt primum obligauisse vulnus. Sed medicina cum nullis artibus, ut Plin. ait, inconstantior sit, et saepius mutetur, quia nulla est fructuosior, longo tempore in nocta densissima deliquit, quam omnino perditam, teste eodem Plin. lib. Nat. hist. 29. Hippocrates genitus in insula Co, Aesculapio dicatur in lucem reuocauit. Nam cum fuisset mos, ut ait Strabo in 8. Geog. liberatos morbis inscribere in templo eius Dei, qui auxiliatus esset, quod postea similitudo proficeret, excerpisse ea traditur, et ita ex his hanc artem excerpisse, qui teste Plin. lib. 36. primus medendi

praece

precepta longè post hominum memoriam clarissimè condidit Romam constat primum ex medicis venisse Peloponnesem Archagathum Lyfania filium, L. Emilio Paulo, M. Livio COS anno Urbis DCCCXV. eiq; ius Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emptam. Is primò vulnerarius, inde obsecrandi vrendique sacrii, carnifex appellatus fuit: & cum alij accurrerent Graculi medici, idèmq; facerent, omnes simul cum sua medicina in tadiu venerunt. Quare à M. Catone Censorio reprobati, Urbe & Italia pulsati sunt, de quibus ipse Cato ad filiu in huc modum scripsit: Dicam de istis alio loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quid bonu sit illorū literas aspicere, nō perdiscere. Vincā nequissimū & indocile genus illorum, & hoc puta vatē dixisse. Quamocūq; ista gēs suas literas dabit, omnia corrūpet, tunc etiā magis si medicos suos huc mittet. Turarunt inter se, barbaros necare omnes medicina; sed hoc ipsum mercede faciunt ut fides his sit & facile disperdant. Nos quoq; dicunt barbaros & spurios, nosq; magis quam alios opicos appellatione sedant. Plē etiam de huiusmodi carnificibus (sunt enim & medici peritissimi, vnicum profectō aduersus tot morborū genera, hominibus subsidium) in frōte 29. librā ait. Nec dubiū est, omnes istos famā nouitate aliqua aucupantes, arimas statim nostras negotiari. Hinc illa circa agros misera sententiā cōcessationes, nullo idem censente, ne videntur assertio alterius.

alterius. Hinc illa infelicitis monumenti inscriptio Turba se medicorū perisse. Et paulo inferius subdit: Nulla praterea lex, qua puniat inficitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ, discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agūt, medicōque tantum hominē occidisse, summa impunitas est. &c. At qui sapienter Babylonij factitabant, qui teste Herodoto lib. 1. & Strabone in 10. Grego. medicis non utebantur, sed agros in forum efferebant, ut viri qui eos adirent, consulerent, honorarenturque ad ea, qua ipsi faciēdo effugissent similem morbum, aut alium nouissent effugisse, nec fas erat quempiam agrotum silentio praterire. Idem factitabant Bastetani homines montani, qui id Hispania latus incolunt, quod ad aquilonem spectat, & Egyptij. Ex quo Strabo lib. 3. Geog. cum de Lusitanis meminit, Bastetani, inquit, agros vetusto ritu Egyptiorum, in plateis deponunt, ut qui eo morbi genere tentati sunt, commonescere eos valeant. Quamquam non eundem semper ritum Egyptijs fuisse, Herodotus docet lib. 2. ita scribens: Iam verò medicina apud eos hunc in modū distributa est, ut singulorū morborū singuli sint medici, nō plurimū. Itaque omnia referta sunt medicis: alij enim sunt oculis curandis constituti, alij capiti, alij dentibus, alij alijs partibus, alij morbis occultis. In medicina verò deinde quamplurimi floruerunt, & in ijs Cassius Calpitanus Aruncius Rubrius. Antonius Musa Augusto Casari chariss.



Galenus tempore Antonini Pij, & non longè post  
Aucicenna.

De herbariæ & medicamentaria, atque  
melleæ medicinæ iuuentoribus, & quæ ho-  
mines ab animalibus remedia didicerint.

Cap. XXI.

**N**on dubium est, quin natura herbas, aut sa-  
lutis aut voluptatis gratia, ut multis con-  
stat exemplis, genuerit: nam Xanthus historiarū  
auctor, teste Plin. lib. 25. tradit occisum draconis  
catulum renouatum ad vitam à parente, herbas  
quam Balin vocant. Picus itidem auis, adactum  
eius cauernis cuneum, admota quadam herba  
exilire cogit. Quinimo ludorum quidam, ait  
Herodotus lib. 2. herba tantum viciant. Ap-  
pianus etiam Alexan. scribit, Parthos ab An-  
tonio fugatos cum fame premerentur, in quan-  
dam herbam incidisse, quam qui comederent, ni-  
hil aliarum rerum reminiscerentur, aut intelli-  
gerent, nisi quod lapides cōtinuè effoderent, quasi  
quidpiam magni operis facturi, & sic debaccha-  
ti bilem demum euomentes interirent. Quid de-  
num plurimum non herbarum vi effici posset,  
si plurimarum vires non ignorarentur. Hac ita-  
que, teste Plinio, erat antiqua medicina, cuius,  
item testis in 7. reperiatur fuit Chiron Centauro-  
rum iustissimus, Saturni ex Phyllira filius, quō  
& medicamentariam medicinam ad vulnera,  
aut ulcera & huiusmodi curāda inuenit, quam  
tamen

tamen alij Apollini assignant. Ex quo ipse apud  
Quidiam dicit:

--Herbarum subiecta potentia nobis.

Alij verò Æsculapio eius filio, quem Ouid. in 2.  
Metamorph. dicite medicinam hanc à Chirone,  
didicisse cum illi nutriendum Apollo pater tradi-  
disset. Alij demum Samothracum filius, teste Eu-  
sebio, adscribunt. Verum Chironem ideo fortas-  
se dixerunt hanc primam comperisse, quia, ut  
Plin. ait lib. 25. cap. 4. herbam Centauream re-  
perit, qua, sicut idem testatur, curatus dicitur à  
vulnere pedis, inflicto ex lapsu improuiso sagitta  
Herculis ex suis manibus, illita veneno hydra.  
Nam Chiron cum attrectaret arma Herculis,  
quem receperat hospitio, sagitta in eius pedem  
decidit. Ouid. in 5. Fast.

Dumq; senex tractat squallētia tela venenis,

Excidit, & lauo fixa sagitta pedem.

Quidius tamen eum ex hoc vulnere perisse sen-  
sit, ita scribens:

Nona dies aderat, cum tu iustissime Chiron,

Bis septem stellis corpore circumtus eras.

At medicamentorum quibus morbi curantur,  
vsum Celsus in principio libri quinti dicit anti-  
quissimum esse: auctoreq; tamen non ponit, sed  
tradit Æsclepiadem medicum peritissimum ma-  
gna ex parte eum vsum sustulisse; quod omnia  
medicamina & mali succi sint, & stomachum  
lādāt: & desinit omnes medicina partes ita inne-  
xas esse, ut separari nequeāt, ac ideo medicinam

quis vicitu curat, aliquando adhibere medicamentum, & eam qua medicaminibus purgat, adhibere rationem vicitus, atque hoc pacto sanitatem aut conseruari amissam ve recuperari. Ad herbas reuertor. Et sic alij alias herbas inueniunt, ut Mercurius moly, Achilles achilleam, Aesculapius panacem, compluresque alias, quod admodum longum esset, minimeque necessarium persequi, cum praesertim Plinius illud ipsum disertissimum prouat. Medicinam vero ex melle, teste Plinio, Sol. Oceani filius inuenit. Animalia praeterea quadam (mirum quam multa à bestijs homo didicerit) nonnullos herbas atque remedia comonstrarunt, qua homini postea vsui foret. nã dictamnum herbam ad extrahendas sagittas vtilem, cerui hominibus monstrauere, percussi eo solo pastus, eius herba eiecto, id quod Cicero in secundo de Natura deorum feris capris adscribit. Idem cerui percussi à phalangio, quod est aranei genus, aut aliquod simile, canros edendo sibi medentur. Chelidoniam visus saluberrimam hiruudines pacuere, vexatã pullerũ oculis illa medentes, id quod Cornelius Celsus libro sexto, natura eius, quis, non herba assignat, ita scribens: Si extrinsecus actus oculum laedit, ut sanguis in eo suffundatur, nihil commodius est, quam sanguine vel columbae, vel palumbi, vel hiruudinis inuagere. Neque id sine causa fit, cum horũ acies extrinsecus laesa, interposito tempore in antiquũ statum redeat, seleximeque hiruudinis. Unde et

lo.

locus fabula factus est, per parietes id herbã restituit, quod per se sanescit. Testudo curula, quam bubulam vocant pastu, vires contra serpentes refouet. Hedera auri in morbis sibi medentur. Ab hippopotamo, id est, ab equo quasi fluuiatili, (est enim animal in Nilo) medici mittere in morbis sanguineri, quod phlebotomare vocant, didicerunt, assidua nanque is satietate grauedine osus factus exit in litus, recentes arundinum castras per speculaturus, atque ubi acutissimus videt scipitem imprimens corpus, venã quandã in crure vulnerat, atque ita profluuio sanguinis morbidum corpus exonerat, plagam vero raris limo obducit. Simile quiddam & auis in eadem Ægypto monstrauit, qua vocatur Ibis, ciconia ferè similis, & ipsa quoque serpentum pernicies. Hac rostri aduncitate per eam partẽ se perlexit, qua reddi ciborũ onera consueuerit. Hinc clysteris usum medici primũ didicerunt. Mustela in anguium venatu rutã sibi salutem quarit. Ciconia origans. De herbis autẽ primus omnium, quos memoria nouit. Orpheus accuratissimè scripsit post eum Musaeus, etsi per idem temporis ambo fuisse dicuntur, necnon & Dioscorides. Apud nos primũ M. Cato, deinde Pompeius Lenæus Magni Pompeij libertus, qui exemplaria Mithridatis regis de vi herbarum, iussu Magni Pompeij, omnia, regia prada potiti, in nostrum sermone mtrãtulit. Quo primũ tempore Plinius se animaduertisse ait, hanc scientiã ad Romanos peruenisse:

F 3

Qui

Qui primus magicam artem inuenerit, & à quibus celebrata: & quis modum effugandi dæmones, aut incantationes ediderit quibus morbi sedareptur.

## Cap. XXII.

**E**Xigit locus, ut de origine magica artis prius dicatur, quàm libri finem faciamus, quâdo quidem natam primùm à medicina nemo dubitat. Hac itaque à Zoroastre in Perside, auctore Plinio lib. 30. ut inter auctores conuenit, ortum habuisse fertur. Iustinus in principio sua epitomes, hunc Zoroastrem, qui magicam artem repperit, Bactrianorū regem fuisse dicit, qui teste Eusebio de temporibus, & in 10. de Præp. euāg. plus DCCC. ferè annis ante Troiana tempora fuit, quo etiã tempore Abraham & Ninus fuerunt, cum ageretur annus ab orbe condito, ter millesimus ac CLXXXV. At annos deinde post DCCC. & circiter XV. Troia à Grecis capta est, qui fuit annus orbis conditi quater millesimus. Lactantius autem & Eusebius, malos dæmones hanc simul cum cæteris improbis artibus inuenisse tradunt: quam omnium artium fraudulentissimam Plinius esse asserit, miraturūque quomodo multis seculis in toto terrarū orbe ualuerit: atque id ob eam causam euenisse putat, quòd sola artium treis alias imperiosissimas humana mentis complexa, in se unam redegerit. Quippe à medicina primò, ut dictum est, manauit, ac specie

specie saluari irrepfit sanctior quàm medicina: ita desideratissimis promissis addidit vires religionis, ad quam maxime alligantur hominum mentes: post hæc miscuit mathematicas artes nullo non auido de se futura sciendi, atque ea è cælo uerissimè peti credente. Ita possessis hominum sensibus, triplici vinculo eo usque adoleuit, ut in magna humanarum gentium parte plurimum ualuerit, magnamque vim, uti pœta testimonio sunt, semper habuerit. Nam Virgilius in Dæmone de Circe ait:

*Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis.  
Et quemadmodum fruges aliò pellicerentur,  
Idem:*

*Atque satas aliò uidi traducere messes.  
Quin etiam elementa quoque concuti, & mentes  
hominum turbari, & sine ullo ueneni haustu  
sola carminis uolentia homines interim  
putarunt.* Maro:

*Carmina uel cælo possunt deducere Lunam.*

*Item:*  
*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.  
Et Ouidius in Amor. 3. eleg. 6.*

*Carmine læsa Ceres sterilem uanescit in  
herbam,*

*Deficiunt læsa carmine fontis aqua.*

*Lucanus:*

*Mens hausti nulla sanie polluta ueneni,  
Incantata perit.*

*Huius autem ueneficij, quamuis per totum or-*

hem terrarū peruaferit, Luciano in sexto Pharusulia, & Apuleio de magia, lib. 1. & 2. & Plinio in 30. auctoribus. Thessaliam in primis infamia flagrasse constat, quod Thessalis nihil antiquius foret, quā in maleficā artem curiosē perdiscere, & alios vicinos populos edocere. Extabāt etiam atas Plinij, ut ipse testis est, eius vestigia apud Italicas gentes in 12. tabulis. Circe etiā Circeum montem habitans iuxta Caietam ex ea arte mirandos ostendit euentus. Ac tale est magia inuentum. De hac quis scripserit, non planē comperēssim habemus. Plinius lib. 30. dicit Hostanem de ea primū commentatum esse: atque Pythagoram, Empedoclem, Democritum, & Platonem, ad hanc dicendam nauigasse, hanc reuersos praedicasse, & in arcanis habuisse, sed praesertim Democritum: vnde magiam Democrito, medicinam eadem atate. Hippocrate illustrante, floruisse approbat, circiter ccc. Vrbe annum. Idem Plinius in hac parte longē post homines natos haud modestissimus. Est & alia, inquit, magices factio, à Mose etiamnum & Iochobel Iudaeis pendens. Fuit autē Iochobel ipsius Mosis mater. Caterūm ex Plinij ore piaculum illud idcirco, ut arbitror, temerē prodit, quoniam cum Deus signa quadā edidisset, quibus Hebraicus populus facile crederet, Mosen sibi ab ipso ducem esse constitutū, rex Pharao (sic enim Egyptij patria lingua, teste Iosepho in 8. Antiq. regem nominant) hac tanquā vana deridens, iussit Aegyptiorū sacerdotes ex-

de m

dem facere, qui statim virgas in draconem vertorunt. At Moses ut humanis diuina multo maiora esse demonstraret, virgam in terram proiecit, qua in colubrum versa, Aegyptiorum virgas in draconem translatas repente vorauit. Auctor Iosephus in 2. de Iudaeorum antiq. & Eusebius lib. 9. de Praep. euāg. Cum Moses igitur hac & plura alia diuinitus ageret, homines qui magis falsis quā veris inherēt, magica arte fieri putabant. Modam autem effugandi demones, quibus saepe corpora humana vexantur, & incantationes quibus morbi sedari solent. Salomon rex primus docuit, dicente Iosepho in 8. Antiq. Praestitit autem Deus etiam ei, ut contra demones, artem ad utilitatem hominum ediceret, & incantationes instituit, quibus agritudines soleant mitigari: modum etiam coniurationum, quibus obstructi demones ne denudē redeant, effugantur, inuenit. Et quoniam pacto huiusmodi demones expellerentur, verspirūd demonstrat: Vidi etenim, inquit, quendam Eleazarum de gente nostra, praesente Vespasiano, & eius filijs, & tribunjs, alioq. simul exercitu, curantem eos qui à demonibus vexabantur. Modus autem medicina fuit huiusmodi: Intulit naribus eius qui à demone vexabatur, annulum habentem subter signaculum radicem à Salomone monstratam, deinde demonem per nares odorantis abstraxit, & repente cecidit homo, postea coniurauit eum, iuramentū obiciens Salomonis, ne ad eum denudē remearet,

F s mearet,

id est, cantica quæ ille composuit, super eum dicendæ volens, &c. Hodie etiã sacerdotes nostri, vti videmus, sacris quibusdam verbis demones ex humanis corporibus exire cogunt, & quibus benedicunt agrotis, ij ut plurimum bellè habent. Quam sanè potestatem Christus seruator noster Apostolis dedit, cum apud Marcum euangelistam dixit: Ite in mundum vniuersum, & predicatè Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem qui crediderint hæc sequentur. Per nomen meum demonia eiicient, linguis loquentur nouis, & si quid mortiferum biberint, non nocebit eis. Super agrotos manus imponet, & bene habebunt. Hac autem mihi hoc loco potissimum commemorare placuit, quò legentes facillè intelligerent diuina verba longè quàm demones, aut artem magicam, vim maiorem habere.

De origine necromantiæ, pyromantiæ, æromantiæ, hydromantiæ, geomantiæ, & chiromantiæ.

Cap. XXIII.

**M**agi, qui Persi a lingua Sapientes appellantur, apud Persas potissimè, teste Lærtio, deorum cultui vacabant, precando illis vota & sacrificia faciebant, de eorù substantia id est, vi ac natura, & genealogia differebant, vitam in primis frugaliter viuètes. Sed vsque eò aucta

est eorum vanitas, ut non solum obseruatione syderù futura prædicere, verum artibus quibusdam veritatis umbras habentibus, & rerum ac verborum maleficiis & scire omnia & facere posse profiterentur. Ab his igitur sex magice artis species fluxerunt, necromantia, pyromantia, æromantia, hydromantia, geomantia, atq; chiromantia: quamvis M. Varro lib. 7. Diuin. rerù, illas priores quatuor tantum assignauerit. Est autem Necromantia, diuinatio per cadauera, ut mortuus apud Lucan. in 6. suscitatus, euentum belli Pharsalici Sexto Pompeio prædixit. Pyromantiam vocant, quæ per ignem diuinatur, dum inspicimus, quid fulgur, quid fulmen, quidve ignea vis significet, ut Tanaquil Tarquinij præfici regis vxor, teste Lærtio ab vrbe cond. & Dionysio in 4. videns flammam labere Seruij Tullij caput, illum Romanorum regem fore prædixit. Æromantia diuinatio per aërem, utputà per auium volatum, gustum, cantum ac ventorum grandinùmque insuetas procellas: ut ferrù, sicut ait Plin. lib. 2. quo in Lucanis pluit, significauit M. Crassi in Parthis interitum: veluti quoque lapides, quibus, auctore Lærtio in 1. de secundo bello Punico, in Piceno pluuisse nuntiatum fuit, strages illas indicarunt, quas Annibal Italiæ intulit. Hydromantia, ex aqua: quemadmodum Varro prædixit puerum vidisse in aqua effigiem Mercurij, quæ c. l. versibus omnè Mithridasici belli pronuntiauit euentum. Geomantia diuina-

tio per terrarum hiatus. Chiromantia diuinationis per linearum manuum inspectionem. Intuental. satyr. 6. --Frontemq; manumq; præbebit vati. Quæ omnia superstitiosa sunt, atque omnino ridicula: nam illis qui ea exercent, egestas semper imperat: qui, ut M. Tullius lib. 1. de Diuinat. prope finem, ait, sibi semitam non sapiunt, aliis monstrant viam quibus diuitias pollicentur, ab iis drachmas ipsi petunt. Hos igitur tanquam malefica superstitiosis homines omnia corrumpentes, omnia inquinantes, ac propterea dignos qui malè semper audiant declinemus, ac potius insectemur, ut vera, sanctæq; religione imbutos decet.

De duobus diuinandi generibus, & de origine aruspiciæ artis, & fortium Prænestinarum, & quis somniorum interpretationem docuerit.

### Cap. xxiii.

**D**uo sunt, aut ore Cicer. de diuinatione, volumine 1. diuinandi genera, quorum vnum natura est, alterum artis. Est autem natura in iis qui non ratione, aut coniectura obseruatis, ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto, liberog; motu futura præsentunt: quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorera, ut accidisse legimus Sibylla Erythraæ, & sacerdotibus nonnullis: cuius generis oracula etiam habenda erant, qualia

lia fuerunt oracula Apollinis, aut Ammonis, aut reliquorum in quibus homines crebro illudebantur, veluti quæ arte demonum, humanaq; si aude reddebantur Verum Prophetæ, qui diuino spiritu, non furore lymphatico afflati erant, nunquam fallent. Ars verò in iis est, qui nouas res coniectura persequuntur, & veteres obseruationes didicerunt, quæ apud præcos habuit aruspiciam auguria astrologiam, & sortes. Aruspiciæ, teste M. Tullio lib. 1. de Diuin. apud Hetruscos, ut illi futuliten prædicabant, primum ortum habuit: nam, ut idem in 2. de Diuin. ait, aranti cuidam in agro Tarquinensi, & sulcum aliis imprimenti, subito de terra extitit quidam, qui Tages appellatus facia quidem puerili, sed senili prudentia, à quo vniuersa Hetruria aruspiciam adocta est, quæ ab ara & inspicendo sibi nomen vindicauit. Sed Plin. lib. 7. aruspicij inuentionem cuidam Delpho tribuit, sicut ignisfici Amphiaræo. Hæc autem continet in se exta, fulgura, & ostenta: mactata enim ostia ad aram, eaq; aperta quomodo cor hepar, & reliqua exta sese haberent, inspiciebant, ex eorumq; habitu, atque colore futura conieciabant, ut, quo die primum in sella aurea sedit Cæsar, in boue quem immolauit, cor nõ apparuit, Cicero & Appianus Alexandand lib. 2. de bellis civilibus auctores. Ex quo futuram infelicitatem prædixerunt aruspices. Ostenta autem sunt, quæ præter naturam euenientia, futurum aliquid significant: ut cum in

exercitus Xerxis, auctore Herod. lib. historiarum 7. in Europam traiecto, equa bellicosissimum animal, leporem timidissimam feram peperit, quod fertur portendisse tantum exercitum fugam moliturum. Hac verò, ut Cicero inquit, quia ostendant, portendunt, monstrant, praedicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Tertia pars aruspicina, in fulmine, & in fulgure & tonitru consistit. Virgilius:

De calo tactas memini praedicere quercus.

Hac omnia sub aruspicina sunt: nam idem Cic. ait: Sed quoniam de extis & de fulguribus satis est disputatum, ostenta restant, ut tota aruspicina sit pertractata. Atq; hac est aruspicina, quae qui exercent, tum aruspices, tum extispices nuncupantur. In secunda autem parte eius diuinationis, quae est artis, auspicia, siue auguria ponuntur. Auspicia, quae ab auiibus inspiciendis, sicut auguria ab auium gustu, vel garritu dicuntur, Tiresiam Thebanum inuenisse, Plin. in 7. auctor est. Auguria verò, idem testis, ex auiibus Caras, à quo Caria dicta est, reperit: ex ceteris verò animalibus adiecit Orpheus. Verum huiuscemodi augurandi artem quidam à Chaldaeis ad Graecos, apud quos Amphiarus, Mopsus, Chalchas, summi augures fuerunt, à Graecis ad Haeruos, ab Haeruis ad Latinos venisse voluit. In auiibus autem tria erant diuinandi genera: alia enim auios volatu, ut prapetes, quarum volatum Phryges, teste Clemente, primi obseruauerunt: alia ca-

ii,

tu, ut oscines, alia gustu futura praedicebāt. Tertium genus ex tripudio solistimo futura indicabat. Porro solistima tripudia dicebantur auguria, quae fiebant, quoties ossa quae pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum, ac ita à solo solistimum vocamus. Sed hac augurandi ars quanti facienda sit, Mossolamus Iudaeus, vir equidem sapientissimus, perspicue demonstrauit. Is enim sicut Iosephus in 1. Antiq. corā Appionem ex Hecataeo tradit, cum in bello esset, & vates quidam dum iter facerent, statim iussisset omnes eatenus cōsistere, quoad ex aue, quae in proximo erat, augurium ageret, tacitus sumpto raptim arcu, ac emissis sagittis, auiem interemit: ac vati & nonnullis aliis id iniquo animo ferentibus, Quid furitis, inquit, mali demones? haec enim auiis sua ipsius salutis nesciens, nostrum itineris euentum nobis potuit praedicere? si enim praescire futura potuisset, in hunc locum nequaquam venisset, metuens ut sagittis à Mossolamo Iudaeo peteretur. Ceterum hac quantum olim apud omnes ferè gentes auctoritatis haberet, multis in locis testatur Cicero de Diuinatione, praesertim in primo scribens: Quis rex unquam fuit, quis populus, qui non vteretur praedictione diuina, neque saluè in pace sed in bello? & reliqua. Sed Romani in primis usi sunt, eodem dicente. Omitto nostros, qui nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis domi habent. Hac ille. Apud eos insuper, ut Liuius, Dionysius, & Eneestella testimonio sunt, summa religione

gione augurum collegium colebatur, quorum in-  
 ita Romana republica, Cicero in 2. de Legib. ma-  
 ximum & praeantissimum appellat. Quid quod  
 augur, ut ait Plutarchus in Problematibus, ob nul-  
 lum mabeſcium sacerdotio priuabatur? quia non  
 honoris & magistratus, sed ſcientia & artis no-  
 men eſt augur. Diuinabant etiã per ſortes, quas  
 in Latia Numerius Suffufius teſte M. Tullio in  
 ſecundo de Diuinat. primus inuenit apud Præſ-  
 tinos ſculptas in robore literarum præſcarũ no-  
 tis, qua fortuna monitu, pueri manu miſceban-  
 tur, atque ducebantur: de quibus etiã Trãquil-  
 lus in Tiberio meminit. Somniorum interpreta-  
 tionem auctore Plinio in 7. Amphiction primus  
 docuit, quod Trogus Joſeph Jacob filio attribuit,  
 quem omnino peritiſſimè ſomnia eſſe interpre-  
 ratum Joſephus 2. Antiquit. idem affirmat. Cle-  
 mens verò Telemeſſinis aſſignat. Sed hac omnia  
 fallacis inuenta ſunt, aut ad ſuperſtitionem, aut  
 ad errorem, vel ad quaſtum, quando homines  
 qui hac proſtentur, tãtum abeſt ut vlla in par-  
 te prodeſſe queant, ut etiã maximè noceant:  
 nam ſicut Phauorinus, teſte Gellio lib. Noſt. ar-  
 tic. 14. dicebat ſi dicunt proſpera & fallunt mi-  
 ſer ſies, fruſtra expectando: ſin aduerſa dicunt,  
 & metiuntur, miſer ſies fruſtra timendo. Si ve-  
 rò non proſpera reſpondent, iam inde ex animo  
 miſer ſies, antequam fato ſiſ: ſin felicia ventura  
 omnino promittunt, expectatio ſpei te adeo ſu-  
 ſpenſum fatigabit, ut omnem futuri gaudij fru-  
 ctum

Etum ſpes ipſa tibi ademerit. Præterea et quid iu-  
 uat, aut quid aſſert ad cauendum, ſcire aliquid  
 futurum, cum id certè futurum ſit, cum tamen  
 nullo modo prænoſci poſſit? Virg.

Neſcia mens hominum fati, ſortiſq; futura.  
 Quapropter Moſes ille ſapientiſſimus, iſtiusmodi  
 peſtiferas artes populo ſuo vetuit, mandans ac  
 dicens: Non augur abimini, nec obſeruabitis ſom-  
 nia, non declinetis ad magos, nec ab ariolis ali-  
 quid ſciſcitemini. Et per illud primum diuina le-  
 gis præceptum, Vnum verum Deum coliteo, iux-  
 tà prohibuit eaſdem: imo Deus ipſe. Qua omnia  
 & ſeruator noſter CHRIS TVS procul nobis  
 eſſe voluit, cum dixit, Serua mandata.

Sed hac alibi, cum de re Chri-  
 ſtiana agetur.

LIBRI PRIMI  
 FINIS.

G POLY





POLYDORI VER-  
GILII VRBINATIS  
de inuentoribus rerum

LIBER II.

De iuris ac legum origine, & qui primi  
mortalibus leges dederint, & quæ causa à  
principio dandi fuerit.

Cap. I.

**Q**uanquam disciplinarum liberalium  
originem primo tantum libro com-  
plecti, deinde autem in reliquis a-  
liarum rerum inuentionem tra-  
dere statueram, reitamen magnitudo fecit, ut  
multo sanè quàm volebam, longior essem. In  
hoc itaque secundo lib. de iuris primùm atque  
legis origine commodè dicam. Ius, ut Paulo Iu-  
risconsulto placet, vno modo bonum semper dicitur.  
Lege vero nihil aptius est ad conditionè hu-  
mana natura, dummodo, ut Cicero vult in ter-  
tio de legibus pro imperio capiatur: sine ea enim  
nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominũ  
vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis,  
nec ipse mundus potest: nam & hoc Deo parat,  
& huic obediunt maria, terraq; & hominũ vi-  
ta

ta iussis suprema legis obtemperat. Est iudè lex,  
ut Chrysippus desinit, diuinarum humanarumq;  
rerum notitia, item recti iussio, prauiq; depulsio,  
donum Dei dogma hominum sapientum, de qua  
mox dicemus. Ius autem, quàmuis plurimis mo-  
dis dicatur, Vlpianus diuidit in naturale, gen-  
tium, & civile. Naturale appellat, quod non so-  
lum humani generis proprium est, sed omnium  
quæ in terra, quæ in mari, calog, nascuntur: nam  
in nonnullis animalibus videmus maris & fe-  
mina coniunctionem, liberorum procreationem,  
educationemq; quodam iure natura, quod teste  
M. Tullio in I. de Legib. in natura positũ est, &  
ab ea, hoc est, à Deo initium habet. Ius gentium,  
quo solum homines viuuntur. Civile, ut Roma-  
norum, Spartanorum, Atheniensium, quod legi-  
bus, interpretatione duodecim tabularum, ple-  
bis citis, senatusconsultis, decretis principum, &  
auctoritate prudentum constat. Principis verò  
legis non scripta, sed in natura posita, ex qua ho-  
mines deinde leges condiderunt, qua origo sit, &  
quid ipsa sit. Cuius in 2. de Legibus facile decla-  
rat, cuius ideo verba ponit. Hinc igitur inquit, vi  
deo sapientissimorum fuisse sententiã legẽ neq; ho-  
minũ ingenijs excogitatã, nec scitũ aliquod esse  
populorũ, sed æternum quiddam, quod vniuer-  
sum mundum regeret, imperandi prohibendiquæ  
sapientia. Ita principem legem illam & vlti-  
mam mentem esse dicebant, omnia ratione aut  
cogentis, aut vetantis Dei. Ex quo illa lex, quæ

dij humano generi dedrunt, rectè est laudata: est enim ratio mèn:q; sapientia, ad iubendum, & ad detrahendum idonea. Et infra subdit: Orta est autem simul cum mente diuina. Quamobrè lex vera atq; princeps, apta ad iubendum, & ad vetādum, ratio est recta summi Iouis. Deinde suggerit, ita concludens: Est ergo lex iustorum in iustorumque distinctio, ad illā antiquissimam & rerum omnium principem expressa naturam. ad quam leges hominum diriguntur, qua supplicio improbos afficiunt, & defendunt & tuentur bonos. Huiuscemodi ergo legum originem hoc loco prodendam censeo. Has itaq; leges mortalibus omnium prima dedit Ceres. Ouid. in 15. Metamorph.

Prima dedit leges, Cereis sunt omnia munus. Diodorus in idem. lib. 6. ait: Nam prater ab ea reperiunt frumentum, leges dedit, quibus iustè pūiq; homines vinore assuescerent ex quo & Legisferam dixerunt. Herodotus etiam in 6. inquit: Cum in agrum Ephesium ingressi essent, sub noctem ad urbem contendebant, cum illis a mulieribus sacra legisferæ Cereis ferimus. Et Virg. in 4. Æneidos:

-- Mactant lectas de more bidentes

Legisferæ Cerei.

Idem tenet Plin. lib. 7. Caterum ut alij volunt, Rhadamanthus primus edidit, postea alij alijs primò leges tulerunt. Draco enim primus dedit Atheniensibus, deinde Solon: Ægyptijs, quintus Mer

Mercurius, aut Æthiopes, quorū ipsi Ægyptijs coloni dicuntur: Minos Cretensibus, Lycurgus Lacedæmonijs, Tyrijs Charades, Phoroneus Argiuis, Romulus Romanis, Italis Pythagoras, uti Dionysio placet, Arcades, ipsis verò Arcadibus Apollo quartus. Sed ne veri Dei erga nos diuini numeris immemores videamur, ipsi primū hanc rectè beatèq; viuēdi normā, sicuti cetera omnia acceptā referre debemus quod nec Ciceronem eriam tam propè, ut monstratum est, dæce natura, ad verum accedentē latuisset, si ullam veri Dei unquā cognitionē habuisset: Deus enim, auctore Iosepho li. 3. Antiq. leges quas deinde hominibus constitutas volebat, primò Moysi tradidit qui deinde primus legislatorū omnium quos cōmemorauimus quippe quibus, teste Eusebio, longè etate superior fuit, eas Hebræis dedit. Testis idē Isephus contra Appionem. Dico igitur nostrū legislatorē, quemlibet qui memoratur legislatorū, antiquitate precedere. Lycurgus enim & Solon & Zeleucus Locrenus, & omnes qui apud Græcos mirabiles sunt, nouelli atq; recentes, quantū ad illum comparati esse noscuntur, quando nec ipsum nomē legis fuisse olim apud Græcos agnoscitur: testis Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc vñs est nomine. Et paulo inferius addit: Nam cum sit tempus infinitū si quis eum cōpararet aliorum legislatorū et atib. hūc ultra omnes inueniet. Eusebius quoq; in 10. de Prepar. euāg. Moysen multò ante Cererē, qua fertur prima, ut

diximus, leges edidisse, fuisse testatur. A Deo igitur, quæ Cicero Iouem vocitat, lex originem habet. Et non mortaliū omnium primus Moses Hebræis constituit, quæ cæteris deinceps hominibus cõdendarum legum haud dubiè exemplar fuit. Actalis iuris atq; legum origo. Verum hoc loco illud disputandum videtur, quid fuerit, quamobrem lex ista scripta non perinde ut altera bona, postremo lata sit, quæ, ut apostolus Paulus ait, iram operatur, et se ceteris pœnis mortales obligat: contra illa prior lex qua non scribitur, sed nascitur, ac profluuio quodam natura fonte in humanum ingenium à primo fluit, sine fraude, sine dolo est, particeps iustitiæ, expers iniquitatis. Quapropter è re nostræ minus fuisse videtur, ut altera introducitur, quæ nobis malo est. Proinde opera pretium est de origine istius legis subtilius tractare, et quia diuus Ambrosius epistola 71. ad Irenæum, illud plane facit, eum ideo ita dicentem attendamus: Certum est, inquit, non fuisse legem necessariam; quæ per Moysen data est: nam si natura lex, quæ Deus creator infundit singulorum peccatoribus; homines seruare potuissent, non fuisset opus ea lege qua inmodauit magis, quam soluit humani generis infirmitatem. Soluit eam natura legem Adæ, qui voluit sibi arrogare, quod non acceperat, ut esset sicut eius creator, qui ita per inobedientiam contraxit offensam: nam si non rupisset imperium, prerogatiuum natura atq; ingenitæ sibi innocentiæ, heredibus proprijs reseruasset. Ergo quia lex

violata

violata est, ideo præscriptum noua legis necessarium fuit, ut vel partem haberet, qui totum amiserat. Simul quia causa deiectionis superbia fuit, debuit ea lex dari, quæ cum Deo subiectum redderet: nam sine ista lege peccatum neciebatur, et minor erat culpa, ubi erat culpa ignorantia. Unde Dominus ait: Si non venissem, et locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent. Lata est ergo lex, primū, ut excusatio tolleretur, cum præscriptum antequam esset quod pro se quisq; caueret: deinde, ut omnes subiicerentur Deo. Sed dices: Lex auxit peccatum, cepit mihi obesse scire. Verum dices: est tamen quod consolari potest tuam sollicitudinem: quia si per legem abundauit peccatum, per eandem abundauit et gratia, per IESVM CHRISTVM sicut testificatus est Ioannes, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Habes igitur legem non necessariam fuisse, si illam natura legem seruare potuissent: sed quia non seruauimus, idcirco ista lex per Moysen data, facta est necessaria, ut doceret me obedientiam. Et transgressionis Adam solueret laqueum, qui totam adstrinxit hereditatem: et ceterum extra tripartitam illam iuris diuisionem, quam Vlpianus fecit: habemus in nostra religione ius Pontificium, in quo multi cum memoria nostra excellentium antea claruerunt, qui olim non sine honoris præfatione nominabuntur, et imprimis Thebesius Punnus auunculus meus, quem nemo aut minor

G 4

valde

walde unquam, aut nimis se laudauerit. Fuit enim vir pontificij pariter atq; ciuilibus iuris peritissimus, qui in praclarissimis Italiae ciuitatibus maximis honoribus functus, ubiq; summa iustitia uirtutiq; omnis se specimen praestitit: à quo profectò haud longè abest Petrus Matthaeus eius frater, Iurisconsultorum consultissimus.

Qui regiam, uel popularem ciuitatè principidò inuenerint, tyrannidémque exercuerint, & diadema uel seruitium inuenerint: & quis Arcopagitarum magistratum constituerit, aut suffragia inuenerit. Cap. II.

Quonia de legis origine, sine qua nulla Respublica consistere potest, proximo capite uoluntatis docuimus, porro res ipsa postulat, ut priusquam hinc digrediar, quale apud gentes regimè ciuitatis principidò fuerit, demonstremus. Est igitur apud mortales, teste Platone libro de Regno, trifariam diuisa reip. administratio: una enim uocatur monarchia, id est, unius imperiù: altera aristocratia, hoc est, optimatù regimè: tertia uero democratia, id est, popularis principatus: quarù qua preferenda sit, nò facillè dixerim: rex enim cui pro libidine omnia licet impune agere, ac ob id nihil interdum potius est, quàm quod in rem suam esse uidet, rarò bene imperat. Plebs etiam, cui propriù est nihil intelligere, aliquanto peius. Pauci uero, id est, optimares, cum

pria

principes esse pro se quisq; optet, nec satis còcordes regnât. Quare Diocletianus, auctore Vopisco, dicere solitus erat nihil esse difficilius, quàm bene imperare. Optimè tamè unus, optimè populus, optimè pauci imperant, si boni sunt. Ex quo alij alià còstituerunt ciuitatè. Aegyptij primi omnium, testa Plin. lib. 7. regiu principatum habuerunt, ut quis, ueluti ait Herodotus, nullo tēporis momento poterant sine rege uiuere: apud quos primus, quod memoria proditū sit, mortaliū Menes regnauit, auctores Herod. lib. 2. & Diodorus in 1. Ceterum nemo, teste Platone in lib. de Regno, rex creabatur, nisi qui sacerdotio praeditus foret. At si ita usu ueniret, ut unus aliquis prophanus regnum per vim adipisceretur, is postea sacris initiari cogebatur quod esset rex & sacerdos. Diadema autè quod regiu est insigne, Liberum patre adinuenisse, auctor est Plinius in septimo, cuius nimirum rei Diodorus ueram rationè reddere uidetur, aiens: Mitra uero caput ei ligatur, propter dolores, qui fumante uino caput aggredimur. Popularem ciuitatem Attici, ut Plinius in 7. tradit, primi instituerunt: sed iidem reges etiam habuerunt, quorum primus fuit Cecrops Diphyes, a qua lis Moysi: nam auctore Iustino libro 1. ab initio quaque ciuitas & gens, uerum publicarum imperium penes reges habebat, quos ad sustigium huius maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehabat. Ex quo, teste Aemilio Probo in uita Agesilai, apud

G s Lace

Lacedamonios reges erant, qui nomine magis, quam imperio reges appellarētur: & primus rex fuit Euryſteus, Argis XI. Arceſtratus I II. Lobotes III III. Doriftus V. Ageſilaus VI. Archelaus VII. Telechus VIII. Alcamenes IX. & ultim⁹. Ninus autem, teſtis eſt idem Juſtinus, rex Aſſyriorum primus omnium veterem gentium morē noui imperij cupiditate mutauit: atq; idem primus omnium ſicut ait Euſebius in 10. de Praepar. euang. totius Aſia, excepta India, imperio potitus eſt. Verū quod Attici popularem ciuitatem primū conſtituerunt, uti Plinius prodidit, nemo eſt qui ambigat hoc à vero valde eſſe alienum. Hebraei enim à quibus Joſeph. in 1. Antiqu. ceteras nationes originem traxiſſe pulcherrimè probat, uti ſuperius eſt edimus, multis ante ſeculis, quàm aut Attici imperarent, aut Athenæ condita forent, regnarunt, quorum reſpublica, eodem Joſepho auctore libro 20. Antiquitatum, primū quidem ſub populari poteſtate diu permāſit. Ab his proinde Democratiā primū manāſſe rectius eſt credere, quàm ab Atticis, qui poſteriores fuerunt, Ariſtocratiā, id eſt, optimatum imperium, quale Romani poſt exactos reges diu habuerunt, qui primi conſtituerint, nō facile tradiderim, ſi illud non ſit assignandum Thebais qui, teſte Euſebio, temporibus Nini regis Aegyptijs imperabant, quorum dominatus diu aſia dicebatur, hoc eſt, poteſtas, quod qui potentiores nobiliorēque eſſent, ijs recip. ad-

Plin.  
Notat

miniſtrāda imperiū daretur. Et hoc circiter annū ab orbe cōdito, ter milleſimum, & CLXXXV. quo Abraham natus eſt. Poſt Theſeum tyrannū primus fuit Phalaris Agrigēſi, ait Plinius in ſeptimo: propter quod inuere videtur Theſeum primū omnium fuiſſe tyrannū, ſecundū verò Balaridem. Sed Nemroth ex ſtirpe Noë ortus, non multo poſt diluuium, Babylone tyrannus fuiſſe perhibetur. Ita ait Joſephus in primo Antiquitatum: Nemroth quoque filius Chufi permanens apud Babylonios, tyrannidem exercuit, ſicut à me primū etiam declaratum eſt. Hæc ille. Tyrannum olim vocabant bonum dominum, ac, teſte Trogo, fortem. Virgilius:

Pars mihi pacis erit, dextrā tenuiſſe tyranni.  
Poſtea hæc vox ad eos tranſſata eſt, qui vi quadam ac libidine dominantur, quorum lex eſt, Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas: quādo omnia potētia & voluntate metiuntur. Seruitiū, teſte Plinio Lacedamonij inuenerē: quādoquidē Cleomenes Lacedamonius teſte Macrobio lib. 1. Satur. ex ſeruis manumiſſis, bellatorū nouem millia conſcripſit, qui quoniam in bello non uocabātur, ſed uiui ſeruabātur, ſerui appellati ſunt. Hi ſub corona poſtea vendebātur. Cato: Vt populus ſua opera potius ob rem bene geſtam, coronatus ſupplicatū eat, quàm re male geſta coronatus uaneat. Reperio tamē antequām Lacedamonij, teſte Joſepho contra Appionem, rerum poterētur, apud Hebræos, multos fuiſſe ſeruos, &

eius

eius seruitutis originem profectam à Chanaan filio Cham, qui fuit vnus ex filijs Noë: is enim treis genuit, Sem, Cham, & Iaphet. Quippe Chā cum videret patrem Noë forte ebrū, humi parum honeſtè iacentē, vituperavit eum apud fratres. Quippe permotus ſenex, Chanaan nepotē ex filio Cham, ſeruitute mulctauit, re tum noua ac grauiffima, vt in lib. Genes. capite 9. eſt. Sed hic dices: Equid fuit, quamobrem Chanaan ob patris peccatum in ſeruitutem datus fuerit, cum iuſta promeritum, filius non debeat plecti ob patris culpam? Non equidem de nihilo dubitas: id etenim factum tradunt, vt pœna Chanaan filio illata dolori eſſet patri Cham, quando ita ſolent parentes angſt filiorum cruciati. Nam cum Deus Noë pariter atque eius filijs antea benedixiſſet, ſenex poſtea nō eſt auſus in filium, etſi impium, quicquam ſtatueret, idcirco nepotem puniuit, quod eius pater filij vicem dolens ſi delicti pœnas daret. Ac tale ſecuritatæ initium, cum inciperent homines iam molliter viuere. Forma autē manumittendi ſerui talis apud antiquos fuit. Dominus caput, aliudve membrū ſeruit enens, aiebat, Hunc hominem liberum eſſe volo: atque his dictis, eum de manu emittebat. Areopagitarum autē magiſtratum, Plutarchus à Solone conſtitutum affirmat, quod de Areopagitis à Dracone nulla vngquam mentio facta ſit. In eo primū Athenis capitis iudicium actum eſt, auctor Plin. lib. 7. Areopagus verd Latinè dicitur

curia

curia, ſive pagus Martis Cauſa nominis ex iudicio eſt, quo Mars, qui Gracè àgus vocatur, cum homicidij reus fieret, iudicantibus duodecim dijs in eo pago, vt ſcribit Auguſtinus in 18. de Ciuitate Dei, ſex ſententijs abſolutus eſt: vbi enim patres ſunt ſententiæ, abſolutio damnationi proponitur. Fuit inde Areopagitarū magiſtratus, vti dictum eſt, inſtitutus, quorum ſumma erat auctoritas. Ij erant iudices, qui de capitibus cauſis pronuntiabant, tanta grauitate, tantæque integritate, vt noctu, non interdum, cauſas cognocerent, quod non dicentes, ſed duntaxat qua dicerentur, ſpectarent, ſecumque ponderarent. Suffragia quibus in deliberando iudicandoque utimur, Palamedes primus omnium reperit.

De triplici adminiſtrationis genere Romanæ ciuitatis, & de origine inſignium regum, & ex qua arbore fierent magiſtratum virgæ. atque quis primus cenſum inſtituerit, & de ſenatorio atque equeſtri cenſu, vel carcerem ædificauerit: & ibidem, quid eſſet luſtrum conditum, ac de initio tributi imponendi.

### Cap. III.

EGO medius fidius ſemper illam Plinij ſententiā, Poſteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, tanquam omnium veriſſimam plurimi feci. Etenim nō à primordio or-

bis

bis repetam, cum homines rerum fere omnium egentes probe debebant, quot nobis florentissima ciuitates exēplo sunt quæ paucis minimisq; contenta, dum in illis paupertati parsimoniaque homines fuit, indies magis imperio, moribus, bonisque artibus excelluerūt: at cōtrā ubi diuicia, ubi sacra pecunia fames, ubi voluptas immigrauit, tūc ire cæperunt præcipites, tunc sensim dominandi libido, desiderium per laxum perdendi omnia inuenerūt: Quod Lyrurgus legumlator sapientissimus prospiciens animo, nummam omnem auream & argenteam teste Plutarcho irritum fecit, ferreæq; solidam ut edum imperauit: cuius sanctionē ut primum Lacedæmonij excessere, ex maximis longè minimi sunt effecti. Sed, ut de cæteris, si leuè hoc potissimum Romana ciuitati accidit: ea enim ubi Publicolæ, Æmilios, Fabriios, Curios, Scipiones, Scauros paupertatis continentiaque amantissimos imperatores sibi debebat, incredibile memoratu est quàm breui cresceret, quantumque cum ipsa præclarè ageretur cōtrā: ubi Senator censu legebatur, iudex fiebat censu, magistratum ducemque nil magis exornabat quàm censu, captatio in questu fertilissimo, ac sola gaudia in possidenda erant, adeo declinare de statu suo cœpit, ut nunquam in aliquo postea consistēra potuerit. Namque omne dominationis genus perpeffa est: primum enim monarchiam, hoc est, regium imperium habuit: nam Romulus, auctore Floro, eius conditor à Marte genitus

& Rhea Syluia, primum imperium tenuit post quæ sex deinde reges secuti sunt, sub quibus, teste Lilio in primo ab Vrbe condita CCLIII. annos monarchia durauit. Exin puljo Tarquinio Superbo, qui regum ultimus fuit, mutata ciuitatis forma, secuta est aristocrata, id est, optimatum principatus: nam pro regibus, duo Consules, ut Lilius in secūdo, & Dionysius in quarto testatur, creati sunt, L. Iunius Brutus, qui libertatis vindex exiit erat, & L. Tarquinius Calpurnius: qui Consules dicti dicuntur, hoc est, prouidendo apud eos summa totius imperij erat, ij, exercitum ducebant, & ab eorum magistratu, qui annuus erat, uti alibi dicemus, numerus annorum notabatur. Post annum deinde duodecimum, vel, ut nō nemo vult, octauum quàm exacti sunt reges, quod Lilius & Fenestella non satis constare aiunt, cùm quadraginta Latinorum vrbes, cōcitante Octauio Manlio Tarquinij genero, coniurassent in Romanos, T. Larsius primus Dictator creatus fuit, auctōr Lilius in secundo ab Vrbe condita. Quod insulitum Dionysius libro quinto Antiquitatum, tuat Romanos à Græcis sumpsisse, apud quos Elymnetæ, tanquam Dictatores Roma, creabantur. At Licinius ab Albanis accepisse tradit, Carthaginenses etiam, auctōre Trigo, Dictatores habebant. Hic autem summus fuit in Vrbe magistratus, quippe qui habebatur in summo periculo vltimum remedium, in sex tantum men-

ses, uti Fenestella ait, durabat: nam eo designata, prater tribumatum omnes magistratus: teste Polybio volumine suarum histo. 3. & Plutarcho, in vita Fabij Max. auctoritatem suam amittebant: & ideo Dictator dicebatur, quod is imperaret: quia, sicut idem in vita Marcelli testatur, iussa magistratum edita Romam vocabant. Item Dictator non poterat nisi à Consule dici, neque alio tempore, nisi oriente nocte, & silentio, ut Linius lib. ab Vrbe cond. 8. tradit. At tamen, teste eodem, lib. 4. cum aliquando Veientes castra Romana cepissent, A. Cornelius Cossus tribunus militum Mamercum Emilium dictatorem dixit, quod augures consulti urgente necessitate, eam religionem exemissent. Post annum deinceps trecentesimo alterum, quam condita Roma erat, velut Linius in 3. prodit, iterum mutata est forma civitatis, ab Consulibus ad Decemvros, quemadmodum ab regibus ante ad consules venerat, qui, uti quibusdam placet, tertio anno depositi sunt, libidine Appij Claudij, qui Virginiam, cuius supra de amore deflagrabat, in servitutem asserera voluit: qui cum pro libidine omnia agerent, officium suo commodo metientes, ac quod ex ipsorum usu, non è republica esset, in primis facientes, & eos ob id nonnulli senatores, uti inquit Fenestella, decem Tarquinos appellarent, videtur tunc Roma magis monarchia, quam aristocrata fuisse. Hoc pacto exactis Decemvris, ad prioris formam regiminis reditum est.

At

At dein anno cccx. condita Urbis, pro Consulibus primum tribuni militum creati sunt, A. Sèpronius Atracinus, L. Atilius Longus, & T. Cacilius Siculus, Democratia autem, id est popularis principatus, sensim irrepit, plebe paulatim per seditiones adipiscere nobilitatis magistratus: primum enim G. Canuleio auctore, plebeij con nubia promiscua cum patritijs habere coeperunt: deinde cum Tribuni plebis quotidie magis magistrisque instarent, à patritijs tandem concessum est, ut ex plebe tribuni quoque militum consulari potestate fierent, & ita P. Licinius Calvus primus creatus est, anno Urbis cond. cccxlv. Deinde plebs consubatum assecuta est, & L. Sextius Lateranus de plebe primus Consul factus, anno Urbis cond. ccclxxxix. Novissime obtinuit & dictaturam, summum in Vrbe decus, primisque ex plebe C. Martius Rutilius Dictator dictus fuit, anno ab Vrbe cond. cccxcix. Hac ex Liniolib. 4. & 5. & 6. & 7. ab Vrbe condita, & Plutarcho in vita Camilli. Hoc denique pacto rei publicae administratio ex optimatibus ad popularem principatum venerat, ex quo novissime iterum in monarchiam, id est, ad unius imperium forma civitatis redacta est, que à Sylla & Mario, teste Appiano in primo de bellis civilibus, cepit fracta omni senatus potestate. Eam postea à Caesare adauferunt, sub quibus primum ipsa Roma toto pacato orbe floruit, inde insequentium Caesarum inertia contabuit, atque ad interitum

H

deuinit



deuenit. Habuit igitur Romana ciuitas primum monarchiam, id est regium imperium: ubi inde aristocratiam & democratiam, hoc est consulum, dictatorem, decemvirum, & tribunorum consularium potestate gubernata est: at nouissimè rursus monarchiam, id est, tum dictatorum, cum Cæsarium tyrannidem, & uisissimā pertulit: unde eius uirium labes facta est. Romanorum autem regum insignia, hoc est, fascēs cum securibus, corona aurea, sella eburnea, trabea, curules, salera, annuli, paludamenta, prætexta, toga præta, tunica, & palmata & omnia denique decora quibus imperij dignitas eminebat, ex x i i. Tuscia populis, auctore Dionysio in tertio, & Floro, & Strabone in 5. Geogr. quos Tarquinius Priscus subegit, originē habere, quibus Tarquinius, ut Dionysio placet, simulatque id seratus permisit, primum usus est. Quare miror Macrobiū in 1. Satur. scribere, Tullium Hostiliū tertium Romanorum regem debellatis Hetruscis, primum sellā curulem, lictores togam præta, atque prætextam instituisse Romam haberi. Verūm Romulus ex more x i. Hetruria populorum, qui singuli, Liniū & Dionysio auctoribus, singulos regi statim creato lictores dabant, antea duodecim lictores sumpsit, cuius sententiæ esse haud Liniū poenitet. Alij à numero auuū, qua augurio regnū portenderant, eū secutū numerū autumant. Hi magistratibus ministrabant fascēsque uirgarū alligatos cum securibus gestabant. Eiusmodi aut uirgas ex betulla arbore

arbove fieri consueuisse, Pli. lib. 16. c. 18. Natur. historia, innuere uidetur, sic scribes. Gaudet frigidis sorbus, & magis est betulla; gallica hac arbor mirabili cādore atque tenuitate, terribilis magistratuum uirga. Censum primus omnium Ser. Tullus rex instituit, rem, ueluti Linius ait, saluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli pacisque munia non uiritim ut antè, sed pro possessione pecuniarum, riuēs obirent: quorum classes, id est, ordines quinq; descripsit. Prima itaque classis fuit ex ijs, qui centum millium arā, aut maiore censum haberent, quos in octoginta centurias diuisit, in quadragenas seniorum, ac totidē iuniorū: seniores ad urbem custodiam, ut præsederent, iuniores ut foris bella gererēt, arma his imperata, galea, clypeus, ocrea, lorica, tela in hoste, hasta, & gladius. Secūda classis intra centū usque ad quinque & septuaginta millium censum instituta, & ex his senioribus iuniorib;que uiginti cōscripta sūt centuria, armaque imperata præter lorica, omnia eadē. Tertia classis in quinquaginta millium censum esse uoluit: totidē centuria sunt cōscripta. In quarta classe, cēsus quinq; & uiginti millium totidem centuria facta. Quinta classis undecim millibus censebatur. Sed iam rationem ineamus, qua nobis confet, quanti unaquaque classis aestimata sit. Illud enim primum scire licet centū arā (nā as nūmulus erat) non pluriū fuisse uno nostro durato siue coronato aureo nūmo, ac ita mille arā ualuisse decē aureos. Prima igitur

classis census aestimatus est mille aureis, secunda septingentis & quinquaginta, tertia quingentis, quarta ducentis & quinquaginta, quinta vero centum & decem. At maximus Servio Tullio rege census, teste Plin. lib. 33. fuit aesium centum & decem millium, ex quibus summa fit mille & centum aureorum. Et hac, ut ait idem Plin. prima classis: adeo id temporis Romanorum opes exiguae fuerant, quae posthac immensa extiterunt, quando, auctore Trang. census senatorius fuit duodecies centena millia sestertium nummum. Quam quidem summam, ut rectè putemus: notare oportet singulam sestertia, valuisse vicenos quinos aureos, sicut centum sestertia, summam facerent duorum millium & quingentorum aureorum: qua ratione colligimus censum senatorium fuisse ad numerum triginta millium aureorum, & equestrem duodecim millium & quingentorum, hoc est, constituisse ex quingentis sestertijs. Atque talis origo & forma fuit census Rom. qui, ut Eutropius ait, adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Sed illud verius Moysi signandum est, qui, ut infra demonstrabitur, primus populum recensuit. At qui census agi dicitur, cum hominum facultates recensentur, unde tributum imponendi ratio inita est: vel cum numerus civium putatur. Vtrūque testatur Livius in vita ipsius Servij Tulli. Et cum in censendo finis erat factus, lustrum conditum appellabatur, quod tum Servius exercitum omnem suae, aequae, & tribus lustravit: hoc est, purgavit: idque lustrum quinto

quinto quoque anno Roma condebatur, cum censes numero duo creabatur, qui censum ageret: et postea magistratus annuus factus, eiusque morum civitatis cura est tradita. Item cum vestigalia & tributa solvebantur, tum fiebat sacrificium civitatis purgandae causa. Ex quo pervenit Romanos annos etiam per lustrum numerabant, ut per Graeci per olympiades. Ceterum cum ita quatuor quoque anno lustrum condiceretur, sunt qui putent illud fuisse spatium quatuor annorum, argumentantes annum quo sequens lustrum incipiebat, dici quintum, qui esset primus sequentis lustrum. Quis sane ratio, si vera sit similiter iudicat olympiada fuisse spatium quatuor tantum annorum, quemadmodum infra suo loco demonstrabitur. Census autem agendi, & tributum ex censu imperandi pariter, atque conferendum iustum factum est apud Hebraeos, cum de ea re Deus mandatum Moysi dederit, ita in Exod. cap. 30. loquens: Quando ruleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis, qui transiit ad nomen, dimidium sicli, iuxta mensuram templi. Qui habetur in numero a viginti annis, & supra, dabit pretium. Ita tributum imperatum est in singula capita eorum, qui viginti annis maiores essent, quique arma ferre possent. Sicli numerus argenteus hebraicus, quem Graeci statèrem dicunt, teste Iosepho lib. 3. Antiq. pondere erat:

drachmarum atticarum quatuor drachmae uerò es senis obolis atticis constat: atque sic tetradrachmus siclus ualebat quaternos & uicenos atticos obolos, Hebraicos uerò uicenos. Sed quia dicitur, iuxta mensuram templi, iam satis liquet sacerdotes ponderis mensuramq; genus habuisse aliud ab ea, quod uulgo uisurpauit. Atqui drachma eiusdem est ponderis, ac Romanus argenteus denarius, quem Matthaeus Euangelista ca. 22. numisma census uocat, cuius nota Caesaris effigies erat: & cap. 20. appellat denarium diurnum, quod tantum ualeret, quantum mercedis in die dari solet operis. Extant etiamnum istiusmodi denarii Caesarum figura signati, qui pari sunt pondere atque nummi quos grossos nummupant. Ita scire licet drachmam atticam à nostris grossum uocitari, & siclum quatuor ualere grossos. Carcerem, quo custodia continentur, ad terrorè, teste Liniò, ab urbe cond. Ancus primus adificauit, quod Eutropius Tarquinio Superbo assignat, item uincula, fustes, catenas, & huiusmodi supplicia, quibus homines afficiuntur. Atque hac omnia à Romanis Roma primum inuenta: nam alibi isthac tormentorum genera ad cruciandos homines longe antè in usu fuisse, ex Iosepho & Herodoto satis patet. Vnde cum instrumenta sola sint, quibus tyranni in primis ad suam tuendam dominationem utantur, eorum inuentorem rectè Nemroth primo tyranno assignemus licet.

Qui

Qui primi constituerint annum, & quam uariam, & qui inuenerint hunc annum quo uitimur, uel menses, atque eos diuiserint in Nonas, Idus, Calendas: ac quis excogitauit aureum numerum.

## Cap. IIII.

Est de prima anni obseruatione, statim post traditam astrologia originem dicendum erat, ad quam potissimum huiusmodi ratio pertinet, non possunt tamen omnia uno loco explicari: hic proinde de anno tractabimus. Hunc Aegyptios primò instituisse, Herodotus lib. Historiarum 2. prodit, ita scribens: Quae autem humanarum rerum sunt, haec ita referrebant, inter se constare omnium hominum primos Aegyptios annum cõperisse, distinguentes eum in XII. temporum menses, idq; comperisse ex astris, eo scientius, ut mihi uidetur, hoc agentes, quam Græci quod Græci quidem tertio quoque anno intercalarem mensem introduunt temporis gratia: Aegyptij uerò tricenis diebus, quibus XII. menses taxant, adiuuunt huic numero quotannis quinque dies, unde eis ratio circuli temporum constat eodem reduntis. Herod. haec tenet. Clemens itide approbat. Huiusmodi tamen inuentione Diodor. Thebais assignat lib. 1. Sed non ideo inferior Diodorum Herodoto suffragari, quoniam Thebais iuxta Aegypti populi sunt, à Thebis urbe in Aegyptio, nominati,

H. 4. uel

vel ut Thebani à Thebis in Bœotia quod apud  
 idoueos auctores obseruatum est: quinctiam, ut  
 ait Herod. in prænotato libro, olim Theba Ægy-  
 pius vocabatur. At Seruius super 5. Ænei, dicit  
 Eudoxum primum annum deprehendisse, post  
 quem Hipparchum, & ultimo loco, ut infra di-  
 cemus, Casarem. Laërtius autē Thaleti Milesio  
 ascribere videtur in primo, cum inquit: Anni tē-  
 pora, illorumq; vicissitudines priorem inuenisse  
 ferunt, eumq; in CCXLV. dies diuissse. Sed hoc  
 illi censeo apud Græcos duntaxat esse attribuē-  
 dum. Verum reperimus apud Iosephū in 1. & in  
 4. Antiq. Hebræos ante diluuiū Noë, annum XII.  
 mensibus constitutum habuisse, qui, eodem teste,  
 in 1. Antiq. annum primi etiam in Ægypto insti-  
 tuerant. Est insuper operapretium, quā varia  
 fuerit anni ratio apud præcos, demonstrare. Ar-  
 cades enim, ut Plutarch⁹ in vita Numa & Ma-  
 crob. in 1. Satur. meminert, tribus duntaxat  
 mensibus annum suum complebant: Cares & A-  
 carnæes, sex: Ægyptij primis temporibus, teste  
 Solino, quatuor, sed, antea, ut Censorino placet,  
 duobus tantum. At Macrobius in 1. Satur. ait, anni  
 certū modum apud solos Ægyptios semper fuisse  
 ut etiam ex Herodoti auctoritate liquidū con-  
 stat. Erat præterea annus triginta dierū, id est,  
 lunaris: auctor Seruius super 3. Æne. Habebāt  
 & annum magnum, quē volebant confici omni-  
 bus planetis in eundem recurrētibus locum, qui  
 secundum Cicerozem, continet duodecim millia

nomi-

noningentos quinquaginta quatuor solares an-  
 nos. At Iosephus in 1. Antiq. cap. 8. dicit, annum  
 magnum DC. annorum spatio impleri. Sed de  
 hoc, uti Censorinus demonstrat, inter auctores  
 non planè conuenit. Reliqui Græci C.C.C.LIIII.  
 diebus annum proprium computabant. In hac  
 varietate, Romani quoque ab initio prout Ma-  
 crobius dicit, auctore Romulo, annum X. mensibus  
 constitutum habuerunt, à Maro incipientes, qui  
 consuebatur diebus C.C.C. & IIII. Romulus  
 enim primū mensem Martiū, à patre suo Mar-  
 te alterum Aprilom quasi Aprilem, à spuma, quæ  
 Græcè ἀπὸς vocatur, unde Venus mater Æneæ  
 nata est: tertium Maium à maioribus, quartum  
 Iunium à iunioribus nominauit. Ouidius:

Hinc sua maiores tribuere vocabula Maio,

Iunius à iuuenum nomine dictus adest.

Sic autē populum in maiores & minores diuise-  
 rat. Reliquos sex à numero, Quintilem, Sextilē,  
 Septembrem, Octobrem, Nouembrem, & Decē-  
 brem appellauit. Verū postremò Quintilis à Iu-  
 lij Casaris nomine, Iulius, & Sextilis Augusti  
 honore, Augustus est nominatus. Sed iste annus  
 cum neq; Solis cursui, neq; Luna rationibus cō-  
 grueret, Numa Pompilius inde ad Luna cursum  
 redegit, additis 1. diebus, quibus postea sex alios  
 dies adiecit retractos ex illis sex mensibus qui  
 XXX. dies habebant, id est, de singulis singulos:  
 eosque sex & quinquaginta dies pari ratione  
 partitius est in menses duos, & alterū, quem pri-

H s mum

mum posuit, nuncupavit Ianuarium à Iano, qui  
 Latinorum primus rex fuerat, tanquam bicipi-  
 tis diei mensē, ut qui transacti anni finem re-  
 spiceret, ac principium futuri prospiceret. Nam  
 Ianus cum vir esset aequè prudens atque solers,  
 dictus est habere geminam faciem, ut una qua  
 ante, altera qua post tergū forent, intueretur, id  
 quod ad vigilantē civitatis custodiē attinet. Al-  
 terū verò Februariū vocavit, deoq; Februo de-  
 dicavit, qui creditur praesse lustrationibus, quia  
 tum extremo anni mense, populus februebatur,  
 hoc est purgabatur. Postea Numa religionē secu-  
 tus quod numero Deus, quē admodum poeta ait,  
 impare gaudet, dedit singulis mēsisbus, Ianuario,  
 Aprili, Iunio, Sextili, Septembri, Novembri, &  
 Decēbri, unde tricenos dies: Martio, verò, Maio  
 Quintili & Octobri singulos & tricenos Februa-  
 rius suos octo & viginti dies retinuit. Ita annus  
 conficiebatur diebus CCCLV. Romani deinde,  
 Graecorū more intercalare mensem constituerūt,  
 ut qui praesent fastis librū, quibus totius anni  
 res populi explicabantur, intercalaret, id est, vo-  
 carent populū, ut quādo lege ageretur, scirent.  
 Sed cum ita usū veniret, ut per eā varietatem  
 anni saepe nundina caderent aut in primum anni  
 diem, in nonā re, quibus nefas erat cōventus ha-  
 beri, permissum est, ut sacerdotes quāda vellent,  
 suo arbitratu vocarent. At cum illi cōmodi gra-  
 tia publ. canorūmq; ex usu, minus suo tēpore vo-  
 carent, tum demū Caesar pontifex maximus ad-  
 didit

didit anno dies decem, horāq; sex, quorū dierū  
 binos ad singulos menses, Ianuarium, Sextilem,  
 & Decembrem adiunxit: in Aprilem autem: Iu-  
 niū, Septembrem & Novembrem singulos distri-  
 buit. Sic C. Iulius Caesar, auctore Suetonio, & Ap-  
 piano Alexandrino, & Plinio, primus omnīū annū  
 ad cursum solis accommodavit, ut CCCLV die-  
 rum esset, & intercalario mense sublato, unus  
 dies quarto quoq; anno intercalaretur, quod bis-  
 sextū vocat. Causa autem nominis est, quia duo-  
 bus continuis diebus bis dicimus, sexto Calendas  
 Martias, duos dies pro uno computantes. Menses  
 verò, hoc est, Luna cursus, qui, uti Cic. in secūdo  
 de Natura deorū ait, quia mensa spatia: efficiūt,  
 menses nominantur, Thebeos, id est, ipsos Aegy-  
 ptios (sunt enim, ut diximus videm) omnīū primos  
 instituisse Diodorus affirmat: quod tamen magis  
 Hebraei qui haud dubiè primi annū constituerūt,  
 tribuendum esse videtur. Atq; annus menses ha-  
 bet XII, quorū quatuor, Aprilis, Iunius, Septem-  
 ber & November, ex triginta constant diebus: at-  
 plus uno, septem, Ianuarius, Martius, Maius, Iu-  
 lius, Augustus, October, & December minimus  
 verò Februarius octo & viginti, suis contentus  
 est diebus. Item hebdomadae duas & quinquaginta,  
 & diem unum: dies verò CCCLXV. a ho-  
 ras sex: uti dictum est. Praeterea cum apud pri-  
 scos Romanos, pontifices, prout supra demonstra-  
 vimus, ita intercalarent, factū est ut mensis eius-  
 modi rei causa, divinis sit in Calendas, Nonas, &  
 Idus,

Idus, priusq̄ dies Calenda dictæ sint, à πὸ τῶ κα-  
λῶ, voco: etenim minor pontifex observabat quã-  
do nona primum appareret Luna, qua visa, id  
protinus sacrificulo regi nuntiabant: tũ factò, ut  
moris erat, sacrificio pontifex incipiebat eos vo-  
care qui in agris essent, quò scirent feriarũ pari-  
ter causas, atq; quid eo mense agi liceret. Itaca-  
latq; hoc est, vocata in Capitolium plebe, pronũ-  
tiabat quot dies à Calendis ad Nonas superes-  
sent, unde Nonæ ipsa dicta, quia semper dies no-  
vem à Nonis ad initium Iduum inter sunt. Idus  
autem circiter medium mensem ponebant, idque  
verbum ab Hetruscis sumpserant, quorũ lingua  
Iduare, diuidere est. Igitur sic computabãt, ver-  
bi gratia: Vltimum diem Decembris anteceden-  
tis mensis notabant pridie Calendas Ianuarias,  
penultimum tertio Calendas, atq; sic alios suo  
ordine, sursum versus numerãdo usq; ad Idus:  
nam mensibus quatuor, Martio, Maio, Iulio, &  
Octobri singulis senas dederunt Nonas, reliquis  
quaternas, sicut singulis quoque mensibus Idus  
octonas. Verùm modus istiusmodi dierum mensis  
numerum in eundi tam vulgatiõ est, quã in ut à  
nobis sit rursum demonstrandus, qui profectus  
est ab illa pontificum intercalatione, qua duravit  
vsque ad annum Urbis condita ccccl. cum P.  
Sulpitio Auerrione, P. Sempronio, Sopho Longo  
coss. C. Flavius scriba ad illos curulis, inuitis pa-  
tribus, Ciuile ius repositum in penetralibus Pon-  
tificum euulgauit, fastòsque circa forum in albo  
propo

proposuit, ut quando lege agi possent, sciretur. Te-  
stis Livius ab urbe condita, in extremo nono li-  
bro. Postea fuit alius modus, quem aureum nu-  
merum ob excellens rei artificium appellant, ex-  
cogitatus à diuo ut fertur Bernardo, vel ab ipso  
Iulio Casare, sicut libro diuinorum officiorum  
octauo extat, ad inueniendum diem coniunctio-  
nis Luna per singulos menses: quo quidem nu-  
mero nostri deinceps vsi sunt ad notandos quo-  
que dies festos in singulos annos, quos mutabiles  
vocant, quemadmodum est Pascha, Pentecoste,  
nonnulliq; alij, eò quòd non semper in eosdem  
mensium dies cadant. Fuit: sanè inuentum suo  
dignum auctore, cuius vsus & ratio ita omnibus  
nota est, ut non sit quòd hoc loco quicquam de  
aureo numero doceatur.

Quis horas primus constituerit, aut ho-  
rologia diuersi generis inuenierit.

Cap. v.

**H**ORA quibus numero viginti quatuor dies,  
maxiq; conficitur, teste Macrobio, ab Apollin-  
ne, id est, Sole, qui Horus Aegyptiaca lingua vo-  
catur, nomen acceperunt. Quatuor iridem tẽpo-  
ra, hoc est, ver, æstas, autumnus, & hyems, qui-  
bus annuus orbis impletur, hora dicuntur: qua  
initio duodecim constituta sunt, eiuſque rei talis  
fuisse origo memoratur. Quodam tempore Her-  
mes Trismegistus cum in Aegypto sacrum quod-  
dam animal serapi dicatũ in tota die duodecim s  
urimam

vinam facere pari semper tēporis interuallo obseruasset. per duodecim horas diem diuidi debere coniecit. Exinde hic horarū numerus longo tempore custoditus, postea in vigintiquatuor horas diuisus est dies. Horologium autem solarium, in quo Umbilici Solis, quem gnomonē vocāt, umbra horas ostendit, Anaximenes Milesius Lacedaemone, teste Plinio libro secundo, capite 76. primus inuenit, ipsūque ἀπό τῆς οὐράς, hoc est, ab umbra, sciotericon appellauit. Roma multo seruius contigit, in duodecim enim tabulis, ut auctor est Plinius in septimo, ortus tantūm ☿ & occasus Solis nominabatur. Post aliquot annos adiectus fuit ☿ meridies: ac census consulis, id est, praeconium pronuntiabat, cum ē curia inter rostra ☿ & graecostasim Solem prospiciebat: à columna verò aenea ad carcerem inclinato sydere: supremam horam pronuntiabat: sed hoc serenitas tantūm diebus, usque ad primum Punicum bellum. At M. Varro primum horologium solarium in publico secundum rostra, in columna statuiū fuisse tradit, bello primo Punico, à M. Valerio Messala Consule, Caerina in Sicilia capta. Postea Scipio Nasica primus Roma dyntaxat: ut opinor, aqua horas diuisit aequè nocturnam atque diurnam, idque horologium sub tecto dicitur, anno Urbis DCCC. Caterum horologium, teste Vitruuio libro nono de Architectura, ex aqua: Ctesibius Alexandrinus primus reperit. Viriusque meminit Cicero libro De Natura deorum secundo: Quid igitur, inquit

inquit, conuenit cum solarium uel descriptum aut ex aqua contēpleris intelligere declarari horarum arte, non casu? Et alibi in extremo secundo Tusculanarum libro: Cras ergo ad clepsidram. Ita uas vocant, è quo guttatim effundeatur aqua ad horas notandas. Inuentum est deinde diuini quodam ingenij acuminē horologium, quod nunc frequens cernitur, è metallis, rotis dentatis atque ponderibus, partim umbilicis horas indicantibus, partim testantibus tintinnabulis. Quinetiā eodem artificio planetarum omnium, ac Solis ☿ & Luna cursus adeo faciliè representantur, ut caelum ipsum propè conspici uideatur. Est etiam aliud horologij genus, ad pyxididis formā excogitatum item è tenuissimis arenis Aegyptijs, quorum tamē auctores, uti in calce operis dicemus, in aperto non sunt. Sic denique quotidie aliquid admiratione dignū hominum industria inuenit, uelut pyxidem illā, qua nauta navigationem peritissimè moderantur. Et multa demum sunt, quibus prisca etas caruit, de quibus nos suis locis meminimus. Illud adiciam, ut alibi horologia à sole occidente, usque ad solem iterum occidentem: perpetuo cursu vigintiquatuor horas designant: sic nunc totus ferè occidens horologia habet, quibus in die duodenas horas indicant, ita ut semper duodecima hora in media nocte ☿ in meridie notetur: quod profectò quo aptius quadrat, hoc commodius fit, ne quempiam, cum uelis scire quota sit hora, tot simul numerare oporteat.

Quo

Quomodo ab initio alij aliter dies obseruauerint, ac noctes diuiserint.

Cap. v. i.

**D**iem alij aliter obseruabant, quod ab Aegyptijs fluxisse volunt, quos ut inter nonnullos auctores conuenit, primos omnium annuum & mensis constituisse ferunt. Ij itaque à media nocte, ad mediam, totum id spatium unius diei nomine appellauerunt. Romani quoque eodem modo diem obseruabant, quod, ut Plutarchus in Problematibus ait, ortus Solis initium agendi, nox uero consilij & preparationis faciat: quippe apud illos, cuiquam etiam dici hora aliquid actionum tribuebatur: Martialis:

Prima salutantes atque altera continet hora:

Exercet raucos tertia causidicos.

In quintam uarios extendit Roma labores:

Sexta quies lasis, septima finis erit.

Sufficit in nonam nitidis octaua palaestris.

Imperat extructos frangere nona toros, &c.  
Babilonij inter duos solis exortus, omne id tempus diem vocabant: Athenienses inter duos occasus. Umbri à meridie in meridiem, unum diem putabant: vulgus omne à luce ad tenebras: auctores, Varro, Plinius in secundo, Gellius & Macrobius. Nos porro more Atheniensium, à sole occasu ad solem iterum occidentem, omne id medium tempus unum diem esse dicimus, sicut Trāsalpini omnes Vanbrorum ritu, à meridie in meridiem diem

diem suum terminant, prout eorum horologia, quae superiori capite posuimus, indicant: uel eadem ratione, à media nocte, ad mediam noctem, ueteri Romanorum instituto, illorum dies dici potest confici. Nox uero, sicut Vegetius tradit, in quatuor diuidebatur uigilias, quae singula, teste Hieronymo super Psalmos, trinarum horarum spatio supputabantur.

Qui primi libros ediderint, & de prima bibliotheca, & à quo, aut ubi usus imprimendarum literarum primò inuentus.

Cap. v. ii.

**C**um in dies magis magisque hominum ingenia sola librorum copia uigeant, & ad capessendas disciplinarum liberalium artes facilius omnes alliciantur, ipsaque literarum studia mirum in modum ubique gentium floreat peccare hercle me ducere, si tale inuentum silentio praefererem, cuius nos etiam quantum exiguum tulerit ingenium, augendi gratia, hunc nempe laborem suscepimus, praesertim cum huiusmodi scriptorum libri, ut diuus Hieronymus ad Marcellam ait, ingeniorum effugies, & uera & aeterna monumenta sint. Quapropter Agesilaus, auctore Plutarcho, cum bene multi uellent eius corporum simulacrum gratis effingere, nunquam id fieri passus est, animi tantum monumenta posteris relinqueret studios: illud enim sculptorum, hoc suum illud diuinitum, hoc honorum opus esse ducebat. Omnium igitur primus



Anaxagoras, teste Laertio volumine secundo, librum ad se scriptum edidit. Gellius verò lib. sexto scribit Pisistratum tyrannum omnium primū libros publicè legēdo præbuisse. Sed profecto quis non videt perperam Græcos hominum genus in sui laudem effusissimum, hanc sibi gloriam vindicare & qui ut Iosephus contra Apionem perspicuè demonstrat, recentissimi sunt. Ex quod haud dubiè multo antè Græcos, antiquissimè Hebræorū, qui Sacram historiam scripserunt, & Ægyptiorū sacerdotes, vel Chaldæi libros ediderunt: atq; ita Anaxagoram & Pisistratū apud Græcos tantū primos foras dando libris curasse credere par est. Deinde autem, ut idem Gellius testatur, ipsi Athenienses numerū librorum studiosius accuratisq; auxerunt. Verum omnem illā postea librorum copiā Xerxes Athenarum potitus abstulit, asportauitq; in Persas. Eos porro libros vniuersos multis post tēpstatibus Seleucus Macedonia rex, qui Nicanor appellatus est, referendos Athenas curauit. Ingens postea numerus librorum in Ægypto à Ptolemæis regib. cōfectus est ad millia ferme voluminum dcc. sed ea omnia priore bello Alexandrino incensa sunt. Caterū Strabo lib. decimo tertio Geographia, scribit Aristotelē omnium primum bibliothecā instituisse: ait enim, Eusepiū suere philosophi Socratici, Erastus & Cariscus, & Nereus Cōsici filius, qui Aristotelem & Theophrastum audiuit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat:

nam

nam Aristoteles & bibliothecam & scholam reliquit Theophrasto, & primus omnium quos scimus libros congregauit, & Ægyptij reges bibliotheca præcipuè docuit, Theophrastus verò eā tradidit Neleo, Neleus eam Scapsum detulit, ac postea tradidit. Hac ille, Fuit & Pergami bibliotheca, præclarissima quædam Plinius lib. 35. statim in principio, ubi inquit: An priores cœperint Alexandria & Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine instituere, non facile dixerim. Roma bibliothecam Asininum Pollionem primum fecisse, testatur idem in prænotato libro, scribens: Nō est prætereundum, & nouitium inuentum sequidem non solum ex auro argenteoq; aut ceræ ex are in bibliothecis dicuntur illi, quarum immortales animæ iisdem locis, ibi loquantur, quinimodiam quæ non sunt, funguntur, pariuntq; desideria non traditi vultus, sicut in Homero euenit, quo magis, ut equidem arbitror, nullum est felicitatis specimen, quàm semper omnes scire cupere, qualis fuerit aliquis, Asinij Pollionis hoc Roma inuentum, qui primus bibliothecam dicendo ingenia hominum rempublicam fecit. Sunt etiam plures hodie in Italia bibliothecæ, sed illa imprimis omnium iudiciū longè celeberrima, quæ diuus Federicus Feltrius dux Urbini conuulsi, quæ postea Guido princeps eius filius, omnis dottrina decus, ac doctissimorū hominū præsidium eam auro & argento, sum librorum copia adauit, ornauitq;. Fuit illud igitur omnino magnitudi-

mortalibus munus, sed nequaquam conferendum cum hoc, quod nostro tempore adepti sumus, re-  
 perto nouo scribendi genere, tantum enim uno  
 die ab uno homine literarum imprimitur, quan-  
 tum vix toto anno à pluribus scribi possit. Ex  
 quo adeo disciplinarum omnium magna libro-  
 rum copia ad nos manauit, ut nullum amplius  
 superfuturum sit opus, quod ab homine quamuis  
 egeno desiderari possit: Illud in super adde, quod  
 auctores quoq; plurimos, tam Græcos quam La-  
 tinos, ab omni prorsus interitus periculo vindica-  
 uit. Quare tantæ rei auctor non est sua laude  
 fraudandus, præsertim ut posteritas sciat, cui di-  
 uinum beneficium acceptum referre debent. Itaq;  
 Ioannes Cuthenbergus natione Theutonicius, e-  
 quostri viri dignitate, ut ab eius ciuibus accepi-  
 mus, primus omnium in oppido Germania, quam  
 Moguntiam vocant hanc imprimendarum lite-  
 rarum artem excogitauit, primumq; ibi ea exer-  
 cere cepit; non minore industria reperto ab eo-  
 dem, prout ferunt, auctore nouo atramenti gene-  
 re, quo nunc literarum impressores tantum utun-  
 tur. Delecto sexto deinde anno, qui fuit salutis hu-  
 manæ MCCCCLXVI. quidam nomine Cōra-  
 dus, homo iudem Germanus, Romam primò in  
 Italiam accessit, quam dein Nicolaus Ienson Gat-  
 licus, primus mirum in modum illustrauit, qua  
 passim hac tempestate per totum fere terrarum  
 orbem flores, de qua plura loquendi labore super  
 sedeo, eius inuentore: ac simul unde ad nos delata  
 fuerit,

fuerit, prodidisse, haud me parum fuisse ratum  
 ea omnibus longè notissima sit: qua propterea ut  
 ab initio nō minore quaestu, quam hominum ad-  
 miratione vulgari cepit, sic paulatim, vel ut  
 auguror, futura est utilior.

De primo vsu scribendi apud præcos, etiã  
 per notas, & quando primùm inuenta charta,  
 vel membrana.

### Cap. VIII.

**A**nte vsum chartarum, quo maximè humani-  
 cas vitæ constat & memoria, palmari so-  
 lys, teste Plinio in decimotertio Naturalis histo-  
 riæ, primò scripturatum est. Virgilius in sexto:

-- Foljs tantum ne nomina manda.

Deinde quarundam arborum libris, postea publi-  
 ca monumenta plumbeis voluminibus, inde ex-  
 prinata linteis conficere cœperunt: deinde ceris,  
 nam pugillarium vsum ante Troiana tempora  
 fuisse testatur Homerus. Patryū autè post Ale-  
 xandri Magni victoriã, condita in Ægypto Ale-  
 xandria, M. Varro auctor est, ante chartarum vsu-  
 sum ab eo rege inuentam, esse quæ fiebat ex fru-  
 tice, quinaçitur in paludibus Ægypti. Verum  
 contra Varronem, qui chartarum vsum non nisi  
 condita in Ægypto Alexandria, fuisse scribit, Pla-  
 nius Cassi Hemina annalium scriptoris auctorita-  
 tē adducit. Ille enim tradit, Cn. Terentium scri-  
 bẽ agrum suum in Ianiculo repastinatẽ, offendisse  
 arcẽ in qua Numa rex situs fuerat, & in eadem

libros eius repertos, qui è charta erant. Nam Magnus Alexander amplius trecētis annis post Numam fuit, qui Alexandriam, auctore Liviō, libro octavo, eo anno in Ægypto posuit, qui fuit Urbis condita CCCCXVIIII L. Papyrio Mugillano siue Curfore, C. Patilio Galbo. c. c. s. c. Ceterum Liviū in decimo, de bello Macedonico, à Cassio dissentit, scribens duas arceas lapideas, et stonos ferme pedes longas, non unam, repertas à fossoribus in agro L. Patilij scriba, non Cn. Terentij: & in altera earum sepultum fuisse Numam, in altera verò eos libros inuentos, de quibus loquimur. Idè etiam Lactantiū affirmat, & Plutarchus in vita Numa. Postea verò id genus charta inuentum est, quo nunc passim utimur, cuius auctor haud palam est. Hac autè fit ex linteolis contritiis, nihilominus tamen papyri nomen à frutice sumptum, veluti charta ab urbe Tyri, retinet. Membranas à tectū membrorum nominatas (est enim propriè ipsum corium) Varro scribit per emulationem, circa bibliothecas & Eumenis regum, Pergami inuentas fuisse, unde vulgò Pergamena vocantur. Verum ego affirmarem membranas multo antiè quam tradit Varro esse repertas, in istis primùm scripturam, quando sacros Hebraeorū libros (Hebraei enim, ut ostendimus, primi rerū gestarū monimeta condiderunt) è membrana fuisse testatur Iosephus: nam cum in xxi. Antiquitatum trāsit, quemadmodū Eleazar princeps sacerdotū per septuaginta duos in-

terpre

terpretes, sacros libros ad Ptolemaum Philadelphum miserit, ut in grecum sermonem verteretur sic inquit: Cum verò ostenderent tenuitatem membranae, vel incomprehensibilem eorum cōpaginem, rex miratus est. Herodotus etiā in quinto testis est, prisca consuetudine in pellibus caprinis & ouillis esse scripturam. Sunt præterea plura chartarū genera, ut hieratica, antiquitus sacris tantum voluminibus dicata: amphitheatrica, à loco dicta: bibula, & exporetica, inutilis scribendo, & in volucris duntaxat chartarum atq; mercium usum præbens, propterea antiè τὸν ἐμπορῶν, id est, à mercatoribus nominata. Usus autè scribendi per notas, peruetustus est, quando Tiro Ciceronis libertus, auctore Eusebio, ipsas notas primus reperisse fertur. Et huiusmodi scripta furtiva dicuntur, quæ artificio quodā sunt, ne legi possint ab alio, nisi ab eo ad quæ scribuntur: Cellius: Res quas sitā occultas nūtiare regi furtiuo scripto volebat. Est & Cæsar, teste Suetonio, usus: Hodie verò ita frequēs est modus iste scribendi, ut nullus videlicet sit neq; princeps, neq; ciuis, quin suas habeat notas, vulgò xipheras nuncupatas.

Quis primus memorie artem monstrauerit, aut qui eiusdem gloriam adepti sint.

Cap. IX.

Proximū est, ut de memoria dicatur, quæ, ut Fabius ait, omnis disciplina constat, quæ & necessarium maximè est vitæ bonum, & vnicus

eloquentia thesaurus. Huius ars, Plinio in septimo, & Quintiliano in undecimo auctoribus, à Simon de Melico primum inuenta est, qua in re multum valuit: nam cum aliquando in Thessalia, teste Cicero de Oratore, epularetur apud Scopamobilem virum, & nuntiatum esset ei, ut prodiret ad duos iuvenes ante ianuam stantes, contigit ut hoc interim spatio conclauē corruerit, ac ea ruina adeo corruuē omnes contriti fuerint, ut non possent internoſci à suis, qui humare eos vellent. Tum dicitur Simonides ex eo quod meminisset, quo eorum loco quisque cubisset, demonstrator vini cuiusque sepeliendi fuisse. Ac ita videtur memoria valde inuari, signatè animo sedibus, aut mutato annulo, qui nos moneat, cur id fecerimus, quod ipse Fabius latè præsequitur. Memoria autè plurimis præcipua fuit, ut Flinius & Solinus auctores sunt. Syrus enim rex Persarum omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit: Cineas Pyrrhi regis legatus, postero die quam Romam aduenerat, utriusque ordinis viros nominatim appellauit. Michridati regi dua & viginti lingua (tot enim nationibus imperauit) traduntur nota fuisse. Casarem verò scribere & legere simul, dicere & audire solitum accepimus. Idem etiam, teste Spartiano, Hædrianus Imperator facere consueuit.

A quo

A quo primum militaris ars inuenta, & utrùm literas præſter: item in exercitu ordinis, & tesseræ, & vigilæ, de primo pugnandi modo.

## Cap. x.

Nunc venio ad disciplinam militarem, præcipuum Imperatorum decus, qua sola militi quidem mortales æternam sibi gloriam compararunt: unde tantò literis præferenda videtur quanto facta dicis præstant. Quamquam illud non facild Cicero concedendum iudicat, quando, ut ipse pro M. Marcello ait, bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, eaque detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propria sint Imperatorum. Certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, comitatus multum iuuant: maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vendicat, & quicquid prospere gestum est, id penè omne ducit sum: at gloria, quæ tunc rectè scienterque scribendo adeptus fueris, socium habebis neminem. Ad artè redeo. Sed hac in rudi seculo admodum turpis fuit, ut pote qua ferina more, ut infra ostendemus, exercèbatur. Huius, sicut Cicero in libro de Natura deorum tertio placet, inuentrix Pallas fuit, ex quo Bellona dicta est. Papinius:

--- Regit atra iugales

Sanguinea Bellona manu.

Ut verò Diodoro, ipse Mars morem bellandi reperit.

perit. *Martialis:*

Belliger in vicis quod Mars tibi saui in armis. Sed reperimus apud Iosephū in primo Antiquitatum volumine Tubalcan, qui ante diluuiū Noë fuit fortitudine cunctis excellentem, res bellicas fortiter exercuisse: quamobrem apparet militarem artem esse antiquissimam, proinde eius auctorem neutquam prodi facile posse suspicor. Veteres autē ante usum armorum pugnis, unde pugna nomen habet, calcibus, ac morfu certabant. Et hæc prima pugna origo fuit, Lucretius:

arma

arma

arma

arma

arma

Arma antiqua manus, ungues, dētēsq; fuerūt, Exin lapidibus sustibūsq; pugnari cœptum: testis Herodotus libro quarto cum de quibusdam populis loquitur, qui haud procul à Tritone Libyæ fluuio habitabant: ait enim. Horum virgines annuersario Minerva festo in honorem ipsius deæ inter se bifariā diuise, praliantur lapidibus, sustibūsq;. Affermat idē Diodorus libro primo scribens: Eodem modo claua & leonis pellis antiquo Herculi conueniunt, quo tempore nondum arma adinuenta, sed sustibus homines iniurias propulsabant, ac ferarum pellib. tegebāt pro armis corpora. Plinius verō in septimo dicit, Afros contra Egyptios, primos praliū fecisse sustibus, quos vocat phalagas. Verum paulatim hæc disciplina tæti fieri cœpit, ut nullam maiore cura studio ac ordine, apud omnes propē gætes cōstaret, reperiis exercitus ordinibus, signi dationibus, tesseriis, & vigilijs à Palamede, bello Troiano & sub idē tēpus specu

seculari significatione, à Simone auctor, Plinius, qui libro quinto & Phœnicibus bellicarū artū inuentionem assignat, sed apud Syros credo. De his satis, sed iam ad ipsa arma transeamus.

De primo armorum, & æneorum tormentorum vsu.

Cap. XI.

Erunt, auctore Diodoro, libro sexto Martem primū fabricatis armis milites armasse, cui ob id primus armorū vsus (appellatur enim belli Deus) attribuitur: quod etiam Virgilius sensisse videtur, cum in principio sua Æneidos dixit:

At nunc horrentia Martis

Arma virūmque cano.

Ceterum arma, quæ pro omnibus bellicis instrumentis auctores vsurpant, alij alia inuenerunt: galeam enim, gladium, hastam, Lacedæmonij, vt testis est Plinius in septimo, inuenerunt. Herodotus tamen libro quarto putat scutum & galeā ab Ægyptijs Græcis esse traditam. Loricā Atydias Messenius, clypeos Prætus & Acrisius inter se belligerantes reppererunt, siue Chaleus Athamantis filius. Ocreas & cristas Cares: lanceas Ætolos: iaculū cum amento ferunt inuenisse Ætolum Martis filium Falcem secundum Clementem, Thracas: hastas velitares & pilum Tyrrenus. Vñs autē velitū, auctore Valerio Maximo lib. 2. eo bello primum reperiis est, quo Capuam Ful. Flaccus Consul obsedit. Securim Panthefilea Amazonū regina reperiit: venabula Pise. Arcū autem

autem & Sagittas Scythes Iouis filius. Sagittas, ut alijs placet. Perseus Persei filius primū inuenit. Hac est Plinio. At Diodorus Apollini assignat in sexto scribēs: Arcus in super sagittandisq; fuisse repertorem Apollinem ferunt. Verum Artabanus, cuius testimonium Eusebius de Preparatione euāgelica, libro nono citat, Moſen omnī primū bellica instrumenta inuenisse tradit, qui adhuc iuuenis in Ægypto, teste Iosepho in secundo Antiquitatum, primam gloriose expeditionē in Æthiopes apparauerit. Nec eō tamen ceteri quos memorauimus, minus laudis merētur, quādo non vnus generis arma ubique vsurpantur, sed alia alibi. Nihil quoque ab initio tam perfectum excogitatur, cui non aliquid ab insequentibus commodē addi possit. In tormentis Cretenſes scorpionem, catapulſam Syri, Phœnices balistam & fundā, ut testatur Plinius, inuenerunt. Vegetius verō libro primo de re militari, fundarum vsū dicit incolas insularū in mari Hispano, quas Baleares vocamus, cōperisse: unde Strabo li. 3. Geog. illos optimos funditores esse vocitatos affirmat. Idem Virg. sentit in 1. Georg.

Stupea torquentur balcaris verbera funda. Artem bellicarum machinarū, teste Plutarcho, in vita M. Marcelli. Eudoxus & Architas inchoarūt. Machinā ad ferēda grāuiora onera primus, teste Vitruuio, extruxit Ctesiphon, qua vsus est ad deportādas ex lapidicinis columnas Ephesum ad Diana fanum. Equum autem qui aries dicitur,

dicitur, in muralibus machinis, auctore Plinio in septimo, Epeus ad Troiam inuenit. Vitruuio vero, lib. 10. de Architect. Carthāginenses, ad Cades oppugnandas. Testudines Artemō Clazomenis inuenit. Et hęc omnia ad hominū perniciem inuenta sunt, & illud nouitium inuentum imprimis, quod Bombardam vocant; quod post hominū memoriā, nihil terribilius ab humano ingenio excogitari potuit, cuius inuentorē fuisse tradunt hominem Germanum admodum ignobilem, cui casu in mentem venit tale quid efficere. Fertur enim homo ad exitiū humanū natus, seruasse aliquando domi in mortario puluerē sulphureū, cuiusdam medicine faciēda causa, illudq; texisse lapide, ac inde contegisse, ut dum ignē ex silice propē excuteret, scintilla intro ceciderit, subitoq; flāma eruperit, atq; lapidem in altū tulerit: & ille eius rei casu doctus, postea facta ferrea fistula, & puluere cōfecto, machinā reperisse, ac eius vsū Venatis in illo bello primum ostendisse, quod ad fossam Clodiā est: ut Genesibus gestū fuit annus salutis humanā MCCCXXX. Is itaque tā mortifera machina repertor, pro mercede, opinor, accepit, ut nomen eius perpetuū occultaretur, ne omni tempore à cunctis mortalibus male audiret, dignus scilicet qui prior ipse vice Salmo nei, fulmine flagraſset: (Salmoenus enim Æoli filius cum vellet Ionē in fulminibus iacētis amulari, ab eo de celo tactus ad inferos detruditur) quando hęc fulmini odore, luce, sonitu, impetu, simillima

firmissima est: magna enim vi ignis collecti, emissis repente aut ferreis aut lapideis pilis, qui quid obnitium offendit, quassat, dissipat, frangit, contundit, adeo ut nullus, sanè sit locus, quãvis natura munitus, quin facillè expugnetur. Ex quo ita usu venit, ut in ea hoc tempore omnis ferme vis peditum, omnis equestris splendor, omnis denique bellica virtus indecorè consistat, iaceat, obrorpeat. Hac bombardæ vocatur, à bomba, id est, sœnitu qui sœbes, græcè dicitur: quidam alij tormentum aeneum malunt nuncupare. Eius tametsi modò plura sunt genera, quæ varidè vulgò naminantur, & unum illud minimum, quo nunc pedites utuntur, qui factitio nomina sclopus vocitatur. Sclopus enim est sonus ille, qui ex buccinarum inflatione erumpit. Persius.

Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas, Sed vel alio nomine appellatur Arcusbustus, à foramine opinor, quo igitur in pulverè sistit ulla cæmentum immittitur: nam Itali bustum vulgò foramen dicunt, & arcus, quod instar arcus pugnantis busti: quippe hodie huiusmodi tormenti usus in primo statim pugna loca est, quem olim sagittarijs dabant, cum à missilibus praliari inciperet. Sed iam hinc oratio nostra ad equum bellicosissimū animal sese, non extra utique propositū, transferat.

Quis primus equitandi artem, aut usum equos domandi, vel eorum ungulas ferreis soleis muniendi, ac ornamenta inuenerit, & bigas:

bigas atque quadrigas iunxerit, & vehiculum cum quatuor rotis repererit, & qui ex equo pugnare primum instituerint.

## Cap. XII.

Quo, qui magno mortalibus cum in rebus bellicis cum in itineribus faciundis, & usui & adiumento est, primum omnium vebi Bellerophonem Glauco regis filium docuisse, Plinius in septimo est auctor, qui Pegasus alatum equum, cum in Chimeram iret, ascendit. Horatius in Carminib.

Et exemplum graue prabet ales  
Pegasus terrenum equitem grauat  
Bellerophonem.

Sed Diodorus libro sexto scribit Neptunum equos primum domuisse, artemque equitandi ab illo traditam: alij volunt, equum hominibus antea ignotum primum edidisse, quod, asserit Lincanus, dicens:

Primus ab aquorea percussis cuspide saxi  
Thessalicus sonipes bellis ferialibus omni  
Exiit. Vt Virgilius.  
--Thique ô cui prima frementem  
Fudit equum magno tellus percussa tridenti  
Neptune.

Frans autem & ephippia Peletronij, qui Thessalia populi sunt, primi inuenerunt. Idem, ut quibusdam placet, domandorum equorum usum primum:

primi docuere, testificante utraque Virgilio in tertio Georgicorum:

Fraxea Peleironij Lapithe gyrosque dedere  
Impositi dorso atque equitē docuere sub annis  
Infulsare solo, & gressus glomerare superbos.  
Plinius libro septimo idē affirmat. Hos quoq; primos equorū vngulus munire ferreis soleis cepisse ferunt. Numidā, ut vel hoc subiūgam, teste Ap-  
piano in libro de Rebus Libycis, equo nudo; id est, sine ephippijs, in bello utebantur. Bigas primum Phrygū natio iunxit, ut Probus & Plinius auctores sūt. Quadrigis verd, Erichthonius primus est usus: nam cum Vulcanus, auctore Ouidio in secundo Metamorphoseōn, & Seruio super tertio Georgicōn impetrato à Ioue Minerva coniugio, & illa reluctante, semen libidinis proiecisset in terram, inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra & lite procreatus: nam ἔγισ est lis, & χθών terra. Is ad tegendam pedum fœditatem, iunctis equis, primus omnium usus est curru. Maro:

Primus Erichthonij currus & quatuor ausus  
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.  
Affirmat iidem Plinius. Eusebius tamen hoc illi apud Græcos tantūm adscribit dicens: Erichthonius primus quadrigas iunxit in Græcia: evant enim antea apud alias nationes. Id autem fuit Danao regnante Argis, At Arcades isthuc inuē-  
tum Mimeruā assignant, & id credo, apud se tā-  
tūm, de qua Cicero de Natura deorū ita scribit:

Mimerua

Mimerua quarta Ioue nata & Coriphe Oceani  
filia, quam Arcades Coriam nominant, & qua-  
drigarum inuentricem ferunt. Vehiculum qua-  
tuor rotarum, ut testis est Plinius, Phryges inue-  
nerunt. Pugnare ex equo, sicut idem ait, Thessa-  
li docuere, qui Centauri dicti sunt, habitantes se-  
culum Pelium montem. Hinc de Centauris fa-  
bula orta apud poetas, quod semihomines, & se-  
miequi essent: quamvis non m̄ pratereat, quan-  
dam fabellam super hac re. à Seruio narrari in  
tertio Georgicorum, qua velari nuga respicienda  
videtur. Vera sunt igitur extra omnem contro-  
uersiam, ut etiam Lactantius, inquit, qua lo-  
quitur poeta, sed segmenta aliquo s̄te iēque ve-  
lata, sicut de Eolo rege ventorum supra demō-  
strauimus. Sed nonnulli tradunt Centauros pri-  
mos equitare, non ex equo pugnare, esse ausos.  
Diodorus in quinto: Centauros nonnulli volunt  
in Pelio à Nymphis nutritos, postea equos sub-  
agitasse, exq; eis Hippocerauros natos. Creditum,  
quod primi equitare ausi sint, ex eoque natā fa-  
bulam, veluti equi essent hominūq; natura. Hac  
ille hactenus: Et ista omnia ex iumentis commo-  
da apud alias gentes paulatim inuenta, non de-  
fuisse illis primis mirabilibus credere conuenit:  
quando scitis constat Hebræos, Assyrios, Arabes,  
Egyptios, equis multis & alijs iumentis à prin-  
cipio usos, quæ aut dorso ferunt, vel armis currit  
trahunt. Sed de quorundam ludorum & salta-  
tionum origine iam differamus, quando hæc rei

K

bellicæ



bellicæ quoque augenda gratia instituta sunt: sed opus est ut modus adsit, sicut Cicero in officijs ait, voluptate elati in aliquam turpitudinem inuicem dilabantur.

Quis primus instituerit apud Græcos olympicum certamen, & alios id genus ludos, & Pyrrhicam saltationem, atque palæstram: & a quibus inuentus ludus pilæ, alæ, tessærarum, furenculorum, talorum, par impar, & micæ: ac quid sit tessera, vel talus.

Cap. XIII.

Quatuor ludorum genera apud Græcos præcipua fuisse comperio, quorum primi & longe celeberrimi olympici appellati sunt, ab omnibus fere poetis decantati, quoniam in Olympo monte apud Pithiam & Elidem, oppida Arcadiæ, Ioui dedicati Pelopis honore celebrabantur, quos, teste Diodoro libro quinto, & Plinio in septimo, & Plutarcho in vita Thesei, Herculem Iouis & Alcmena filium quidam constituisse, ibique primum decertasse, & palmam consecutum tradunt. Sed Eusebius in decimo de Preparatione evangelica, dicit in olympico stadio Corylum Arginum primum victorem fuisse declaratum. Alij autem, ut idem Diodorus in sexto, & Strabo in octauo Geograph. auctores sunt, Herculem, unum ex Idæis Dætylis hoc certamen inuenisse asserunt. Verum idem Strabo in præ-

notato

notato libro ab Epeis compertum affirmat. Et inferius ait, ab Iphito olympicum agonem institutum constare. Fuit is Praxonidis sive Hamonis filius. Sed Solinus hoc illustrius declarat, statim in principio sui operis ita scribens: Quippe certamen olympicum, quod Hercules in honorem atani materni Pelopis edidit, intermissum Iphitus filius eius instaurauit, post excidium Troiæ, anno quadringentesimo octauo. Herodotus libro octauo scribit olympicum certamen gymnicum atque equestre fuisse, præmiûmque propositum oleaginam coronam, qua donabantur victores. Quapropter Tigranes Artabanæ filius, eo tempore quo Xerxes bellum in Græcia gerebat, ut idem testis est, audiens præmiû Græcis coronam esse, non pecuniam, generosam illam meritoque laudandam sententiam dixit, Pape Mardonii (is enim Xerxi persuasit, ut in Græcos bellum moueret) in quos viros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agitant, sed virtutis: Celebrabantur autem hi ludi quinto quoque anno sic, ut quatuor anni interessent à primo olympiados anno, ad initium & primum annum sequentis, si vera est ratio eorum, qui de olympiadis æquæ ut de lustri spatio ita putant: idque tempus olympiadem appellabant: ac deinceps apud Græcos tempora per olympiades numerata sunt, vcluti apud Romanos per c o s s. quorum magister atus annuus erat. Martialis:

K 2

Bis

Bis iam pendē mibi consul trigēsimus instat.  
 Alceri erant Pythij: nam cum Apollo Pythonem  
 serpentem, qui à Iunone immisus, Latonam ma-  
 trem persecutus fuerat, sagittis confecisset, ne  
 huius victoria memoriam vlla temporis diutur-  
 nitas obliteraret, ipse à Pythone, Pythias dictus,  
 ludos Pythios constituit, Ouidius in primo Meta-  
 morphosēis:

Nēve operis famam possēt delere vetustas,  
 Instruit sacros celebri certamine ludos,  
 Pythia perdomita serpentis nomine dictos,  
 Hic iuvenū quicūq; manu pedib;ve rotāve.  
 Vicerat, esculca capiebat frondis honorem.  
 Nondum laurus erat, longosq; decentia crine,  
 Tēpora cingebat de qualibet arbore Phœbus.  
 Tertij Isthmij, ab Isthmo patre, Achaia nomina-  
 ti, & à Theseo inuenti, dicente Plutarcho in eius  
 vita, gloriari etiam quandoque est solitus, ob  
 illum (de Hēncule loquitur) Ioui Olympia, ob  
 se verò Neptuno Isthmia à Græcis celebrari. Isti  
 ludi, teste eodem Plutarcho, ut quidam volunt,  
 in honorem inprimis celebrabantur Syronis:  
 ut alij, Simis: ut alij, Palamonis, quem Latini  
 Porturnum vocant. Ouidius in sexto Fasto-  
 rum:

Quem nos Fortunum, sua lingua Palamona  
 dicit,

Hic, auctore eodem Ouidio, in quarto Metamor-  
 phosēis, ex Melicerta homine, precibus Veneris,  
 deus marinus effectus est. Verum Plutarcho a-

lios.

lios illi dicatos fuisse ludos sentire videtur, in e-  
 dem Thesei vita aens: Quod ibidem in Melicer-  
 ta honorem constitutum est, nobis agebatur ini-  
 tianādi magis, quā spectaculi, aut celebritatis  
 speciem pra se ferens. Hac illo. In iis autem ludis,  
 victoribus pinea corona dabatur, de quibus etiā  
 Strabo libro octavo Geograp. meminit, dicens: In  
 Isthmo Neptuni, quem Isthmum vocant templū  
 eminet picearum arborum loco circumclusum,  
 ubi ludos Isthmicos decertantes Corinthij cele-  
 brare soliti sunt. Et Solinus itidem affirmat, scri-  
 bens huiusmodi spectaculum per Cypselum, qui,  
 teste Herodoto in primo, Perianādi Corinthiorū  
 regis pater fuit, intermissum, Corinthios olym-  
 piade xlix. solemnitati, pristina reddidisse.  
 Quarti Nemei, à Nemea sylua vocitati, quos  
 Argini, auctore Strabone lib. 8. Geographia, &  
 Polybio libro suarum historiarum secundo cele-  
 brare consueverunt, ob Herculis memoriam, qui  
 Nemaum leonem interfecisset.

Virgilius:

Compressit Nemea primū virtute leonem.

Pyrrhicam saltationem pro iuuenibus ad milita-  
 rem artem exercendis, Pyrrhus, auctore Plinio  
 libro septimo, in Creta primus inuenit. Solinus  
 verò scribit à Pyrrhico repertam fuisse, dicens:  
 Pyrrhico reuertore equestris turmas Creta pri-  
 ma docuit lasciuas vertigines implicare, ex qua  
 disciplina bellica rei usus conualuit. Verum  
 Strabo cuiusdam Cureti assignans, secus videtur

K 3

sentire.

sentire (nisi fortasse Pyrrhicus unus ex Curetib. fuerit) in decimo, cum de Creta loquitur: Quos principid Curetem illos ostendisse ferunt, deinde intruxisse, ut saltationem, quam Pyrrhicam appellauerit, saltarent. Et alibi idem asserere videtur scribens, Curetes primò armiferam saltationem introduxisse, quando Dionysius Halic. in septimo aperte demonstrat Pyrrhicen saltationem esse armatam, & ab ipsis etiam Curetibus, aut à Pallade institutam. Plinius tamen in septimo manifestissimè ostendit, armatam saltationem aliam esse ab ea, quam Pyrrhicam vocant, & illam à Curetibus hanc à Pyrrho inuentam, & utranque in Creta. Tranquillus autem dicit ludum ipsum quem vulgò Pyrrhicen appellant, Troiam vocari, & eius originem expressit in lib. de puerorum ludibus. Quò igitur mentis compos in tanta super huiusce rei origine scriptorù diffensione, pro certo quicquam auderet affirmare? De hac saltatione insuper Apuleius in decimo de asino aureo, abundè meminit. Troia verò spectaculum ludicrum quale foret, Miaro in quinto disertissimè tradit, ubi à Troianis ostendit nomen habere illo versu,

Troiaq; nunc pueri troianum dicitur agmen: de quo etiam Suetonius in Cesare meminit. Festus lusum equestrem puerorum vocat. Gymnicos ludos, id est, in quibus nudi & perueniù se exercebant, Lycaon, teste Plinio, primus inuenit. Enebro. Acaistur, ut idem ait, in Iolcho, p. 18

eu. n

eum Theseus in Istmo. Palestram, ut Diadorus est testis, Mercurius instituit. Horatius in Carminibus,

Mercuri facunde nepos Atlantis,  
Qui seros cultus hominum recentam  
Voce formasti catu, & decora

More palestra.

Alexa verò tesserarumq; ludu, & pila, cateraque lusoria animi recreandi gratia inuenta, præterquam talaria, Lydi populi Asia, teste Herod. lib. 1. omnium primi excogitauerunt. Quare miror Plinium ab Herodoto discrepare, qui in septimo scribit Pythum quendam lusoriam pilam reperisse; nisi fortasse alter eorum de alia pila. (sunt enim plura pilarum genera) intellexerit. Atqui Lydos eiusmodi aleatorias artes, non tam voluptatis, quam compendij gratia excogitasse, idem Herod. tradit. Nam cum grauitate annonæ patria præperetur, sic famem consolari solebāt, altero quidem die cibum iunctes, altero ludu operâ daces. Est vel aliud ludu genus, quo a cubili in tabula lusoria, id est, fritillis & aludolis luditur, inuentum olim circiter annuum orbis corditi, ter millesimum DCXXXV. à quodam viro sapiente, nomine Xerxe, qui ita tyranni sanguis coércere metu, ac eum documento monere volens, ostēdit maiestatem sine viribus hominumq; ad mimulus, parum admodum valere atque tutâ esse, quando per istiusmodi ludu facta patebat regē facile oppressum iri, nisi inuigilaret, à suisque defenderetur.

K 4 Voces

Vocant hodie hosce calculos, seu scrupos furunculósque quibus praliando ludimus (est enim ceramen in far prali) schacos; & scandendo forsitan dictos, quod calculi cum mouentur, in alteram aduersariam partem scandere videantur. Ludus omnibus notus est, quare satis de eo habeo dictum, cum monstrauerim originem. Ceterum de tesseris, ac talis appositè aliquid disputemus, cum hæc ludicra sine tam notissima, quam eorum nomen multis adhuc non planissimum factum videatur. Sane tesseram dicimus, quod ex omni parte quadrata sit, qua octo habet angulos; & sex latera punctis notata, qua in tabula lusoria plurimum luditur. Vulgus tesseram vocat talum, siue per diminutionem taxillum, qui nunc nusquam ferè gentium in vso est, tantum abest ut ille quid sit talus intelligat. Porro talus est ossis genus, quod in articulus pedum duntaxat posteriorum eminens, concava in vertebra suffraginum, qua eadem sunt in posterioribus animalium pedibus, atque genua in prioribus: ligatur solidus nervus forma penè quadratū, & parte altera concavum, altera aliquatulum curuū, estque animalibus bisulcis, hoc est, bobus, ouibus, capris, damis, & reliquis, præterea nullis aliis solidis unguibus aut digitos habentibus. Hoc genere officuli veteres ludebant sic: Latus quod vnicum numerum notabat, axis aut canicula appellabatur, si quis iactando caniculam vertisset, is numerum unum deponebat, vel quantum

inter

inter ludente, conuenisset. Vnde Persius:

-- Damnosâ canicula quantum Raderet.

Cōtra in altero latere Venus siue eous dicebatur, septenarium numerū significans. Is qui eum numerū iactando talos reddidisset, sex lucrabatur, & quicquid etiam ex iactu canicula depositum esset. Duo alia latera chium & senio nominabantur, & ille ternarium, hic quaternarium significabat: quippe in talis, neque binarius, neque quinarium erat numerus. Igitur qui chium iactabat, tres nummos; qui senionem quatuor lucrabatur, qui propterea dexter nuncupabatur. Persius:

-- Quid dexter senio ferret, Scire erat in voto;

Si enim pluribus positus talis, eadem foret facies, pro uno accipiebatur, quia diuersitas numerum augebat. Fuit & alius ludēdi modus, per vultorios, ac Herculem basilicum. Plautus: Talos poscit sibi in manum, prouocat me ad aleam; iacit vultorios quatuor; Talos arripio, Herculem iactō basilicum. Ita apud nos sexcenti sunt modi ludendi ad aleam: est enim alea omnis ferè ludus, qui in varietate fortuna consistit, ut sunt tessera cum primis, & charta lusoria, cum quibus qui se valde delectant, maximè omnium semper egent. Sed talorum vsus haud penitus obsoleuit. Vidi ego in Flandriam mulieres talis ludentes, quæ multos habebant vario colore pictos, vel ex ebore factos, quemadmodum veteres præter naturales talos, ex alia materia factis vsos esse memoria proditum est. De origine vero ludi

K 5 not

non habeo quicquam certi tradere. Ratio ipsius ludis, quam supra posuimus, videtur significare Romanum esse inuentum; fuit tamen celebris & apud Gracos; siquidem Euripides talorū numerum usq; ad quadragesima auxisse fertur. Talus Gracis ἀγάρωνος dicitur. Alia quoque fuerūt apud antiquos ludorum genera, quibus etiam nunc utimur, auctaribus tamē minimē proditiis, ut illud, par impar ludere; cū quis nummos manu occultat, petitq; ab altero, par ne, an impar eorū numerus sit. Suetonius de Augusto, Scripsit ad filiam: Mihi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis conuiuiis dederam, si vellent inter se post cenam, vel talis, vel par impar ludere. Item aliud, digitis sortiri, quod fit, cū duo clausis manibus, vocando certum numerum, subinde digitos porrigunt. Verbi causa, ego tres digitos explico, tu totidem, ipse quatuor nomino, tu verò sex, ita tu qui numerum vocando diuina-stitiam viciisti. Et quia digiti ita explicati subito apparent, idcirco per metaphoram micare dicitur. Varro: Micandum erit cū Graco, utrū ego illius numerū, an ille meum sequatur. Italis ludus notus est, vulgoq; Mor appellatur, quasi μάγος, id est, stultorum ludus, quod digitorum iactatio signum sit leuitatis: ideo virum graueā micare non decet.

De quorundam ludorum origine apud Latinos. Cap. XIII.

Luper

Luperca, quod, auctore Dionysio, spelunca erat sub monte Palatino, ab Euandro sacra-  
ta Pani Deo Arcadia, qui Lycaus dicitur, ex eo dictum nonnulli autimant, quia ibi per caprum luebatur, hoc est, sacrificabatur: tamen Plutarchus in vita Romuli proprium eius celebritatis fuisse inquit, ut Luperca canem immolarent. Alij scribunt à lupa, qua ibi Romulum & Remum nutrifset, aut quod hic locus, quod verisimilius est, Pani Lycao consecratus esset: ὄνος enim Latine lupus dicitur: aut quod Pan lupos arceat. Vnde lupercalia ludicra, qua, teste Plutarcho, expiationis causa fiebant, Lycaea dicta, à Pane, Lycao numine Arcadico, quem, auctore Lino ab urbe cond. Romani Ianum vocabant, & idem putabatur esse Faunus, vel, ut Feneſtella tradit, Sylvanus. Sacrificabatur autem Lycao, mense Februario, in hunc ferme modum: Iuuenes nudi Lycaum Pana venerantes per luxum atque lasciuiam, currebant, ferentes scuticas ex caprinis pellibus factas. Vnde Festus tradit crepos, id est, lupercos à Romanis dictos, à crepitu pellicularū quem faciebant verberantes. Mulieres ultra se ad verbera offerebant, arbitrantes eam rem ad fecunditatem conducere.

Iuuenalis:

Nec prodest agili palmas praeberè luperco.  
Hoc autem ludicrum Euander ex Arcadia pri-  
mas in Latium intulit. Ouidius:

Transiit luit Euander syluestria numina secū.  
Testis

Testatur idem Virgilius in 8. *Liuius*, *Dionysius*, & *Fenestella*. Quod verò nudi currebant, *Trogus*, & *Ouidius lib. 2. Fast.* ex imitatione habitus ipsius dei, cui hac sacra fiebant, hunc morem fluxisse tradunt. Sed *Fenestella* & *Seruius* alias etiam huius rei rationes reddunt, quas *Ouidio* latè prosequente, ego in medium proferre super sedeo. In iis autem ludis, quod non longè ab re est, *M. Antonius nudus* & perunctus, auctore *Appiano* in secundo *De bellis civilibus*, *Cæsaris* capiti diadema intulit. Erant deinde *Circenses*: sic enim appellabantur, quasi circum enses: nam teste *Seruo* super tertio *Georgic.* cum rudis ventustas nondum loca huiuscemodi ludis apta edificasset, inter enses & sumina eos celebrabat, ut ab utraque parte esset ignavis præsens periculum. Exin circus, id est, locus muris sapius ab ipsis *Circensibus* denominatus, in quo ludi fiebant, adificatus est, de quo *Liuius* ab urbe condita ait: Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus. Disponebatur autem circus in formam spatij oblongi, & in summitate circi carceres erant, unde equi curribus victi ad eursum movebantur, & cum ad summum deuenissent reuoluebantur, donec ad priorem metam deuenirent. Exercebantur etiam pugiles in medio loco muneribus collatis. *Virgilius* in 5. *Æneidos*:

Munera principio ante oculos circoque locabant,

Solen

Solennes deinde mansere huiusmodi ludi Romani, & magni varièque appellati. Erant insuper saturnalia, quorum dies lartia pleni erant & mense Decemb. magnificè apparatusque celebrabantur. Hinc *Mart.* in xenis dicit:

Passulat ecce nouos ebria bruma sales.

In quibus, ut idem testis est, amici inter se munera mittebant, & que primò mittebantur, xenia, quasi hospitalia, hoc est, ad hospites missa vocabantur: suos enim græcè hospes appellatur: qua verò remittebantur, apophoretæ, quod ἀποφάειν significat refert. Hac autem sacra, *Ianus*, auctore *Macrob.* Saturno qui cum unâ concors regnavit, primus instituit: quidam à *Pellagis*, alij ab *Athemensibus*, ut idem dicit, ortum habuisse volunt. Et quoniam sub Saturno omnia communia erant, hinc teste *Iustino* in 43. sua epitomes, cautum erat, ut Saturnalibus exaquaret omnium iure passim in conuiuiis serui cum dominis recumberent. Erant & ludi gladiatorij, quos diuus *Cyprianus* ad *Donatum* execratur: Paratur, inquit, gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet: homo occiditur in hominis voluptatem, & quis possit occidere, peritiam est, usus est, ars est, scelus non tantum geritur, sed docetur, &c. De eorum autem origine & causa, *Iulius Capitol.* in vita *Max.* & *Balbini* principum hac commemorat: Multi dicunt apud veteres hæc deuotionem contra hostes factam, ut ciuium sanguine litato specie pinguarum.

gnarum, se Nemesi, id est, vis quadam fortuna, satiaret. *Ab hoc literis tradunt, quod verissimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & ferrum & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello armatos hostes timerent aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. Hinc mos tractus videtur, ut Imperatores ad bellum proficiscentes munus darēt gladiatorium. Habebant præterea plura ludorū genera, quæ campus Martius, ut in Offic. Cicero ait, iuuenibus exercitationis bellica causa supeditabat, quæ nos hic studio breuitatis omittimus, alibi reliqua dicturi, lib. 4. cap. vlt. cū eos exponemus ritus, qui hodie apud nos quoque seruantur, & ludos, qui religionis causa impietis fiebant.*

Quis primus inuenerit inducias, & fœdera, & de eorundem vario faciendorum ritu: ac quot essent genera.

## Cap. xv.

*In* Inducias primus omnium, auctore Plin. libro 7. inuenit Lycæon. Sunt autem induciæ, (non est enim hoc silentio prætereundum) pactum quoddam & cessatio pugna, manente tamen bello, uti testis est Gellius in primo Noctium Atticarum, paucorum dierum: hoc est, ut usque ad certum diem non pugnetur, nihilq; incommodi detur, sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agatur. Quin etiam horarum quoq; atque annorum induciæ

induciæ sunt. Gell. enim in pranototo libro tradit, in primo Annaliū Quadrigrarij scriptum esse, L. Pontium Samnitē a dictatore Romano sex horarum inducias postulasse. Linius verò ab Urbe cond. lib. 1. Induciæ inquit, Veientibus in 40. annos data. Et in 7. Cariti populo in centum annos. Fœdera idem Plinius est auctor Thesei primum comperisse. Sed Diodorus lib. 6. Mercurio assignat, ita scribens: Tribuunt præterea Mercurio præconiæ, dissidiæ, ac fœdera, quæ in bellis fiunt. Hac ille. Verum ego puto Thesem apud Græcos dixisse fœderis auctorem fuisse, quando ex Iosepho, de Antiq. Iud. facile deprehendimus cū antea, tum Cæcropis temporibus, post quem, teste Eusebio in decimo de Preparatione euangelica, omnia apud Græcos memoria digna narrantur fœderis paciscendi morem apud Assyrios & Egyptios, nonnullōsq; alios fuisse, sed præsertim apud Hebræos. Nam Iacob, qui multo ante Cæcropem fuit, apud eundem Iosephum legitur, cū Labā, socero fœdus fecisse: deinde Moysen qui, auctore Eusebio, Cæcropis tempore fuit, ultra certum fœdus obtulisse quibusdam regibus, cū sibi per desertæ loca tutum iter peteret. Exim etiam Iesum Moysi successorem cum Gabaonitis fœdus percussisse constat. Quapropter huius rei certum auctorem temporis longinquitate obliteratum, nequaquam in lucem proferri posse dico. Fœderum autem tria olim fuisse generâ reperio: unum, cū bello victis dabantur le-

ges à victore ipsiusque ius & arbitrium erat, ex ijs  
 qua dedita fuissent habere qua vellet, & mul-  
 tate. Alterum, cum bello pares a quo foedere im-  
 pacem & amicitiam veniebant: tunc enim fas  
 erat repati res, reddiq; ac componi eas, per quas  
 possessio turbata foret. Tertium, cum qui hostes  
 nunquam fuerint, ad amicitiam sociali foedere  
 inter se iungendam coibant: tum ij neque dare, ne  
 que accipere leges debebant, id quod aut victoris  
 aut victi esse constat. Foedus praeterea alio alibi  
 ita consuevit modo: apud Romanos enim, teste Li-  
 uio ab Vrbe condita foelumine primo, feccialis sa-  
 eerdos ex iussu regis, sumpta ex arce graminis  
 herba pura, ut in nostris prouerbijs docuimus fe-  
 riebat porcum silice, dicens: Sic à Ioue feriarur is  
 qui sanctum hoc fregerit foedus, ut ego huc por-  
 cum ferio, &c. At Polybius lib. 3. rñ de primo fo-  
 dere inter Romanos & Carthaginenses isto me-  
 minit, alium ritum fuisse demonstrat: ait enim,  
 Simul atq; de foedere inter patres couenerat, fe-  
 ccialis sumpto in manib; lapide, dicebat, Si sine do-  
 lo malo hoc foedus facio, dij mihi cunq; felicia  
 praestent, sin aliter, aut ago aut cogito ceteris sal-  
 uis, solus ego peream, ut hic lapis è manibus meis  
 decideret: & mox lapidem deiciebat. Arabes au-  
 tem quoties foedus faciebant cum aliis, quidam  
 medius inter utrunque stans, acuto lapide fe-  
 riebat volam, iuxta maiores digitos ipsorum qui  
 foedus agebant: deinde sumpto flocco ex utrius-  
 que vestimento inungebat eo sanguine septem

lapi-

lapides in medio positos, inter vnguentum inuo-  
 cans Dionysium & Vraniam. Hoc acto idem  
 qui fuerat sequester foederis inter amicos contra  
 hendi, vadabatur pro hospite, aut forte pro ciue,  
 si cum ciue res agebatur, Quod foedus & ipsi qui  
 amicitiam contrahabant, seruare iustum cense-  
 re. Scythae vero hoc quippe modo sanciebant. In-  
 fuso in grandem calicem fistilem vino, omnisce-  
 bant eorum sanguinem qui seruent foedus, percu-  
 tientes cultello, aut incidentes gladio aliquantu-  
 lum corporis, deinde in calice tingeant sagittas,  
 securim, iaculum: haec simulatque fecissent, se se  
 multis verbis deuouere, postea vinum epotare,  
 non modo ij qui foedus faciebant, sed etiam co-  
 mites illi, qui erant maxima dignitatis, Sic ferme  
 apud Romanos iusiurandum inter factiosos con-  
 firmabatur, est: sic ante Sallustio, qui scribit Ca-  
 tilinam humani corporis sanguinem vino permi-  
 scum in patris circuntulisse socijs coniurationis,  
 & eos sigillatim degustasse, quo inter se magis  
 fidi forent. Atqui hodie illud idem fit inter eos,  
 qui ad aliquod insigne scelus faciendum conspi-  
 rant. Item Barcaei factionem in hanc formulam  
 conflabant. Feriebant enim foedus super occulta  
 fossam & quo ad humus ea ita se haberet, tam-  
 diu foedus in ea regione ratum fore sentiebant.  
 Auctor Herodo. lib. 3. 4. & s. Et sic alij alio pa-  
 tto denique faciebant, id quod si persequi vellem  
 essem profecto longior & quo, simulque parum ro-  
 biliter excluderem tempore.

L

A quo



A quo mos triumphandi fluxerit, & quis primus apud Romanos triumphum, aut ovationem duxerit, ac quis triumphare, aut ovare liceret, & de ritu usquam ponendi trophæi

## Cap. XVI.

**D**ionysium hoc est, Liberum patrem, primum omnium multarum gentium spolijs onustum triumphasse, Diodor. lib. hist. 5. & 6. & Plinius in 7. atq; Solinus tradunt. Deinde apud plerôsq; populos usus triumphandi increbruit: nam Carthaginesium Imperatores rebus bene gestis, triumphum ducere solebant, dicente Iustino libro sua epitomes 19. Hasdrubal graviter vulneratus, imperio Hamilcari fratri tradito, interijt, cuius mortem tum luctus civitatis, tum & dictatura 11. & triumphus quatuor insignem fecere. Verum apud Romanos precipuus triumphus honor fuit: Romulus enim primus omnium, teste Dionysio devicto Acrone Cemenesium rege, lauro coronatus, & quatuor vectus equis, Urbem ingressus est, spoliaq; hostilia Iovi Feratrio consecravit. Ceterum Livijs de corona laurea & curru in hac p[ar]te, non meminit, neque Plutar. in vita Romuli. Eutropius verò primum triumphum Tarquinio Prisco tribuit, devictis Sabinis. Sed deinceps pompa triumphi, insolens atq; sumptuosissima omnem prisca mediocritatis formam exiit, modumq; excessit: nam triumphantes, vehebantur equis al-

bis.

bis, quibus primus omnium teste Livijs ab Urbe cond. lib. 3. & Plutar. Camillus usus est, eisque triumphus ea de causa clarior fuit, quàm gratior, & curru inaurato, corona, ut testis est Gellius, aurea redimitus, & devictus hostis honoratus colla catenis, currum sequebatur, præcite senatu, & sic in Capitolium ascendebant ad templum Iovis opt. max. ubi mactato tauro albo, deinde domum redibant. Erat præterea minor triumphus, quæ ovatio appellabatur, vel quia, ut Plutar. sentit in vita Marcelli, ovæ mactabatur: vel quia sicut Festo placet, redeuntes ex pugna victores milites lætabundi ingeminabāt Oliteram. Quandi autem ac non triumphandi, auctore Gell. lib. 5. causa erat, cum aut bella non rite indicta, neq; cum iusto hoste gesta erant, aut hostium nomen humile, ut servorum, aut deditione repente facta, si incruenta victoria obvenisset, minusve quinque millia hostium una acie cecidissent, ita enim lege exceptum erat. Et ne prior lex ex cupiditate laurea antiquaretur, ei altera superpetas tulit, quæ Imperatoribus poenam minabatur, qui aut hostium occisorum, aut amissorum civium summum numerum literis senatui ausi essent referre. auctor Val. Max. l. b. 2. Non fiebat insuper in omnibus triumphandi, licet res triumpho dignas gessissent, quod quatenus Livijs voluit. de bello Maced. plenissimè declarat, eius ideo verba ponam: ait enim, Per idè tempus L. Cor. Lætulus processit ex Hispania redijt, qui cū in senatu res ab se

L. 2.

per

per multos annos foris et feliciterq; gēſias expoſuiſſet, poſtulatjetq; ut triumphanti ſibi inuehi liceat in urbem, res triumpho dignas eſſe cenſebat ſenatus, ſed exemplum à maioribus non accepiffe, ut qui neq; dictator, neq; conſul, neq; prætor res geſiſſet, triumpharet. Et infra ſuggere: Et ſenatus conſulto L. Lentulus ouans urbem eſt ingreſſus. Ouantes verò, teſte Plin. lib. 15. myrio coronabantur: quia hac arbuſcula, ut Plutar. ait, vim maximè bellumq; perofa eſt, & equo victi ibant, militibus deinde comitantibus in Capitolium, ubi ex oue ſacrificabant ſicut triumphantes ex tauro. Ac Lacedæmonij, ut hoc quoq; com modum ſubnectit, auctore Plutar. in vita Marcelli, cōtrario Romanorum more, cum bellum dolo malo confeciſſent, taurum mattabant: ſin armis reſi geſiſſent, gallum. Sed ad rem redeamus. Sabinus Maſſurius teſte Gell. pedibus ingredi ouantes dicit ſequentibus eos non militibus, ſed vniuerſo ſenatu. Primus autem omnium auctore Plin. libro 15. Poſthumius Tubertus ouans ingreſſus eſt urbem. Fuit item teſte Cicer. libro poſteriore de Inuentione, & ſus Græciæ, cū inter ſe bellum geſiſſent, ut hi qui viciffent, trophæum aliquod in ſcribis ſtatuere, victoria modò in præſentia declaranda cauſa, non ut in perpetuū belli memoria maneret. Quare cū Thebanib; aliquando Lacedæmonios, bello ſuperauiffent, & aneum trophæum poſuiſſent, apud cōmune Græciæ cōcilium accuſati ſunt, quod cōtrà, quàm ritus eſſet,

ſet, æternum inimicitiarū monumētū ſtatuiffent. Sed conſuetudo vetus fuit, ut eo loci ubi hoſtes de uicti fuiſſent, arborū ramos inciderēt: & in truncis ſuſpenderent ſpolia hoſtibus detracta, aut in montibus idem facerēt. Sic Aeneas de Mexentij exuuijs trophæum poſuit Virgil. ius li. 11. Aeneidos.

Ingentem quercum deciffis undiq; ramis  
Conſtituit tumulo, fulgentiq; induit arma,  
Mexentii ducis exuuias, tibi magne trophæum  
Belli potens aptat vorantes ſanguine criſtas,  
Telasq; trunca viri. Ceterum cū de coronis facta ſit mentio, non alienum erit earum originem ſubiicere.

Qui primi coronas inuenerint, & de varijs earum generibus, & à quibus ciues coronandi conſuetudo manauerit, & de vſu coronarum in conuiujs, inibi; locus Virgilij enodatus: ac vnde mos, ut coronati ſupplicarent deo, epularenturq; in funere ſaciuudo, ac ſpectarent ludos.

## Cap. xvii.

Coronarum repertorem, teſte Plinio lib. 16. ſerunt Liberum patrem fuiſſe, qui primus omnium impoſuiſſet capiti ſuo coronam ex hederis: poſtea decorum honori ſacrificantes ſumpferunt, victimis ſimul coronatis. Reperimus tamē longè antiquiorem coronarum vſum: nam Moſes, qui multis ſeculis, ut teſtis eſt Euſebius in 10.

de Euangelica preparatione, processit Liberum patrem, multas aureas coronas fecit, de quib. Iosephus plenè meminit in 3. Antiquitatum, cum de sacerdotum indumentis loquitur & in 8. scribens: Corona verò in qua Deum Moses inscripserat, una fuit, qua ad hunc usque diem permāsit. Principiò ex arborum ramis fieri coronas in ludis & sacris certaminibus mos fuit, postea varia florum mixtura compositi cœperunt. Has Glycera primùm adinuenit, ut ait Plin. lib. 35. capite 11. cum de Sicyonio pictore meminit: Amavit in iuventa Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum, certandoq; imitatione eius ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. Verùm idem lib. 21. utriusq; hoc potius assignare videtur, scribens: Postea variari cœptum mixtura versicolori, florumq; inuicè odores colorèsq; accendere Sicyonij ex ingenio Pausa pictoris atq; Glycera coronaria dilecta admodum illi, cum opera eius pictura imitaretur. Paulo post subiera, qua vocantur Ægyptia, siue hyberna, tunc cum terra horret facta è bracteis ligneis siue etærneis, varijs coloribus insectis. Venerunt deinde è lamina aenea tenui inaurata aut argentata, qua propter gracilitatem corolla dicuntur, Crassus autem diues, auctore Plinio libro 21. primus suis ludis coronam aureis argenteisque folijs dedit, & alij alias, oblitteratis tamen eorum nominibus. Hinc deniq; multiuges corona manarunt: erant enim militares corona, id est,

trium

triumphalis, qua donabantur Imperatores: muralis, quam Imperator dabat illi, qui primus muros subisset: castrensis, qua eum donabat Imperator, qui primus in hostium castra pugnans introisset: maualis, qua donari assolebat is, qui primus in hostium nauem transfuisset. & haec ex auro fiebant: sed triumphalis ab initio ex lauro fuerat: oleagina, qua, uti antea diximus, victores in olympico stadio donabantur: myrtea, quam ouantes coronabantur: obsidionalis, quam Plin. in 22. cunctis coronis præponit: hanc autem illi qui liberati erant obsidione, dabant ei duci, qui liberasset: & ea graminea erat, ex eo gramine quod ibinatum fuerat, ubi obsidebantur. Erat præterea ciuica corona proculdubidò celeberrima, quam ciuis ciui à quo seruatus fuisse in prælio, restè vita salutisq; percepta dabat: ea fiebat ex fronde querna, quoniam quercus primùm mortalibus victum præbuisse: vel quia, sicut Plura placet, Iouis, in cuius tutela sunt ciuitates, sacra quercus est: vel alijs de causis, quas ipse in vita Cortolani assatim exponit. De hac Plin. lib. 16. meminit, appellans eam militum virtutis insignie clarissimum. Ex quo non temere Antonius Pius, teste Capitolino, Scipionis auream illam ut ita dixerim, sententiam frequenter usurpabat, dictitans, malle se unum cinem seruare, quàm mille hostes occidere. Hanc autem consuetudini ciues coronis donandi auctore Valerio Max. lib. 1. Athenienses primi omnium introduxerunt

L 4 hoc

hoc honore uberrima virtutis alimento primùm  
Periclem decorantes, Erant in super corona gem-  
mata, vallares, rostrata, & spinea, quam Plin,  
lib. 18. tradit primam apud Romanos fuisse coro-  
nam. At coronas ex cinnamomo, idem auctor est  
in duodecimo interrasit auro inclusas: primus om-  
nium in templis Capitolij atque Pacis dicitur  
Imperator Vespasianus. Sic demum ad coronarum  
luxuria processit, ut Graci in conuiujs, sym-  
posijsq; (ita enim gracè comotationes vocantur)  
coronis uterentur, infunderentq; in pateris hila-  
ritatis gratia Cuius rei, ut in tertio huius operis  
volumine dicemus, Iones auctores extiterunt.  
At illud Cleopatra exemplum occurrit: nam ap-  
paratu belli Acliaci gratificationem ipsius re-  
gina Antonio timente, nec nisi prægustatos ci-  
bos sumente, cum eo lusit extremis corona flori-  
bus venenatis: sanè procedente hilaritate, inuita-  
uit Antonium, ut coronas biberent: ecquis scilli-  
cet istas timeret insidias? Ergo coniecta in scy-  
phum corona, Antonio incipienti haurire, oppo-  
sita manu, Ego sum, inquit, illa chare Anto-  
ni, quam tu noua prægustantium diligentia ca-  
ues, adeo mihi si possem, sine te viuere, occasio, &  
ratio iocandi adest. Inde eductū è custodia vin-  
etum bibere iussit, qui sumpto potu, illico occidit,  
auctore Plinio libro Naturalis historia 21. Arta-  
xer xem etiam Persarum regem, in potatione co-  
rona esse usum à Plutarcho in vita Pelopida ac-  
cepimus. Ad hunc igitur bibendi morem dixerim

poëtam

poëtam alluisse in 1. Æneidos, illo versu.

Crateras magnos statuunt, & vina coronant.  
Et in 7. eiusdem operis:

Crateras lati statuunt, & vina coronant.  
Item moris fuit olim Italarum ut coronati sup-  
plicarent Deo, pro se, suisq;. Sic teste Cicer. libro  
Tuscul. 1. & ad Attic. 8. Neapolitani coronati  
ac municipia vota fecerunt, pro Pompeio agro-  
tante. Sic Graci epulabantur, dum funus face-  
rent, idem Cicero auctor, qui lib. de Legib. 2. cum  
de ordine exequiarum apud Gracos meminit, in-  
ta scribit: Sequebantur epula quas inirent pro-  
pingui coronati. Sic Romani coronati ludos Ro-  
manos ac Apollinares, auctore Lio lib. extre-  
mo x. dec. 1. & v. decad. 111. spectabant. Sic-  
que hodie cum alibi, tum apud Anglos, statis  
solemnibusq; diebus sacerdotes coronati in sup-  
plicationibus publicis incedunt, & præsertim Lon-  
dini sacerdotes Paulini, mense Iunio, die di-  
mo ipsi Paulo Apostolo sacro, qui simul omnia  
eius diei sacra coronati curant, faciuntque. Sed  
iam ad unguentum transeamus, quod haud  
quamquam minus quàm corona, ad luxum per-  
tinet.

De antiquissimo usu unguentorum, & quan-  
do primùm ea cognita Romanis.

Cap. xviii.

L 5 Quis

Quis primus unguenta inuenerit, non traditur, Iliacis temporibus non erant, ait Plin. Cui Ioseph. in 2. Antiq. minus assentiri videtur, scribens: Iacob qui, teste Eusebio, multis tempestatibus ante Troianum bellum fuit, misisse in Ægyptum ad Ioseph filium suum id temporis apud Pharaonem annona præfectum, inter cætera numerata unguentum. Et in 3. eiusdem operis, cum de purgatione tabernaculi & sacerdotum sermonem habet, quam Moses instituit, qui fuit ante CCC L. annos, quàm Troia excisa est, ait: Purificauit autem & tabernaculum & sacerdotes hoc modo: sumpsi ficlos quingentos, & totidem ireos, cinnamomi & calami (est autem & hæc species suauis odoris) prionem mensuram, & medietatem horum iussit cõusam misceri, oleiq; oliuarum pondus mensura prouincia, qua dicitur Bin, duas choas atticas capiens: quibus permixtis & coactis facta est arte unguentarium vnctio suauissima, & reliqua. Ex quo cum huiusmodi Hebraeorum antiquissimos unguento usus constet, eos huius rei auctores fuisse, haud credere absurdum fortasse fuerit: nos tamen hæc rem in medio relinquimus. Sed Plin. in 13. & Solinus pro diderunt, primum patris Darij regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexandrũ cepisse scribit unguentorũ, posteaq; voluptatem eius à nostris quoq; inter laudatissima atq; etiam honestissima vitæ bona admissam esse. Verum apud Persas, etiam ante Darium unguenta fuisse

fuisse testatur Herodotus lib. tercio scribens, Cæbysem Cyri filium misisse legatos cum maximis donis ad Æthiopum Macrobiorum regem, inter qua unguenti alabastrum fuisse: regem verò cum ab Ichthyophagis (hi enim missi fuerant) ratione confectura huiusmodi unguenti didicisset, id penitus aspernatum esse. Quando autem primum ad Romanos unguentum peruenerit, haud propalã est. Certum est, teste Plin. in 11. Antiocho rege Asiãque deuictis. Urbis anno D L X V. P. Licinium Crassum, & L. Iulium Casarem censores edidisse, ne quis uideret unguenta exotica, id est, externa, & aliunde asportata.

Qui primi inuenerint aurum, argentum, ferrum, plumbum, æs, fabriliãque instrumenta, & ignem primo, dein è silice aut lignis, & folles, atque lucernæ usum.

#### Cap. XIX.

EX metallis quibus nunc humana consistat opes, aurum pretiosissimum est, cuius habendi tanta mortales libido iam inde ab initio inuasit, ut in eo effodiendo, iam iam ad inferos propemodum penetrauerint. Quidius in 1. Metamorphoseon.

— Sed itum est in viscera terra,

Quãque recondiderat, Stygiisque admonerat  
umbris,

Effodiuntur opes irritamenta malorum,

Iãms

Iamq; nocens ferrū, ferrūq; nocentius, aurum  
 Prodiere. Unde de hominibus intentē  
 fodientibus, illud Phalerij dictum, Plutonē breui  
 ad superos adductū iri, Strabo in 3. Geogr. com-  
 memorat. Quare Diogenes, teste Laërtio, roga-  
 tus cur paleret aurum, admodum sic e respon-  
 dit, Quia multos, inquit, habet insidiatores. Hoc,  
 auctore Plinio libro 7. Cadmus Phœnix ad Pan-  
 gaum montem primus inuenit: ut alijs placet,  
 Toas, & Eaclis in Panchaia aut Sol Oceani fi-  
 lius. Argentum verò Mercurius quintus, unde  
 viuum argentum vulgò Mercurium appel-  
 lant, vel Erichthonius Atheniensis, aut Caa-  
 cus. Ad Pangaum autem Thracia montem hæc  
 metalla ideo, ut mea quidem fert opinio, pri-  
 mum inuenta traduntur, quoniam ibi, teste He-  
 rod. lib. 7. aurum & argentum maxime abun-  
 dat. Ferrum Idai Dactyli in Creta adinueni-  
 runt. Plumbum ex insulis contra Celtiberiam  
 sitis, quas Strabo lib. 2. Cassiterides appellat,  
 Midacritus primus asportauit. Æs in Cypro  
 in insula Cynira Agriopa filius reperit, item forci-  
 pem, marculum, vectem, incudem, ex Plin. lib. 7.  
 & 34. à quo Solinus discrepat, ita scribens, cum  
 de Creta loquitur: Calthis eadem habitata est a-  
 pud præcos, ut Callidemus auctor est, are ibi pri-  
 mum reperto. Sicuti nec de ferro Clemens assen-  
 titur tradens Selmètem & Damameneum lu-  
 daos in Cypro inuenisse. Ferrariam fabricam ali-  
 Chalybas, alij Cyclopes inuenisse volunt, qui  
 ferra

ferrariam primò exercuerint auctor Plin. At qui  
 aris usum Pannonios monstrasse Clemens tra-  
 dit. Æs conflare Aristoteles ait Lydum Scytham  
 docuisse: Theophrastus Delam Phrygem putat.  
 Strabo verò libro 14. Geograph. dicit Telchines  
 populos ferrum & as omnium primos esse fabrica-  
 tos, utpote qui harpen, id est, enses salcarii, Sa-  
 turno fecerint. Cōpactione ferri Glaucus Chiuis,  
 teste Herod in 1. excogitauit. Auri conflaturam  
 ipse Cadmus, ut ait Plinius inuenit. Cæterum  
 hæc fere omnia Diodorus cum Idais Dactylis,  
 tum Vulcano assignare videtur, ita libro sexto  
 scribēs: Idai Dactyli tria dantur ignis usum, ac aris  
 ferrūq; naturam, quòq; modo fabricentur, in loco  
 què Berecynthi dicunt inuenisse. Et alibi: Vul-  
 canū, inquit, ferrei, aris, argenti, auri, omniumq;  
 qua igne fabricantur, arte inuenisse ferunt. Ve-  
 rum huiusmodi metallorum usus in ipso primor-  
 dio propè orbis apud Hebraos, qui mortalium  
 omnium primi genti sunt, ex Iosepho de Antiq.  
 Iud. in pleriq; locis fuisse deprehēdimus, qui vo-  
 lumine primo ferrariam artem Tubalcham La-  
 merh filio assignat, sicut Clemens temperiæ ferri  
 Dela Iudæo attribuit, quamuis Hesiodus De-  
 lam ex Scythia fuisse affirmet. Quare eorum qui  
 huiusmodi rerum auctores produuntur, alios alibi  
 primos hæc metalla etsi diu antè reperta, mon-  
 strasse par est credere. Ignem, teste Diodor. lib. 1.  
 quidam sacerdotes affirmant Vulcanum repe-  
 risse, & eo beneficio ducem ab Egyptijs consti-  
 tuerunt.

tutum. Vitruuius in 2. de Architect. dicit arbores ab initia ventis agitatis. inter se terentes ramos hunc primum excitauisse, inde verò homines ligna aditantes conseruasse. Alij hoc Idæis Dætylis adscribunt: sed rectius profecto factitarèt, si Deo cali & terra, ac cuiusq; rei quæ cali ipsius ambitu continetur, creatori, ut decet, hoc etiam humana vitæ aduersus vim frigoris præsidium, acceptum referrent. Ignem è silice Pyrodes Ciliæ filius inuenit: at eundem seruare in ferula Prometheus docuit, auctor Plin. in 7. Hic magis meo iudicio admiratione dignum occurrit exploratorum in castris pastorumque inuentum, qui cum ad excutiendum ignem, non eis semper lapidis occasio esset, ignem ex diuersis arboribus concipere didicerunt, dicente Plin. in 16. Calida morus, laurus, hedera, & omnes quibus ignaria sunt. Exploratorum hoc usus in castris pastorumque reperit. Teritur igitur lignum ligno, ignemque concipit attritis, excipiente materia aridi fomitis fungi vel foliorum facillimè conceptum. Sed nibi hedera præstantius, quæ teratur lauro: laurumque terat. Folles verò, id est, instrumentum quo attrahitur ventus, atq; emittitur ad ignem excitandum, Anacharsis.

Scythia, teste Strabone lib. 2. Geogr.

reperit. Lucerna usum Aegy-

ptij inuenerunt: auctor

Clemens.

A. qui

A quibus primum nummus aureus inuentus, aut quis argentum & æs signauerit, atque: speculum argenteum fecerit.

Cap. xx:

Vtinam aurum, sacra fames, ut poeta dixit, posset è vita hominum penitus tolli, ab optimis quibusq; conuictis proscissum, id quod Crates ille Thebanus ita esse faciendum exemplo docuit, qui, teste D. Hieron. contra Iouin. quamuis Laertius aliter tradat, proiecto in mare nõ paruo auri pòdere, Abite, inquit, pessum mala cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Quod haud mehercule temere fecit: auxit enim etiam bonos, nedum prauos, transuersos plerumque agit. Quanto igitur cum rebus humanis felicius ageretur, si res ipsa inter se permutarentur, sicut Troiani temporibus Homerus tradit esse factitaratum? Quamuis usum pecuniarum ex quocumque essent metalli genere, antiquissimum constat: quia apud Iosephum legimus, Cain Adam primi hominis filium anxie in cumulandas pecunias incubuisse. Pessimum, itaque vitæ scelus fecit, qui primus ex auro denarium signauit, quod Plinius lib. 33. penitus latere dicit, auctore incerto. Verum Herodotus grauis utique auctor in 1. histor. volumine scribit, Lydos primos omnium nummum aureum & argenteum ad utendum percussisse. Quod Plinius fortasse minus silentio præterisset, nisi ibi, ut opinor,

LAD.

tantum de Romano nummo locutus esset. Roma autem, ut idem Plinius ait, nummus aureus percussus est anno Urbis DCXXXVI. qui cœpit deinceps ubique gentium cuius, & communis esse, & ille in primis, qui quod Roma cuderetur, Ducatus est dictus, à Romano ducatu, qui magistratus à Longino fuerat primum constitutus, quem Iustinus Imperator Narseti Italia prefecto successivè dederat. Argentum primum omnium, auctore Strab. lib. 8. Geogr. signari docuit Phidone. At Ephorus, ut idem auctor est, scriptis prodidit primum in Ægina à Phidone signari cœptum argentum. Ex quo, ut videre videor, huiusmodi scriptores primum ab Herodoto, qui, sicut ostendimus, Lydis hoc assignat, deinde inter se dissentiunt, nisi in alterutro mendum sit in dictione Phidone, cuius mutatione litera Roma signatum anno ab Urbe condita, CCCCLXXXIII. auctor Plinius. Livius itidem ab Urbe cond. testatur serò esse signatum argentum. Eutropius verò in 2. suarum hist. dicit nummum argenteum primum in orbe esse signatum, anno Urbis Roma circiter CCCCLXXXIII. primi autem Pœnici belli 6. Nota argenti, velut Plinius ait, fuere biga atque quadriga. Æs Ianus primus signavit, Macrobi. lib. Satur. 1. Hic igitur Ianus cum Saturnum classe peruectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, serum illum & rudem antè fruges cognitatis, victum in melius redegisset, regni cum societate munerauit, cum primus

primus quoque ara signaret: servavit & in hoc Saturni reverentiam, ut quoniam ille naui fuerat aduectus, ex una quidè parte sui capitis effigies, ex altera verò naus exprimeretur, quod Saturni memoriam etià in posteròs propagaret. Ovidius quoque testatur in primo Fast. scribens:

Multa quidem didici, sed: ut naualis in ara

Altera signata est, altera forma biceps:

Et deinde infert:

At bona posteritas puppim formavit in ara

Hospitiis aduentum testificata Dei.

Quapropter miror hac à Plinio, Servio regi Romanorum assignari; lib. 33. ita scribente: Servius rex primus signavit as, antea rudi usus Roma. Timæus tradit: signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata: cum præsertim ipse etiam inferius de primo aris signo meminerit, dicens: Nota aris fuit, ex altera parte Ianus geminus, ex altera nostrum naus. Sed Plinius, ut arbitror, forsità intellexit, Servium, sicuti credere par est, assignasse vel primum, apud Romanos duntaxat, vel primum, ut idem in principio libri 18. capite tertio dicit, omnium bonique effigie: nam Ianus multo ante conditam urbem, teste Macrobio, in Latio regnavit. Eutropius autem secus etiam sentit in primo scribens Saturnum numos areos Latinis primum instituisse. Sed utrunque res se habeat, Saturni tempore, vel paulò post institutum signandi aris cœpisse, iam liquidò liquet. Speculum argenteum, auctore Plinio in 33. Praxiteles primus

M. fecit



fecit Magni Pomp. atate. Inuenta sunt item specula ex ferro, plumbo, cryffallo, vitro, misti, que materis, in quibus effigiem nostram contemplantur, ab Aesculapio primo Apollinis filio, auctor M. Tull. lib. de Nat. d. orum 3.

De origine annulorum, ac primo gemmaru vsu, & cur digitus sinistrę manus minimoproximus, annulo cingi consueverit.

## Cap. XXI.

**C**um Prometheus, ut poetę tradunt, caelestę ignem furatus esset, ferunt Iouem illum in monte Scythia Caucaſo, ferrea catena vinxisse, aquilamque addidisse, qua iecore eius assidue renascente perpetuo pasceretur. Martialis:

Qualiter in scythica religatus rupe Prometheus  
Assiduam nimio pectore pauit auem.

Post hac Prometheus, ut sibi Iouem conciliaret, hac arte vsus fuisse: Iupiter amore Thetidis, cęspecta eius pulchritudine, fortę exarserat: quod sentientes Parca, quarum providentia non fallitur, recimerunt quicumque Thetidi connubio iunctus esset, eius filium patris gloriam longę superaturum. Hoc cum fortę intellexisset Prometheus, Ioui renuntiasse dicitur: qui veritus talionę, id est, ne quod ipse Saturno patri fecisset, a filio pateretur, omnem de Thetide cogitationę deposuit, & ne erga Prometheus parü gratus videretur, vinculis eum liberavit: & ut liberationis eius perpetua memoria foret, facto ex utraq;

re,

re, hoc est, saxo, ad quod alligatus fuerat, & ferro, ex quo catena constabat, annulo, digitum eius sinistra manus minimo proximum cinxit. Que prima annuli & gemma inuentio fuit: quod Plinius lib. 37. probę nimirum sentiens, fabulosum appellat, dicens: Fabula primordium a rupe caueaſea tradit. Promethei vinculorü interpretatione fatali, primumq; saxi fragmentü inclusum ferro, ac digito circumdatü hoc fuisse annulum, & hoc gemmam. Quis tamen inuenerit annulum, ipse in 33. ait omnino ignorari. Constat veteres ut idem auctor est, ferreo annulo esse vsos, & ut tertio bello Punico Appianus ait, omnes prater tribunos vsurpasset: ac longo certę tēpore ne senatum quidem Romanum habuisse aureos manifestum est, tã sero inuenti sunt: qui in eodę libro inquit: Nec Iliacis temporibus vllus fuisse annulos video. Nusquã certę Homerus dicit, cum & codicillo missitatos epistolarum gratia mūdet, & conditus arte vestes, ac vasa aurea argenteaq; & ea colligata nodi, non annuli nota. Hac ille. At in Genesis libro, capite trigesimo octauo, patet Pliniü non inuestigasse annulorum vestrutatem: ibi enim legimus Iudam filiü Iacob rem habuisse cum Thamar nuru sua, & id fecisse imprudentem, quod mulier mutato vestitu, per sonam dissimulauerit, ac illi promississe munus fideiq; seruanda pignus dedisse annulum, & armillas. Itę Iosephus cum in tertio Antiquitatü de vestibus sacerdotü meminit, quas Moyses constituerat,

qui, ut sapius ex testimonio Eusebii ostendimus, fuit ante CCCL. & eo amplius annos, quam est gestum bellum Troianum. Annulis etiam in vestibus, aliisque operibus veteres Hebraeos Iliacis temporibus esse usus, sic scribens testatur. Ad haec autem, inquit, tertio induitur indumento, quod dicitur Ephod: sit enim hoc modo, ut sit textus eius magnitudine cubiti de cunctis coloribus, auroque variatis, amplectens omnem pectoris locum. Et infra. Vnitur Ephod cum rationali, annulis aureis per circulos singulos sub aequalitate commissis, per vitam hyacinthinam, quae immittitur pro ligaturis & consertionibus alterutris annulorum. Et deinde subiungit: Cum ergo per se illi quos diximus annuli sint infirmi, nec possint pondus lapidum sustinere, alij duo maiores & reliqui. Et cum de mensa loquitur, quam idem Moses fecerat, dicit: Et per singulos eius pedes superiore labio erant annuli, per quos vectes deaurati mittebantur. Idem testimonio est, iam id temporis gemmas cepisse esse pretiosas ac celebres, cum dicitur. Ephod, quid nos superhumeralia vocamus, prout infra dicitur, cum de nostrorum sacerdotum indumentis sermo fiet, habuisse in utroque humero duos lapides, onyches, vel ut alij volunt smaragdos, & rationale duodecim fuisse ornatum lapillis. Hinc igitur hoc est, ab Hebraeis, si antea non fuerit, annulorum gemmarumque usum fluxisse credamus licet, eorum tamen veluti multarum quoque rerum oblitiscatis certis auctoribus. Macrobius autem

libro

libro Saturni. 7. inquit: Veteres non ornatus, sed signandi causa, annulum secum circumferabant. Vnde nec plus habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero, & imprimebatur sculptura materia annuli, siue ex ferro, siue ex auro foret. Postea usus luxuriantis aetatis, signacula pretiosis gemmis coepit inscribere, & haec certatim omnes imitatio laesseiuit, ut homines aliquanto studiosius lapides pretiosos requirerent. Hinc factum est, ut annulus in digito qui minimo proximus est, sinistra manus gestaretur, ne pretiosi lapides (est enim haec manus otiosior) si angerentur. Vel ideo ille digitus, ut idem Macrobius ait, annulo ornatur, quia ab eo nervus quidam ad cor pertinet. Deinde teste Plinio lib. 33. gemmas violari nefas putarunt, ac ne quis annulis amplius signaret, solidas gemmas addiderunt. Annuli insuper, ut hoc quoque ponam, apud Romanos distinxerunt alterum ordinem, id est, equestrem, cuius ipsi annuli nota erant, à plebe, ut semel coeperunt esse celebres, sicut tunica ab annulis senatum tantum.

De origine vitri, & electri, & quis primus iuenerit iniuium, & myrrhina in urbem importauerit, & de crytallo.

## Cap. xxxi.

Quonia Plin. lib. Natur. hist. 36. de vitri origine eleganter scribit, eius ideo verba ponam, quae sunt: Pars est Syria, quae Phoenice vocatur,

M 3 tur,

sur finitima Iudaea, intra môtus Carmeli radices paludem habens, qua vocatur Cande bææ: ex ea creditur nasci Belus amnis, quinque millia passuum spatium in mare profluens, iuxta Ptolemaidem: lentus hincurrit, in salubris potu, sed ceremoniis sacer, limosus, vado profundus, non nisi refluxo mari arenas fatetur: fluctibus enim volutata nitescunt, detritis sordibus: nunc & à mari no creduntur astringi morfu, non prius viles. Quingentorum est passuum non amplius litoris spatium, idq; tamùm multa per sacula, gignendo fuit vitro. Fama est, appulsa naue mercatorum nitri, cum sparsè per litus epulas pararent, nec esset sortitis attollendis lapidum occasio, gubas nitri è naue subdidisse, quibus accensis, permista arena litoris, rranslucentes nobilis liquoris fluxisse rivulos. Et hanc fuisse originem vitri. De hoc amne Iosephus etiam in 2. de bello Iudaico: Strabon, ait, duobus à Ptolemaide Belus amnis distat, iuxta quem sepulchrum Memmonis est, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circumiectis iugis conuehant, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabili natura, mutandi alia quoque in vitrum qua attigerit metalla. Electrum, teste Diodoro lib. 6. primò in Basilia insula inuentum est, qua Scythia supra Galatiam opposita in Oceano est, in quam, ut idem ait, tempestas electrum plurimum eicit, nulla alia in parte orbis reperiunt. Nec me praterit fabulas ex lachrymis sororum Phaethontis fieri tradere. Sed de electro, id est.

est, succino, varia sunt scriptorùm opiniones, quas Plin. lib. Natural. hist. vlt. latè exequitur. Minimum quod in argentariis quoque reperitur, inuentum est, ut author est Plin. in 33. à Gallia Aetheniense, in initio sperante aurum posse excoqui, arena rubente in metallis argenti, id quod in Ephesorum agris, Vitruuius lib. 7. Architedt. reperiunt placet. At minimum prisca Romanis sacrum fuisse constat, quare Iouis simulachri faciendam diebus festis minio illi solitam, triumphantiùmque corpora: ac sic Camillum triumphasse, idem Plinius testatur. Myrrhina qua, teste Plinio, Oriens mittit, (est enim humor sub terra calore deasatus) Pomp. Magnus primò in triumpho quem de piratis duxit, in urbem inuexit. De crystallo cum in plerisque locis reperitur, nullo huius rei ab initio inuentore prodito, non habeo quicquam dicere, nisi quòd Plin. lib. vlt. Natur. histor. prodit, crystallum gigni gelu vehementiore concreto, nec aliubi certè reperiri, nisi ubi maxime hyberna niues rigent & glaciem denique esse. Quod Solinus falsum esse probat. Nam si ita foret, inquit, nec Alabanda Asia, nec Cyprus insula hanc materiam procrearent: quibus regionibus citatissimus calor est. Verùm hoc significantius à Diodoro in 3. declaratur, sic scribente: Crystallus enim lapis ex aqua oritur pura congelata, non quidem à frigore, sed diuini caloris vi, qua duritiem seruet, varioque suscipiat colores.

De origine simulachrorum, & qui primi statuas posuerint, & Græcos contrario Romanorum more, eas non velare, & de vii incendendi thus, cereæque, ad ipsas statuas: & qui primi thus vendere ceperint: item quadam memoratu digna de imagine Magni Alexandri.

Cap. XXIII.

**V**T posset eorum memoria retineri, qui vel morte subtrahiti, vel absentia separati essent, idcirco ab hominibus, ut nemo sanè ambigit, fingendarum similitudinum ratio inuenta est. Quo fit, ut cum Deus ubique præsens sit: nihil à principio post homines natos, stultius visum sit, quam eius simulachrum fingere. Quam ob rem, Moses vir sanctus & innocens, ac sapientissimus, auctore Iesepho in primo contra Aptionem, & in 17. Antiq. suis legibus prohibuit omnino simulachrū fieri, aut in templo poni. Ex quo cum Caius princeps Petronium legatum in Syriam misisset, eiq; mādasset, ut omni ope modiq; omnibus curaret, iuxta simulachrum in templo Hierosolymis erigendum, Iudæi ne patriæ leges frangerent, adeo resistere ceperunt, ut iam iam ad arma ventum esset, nisi, ut idem testis est lib. 18. Antiq. Agrippa Iudæorum rex à Caio impetrasset, ne huiusmodi statua in templo poneretur. Apud Seres etiam, sic ut tradit Eusebius lib. de Preparat. Euangel. 6. lege

6. lege exceptum erat, ne simulachra colerentur. In Romanorum quoq; templis Clemens ait ex decreto Numa, Mosaisca designata penitus amulati annis c. atq; LXX ab urbe cond. nullam imaginem neque fictam, neque pictam esse: onspectā, Afferit idem Plutar. in vita Numa. I orje iudæ, teste Herod. lib. 1. & Strabone 15. Geog. statuas non extruebant. Verum ut ne nostri percajse videantur, qui postremò colendarum imaginum institutum admisserunt, alibi causam ponemus. Sed unde simulachra fingendi vsus profectus sit, non facile inter auctores conuenit. Macrobius enim ab Hercule autumat, qui lib. Saturnalium primo, Epicadus inquit, refert Herculem, occiso Geryone, cum victor per Italiam armenta duxisset, ponte qui nunc Sublicius dicitur ad tempus instructo, hominum simulachra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amisisset, in fluuium demisisse, ut aqua secūda in mare deuectā pro corporibus de mortuorū veluti patriis seāibus redderentur: & inde vsū talia simulachra fingendi inter sacra mādasse. Verum deinde, sibi magis placere ait, hūc morem à Pelagis fluxisse. Sanè illi, teste Dionysio Halicari in 1. Annal. Romanorum, postquam diu errabūdi in Latium venerat, in lacu Cutulienfi enatam insulam deprehenderunt, decima præda secundum responsum Apollinis consecrata, erectiq; Diti sacello & Saturno ara, illū humanis capitibus hunc virorum victimis placare se existimabant, propter

oraculum in quo erat, Et capita inferno & patri transmittite lumen; Saturni sacra, Saturnalia nominantes. Post hac Herculem ferunt cum Geryonis pecore per Italiam reuertentem, suafisse illorum posteris, ut faustis sacrificiis infauista mutarent, offerentes Diti non hominum capita, sed oscilla, id est, parua ora, ad humanam figuram formata, & Saturni aras non maectatis viris, sed accensis cereis excolentes. Inde fuit cōsuetudo, ut & cerēs Saturnalibus mitterētur, & sigilla, hoc est, oscilla arte fictili fingerentur. Alij, auctore Diodoro lib. 4. dicunt Æthiopes simulachrorum vsum primū inuenisse, & ab eis deim Ægyptios accepisse Sed Lactātius Fir. à Prometheo manasse huiusmodi vsum tradit lib. Diuinarum institut. z. cū inquit: Verū quia poetas dixeram non omnino mentiri solere, sed figuris inuoluere, & obscurare qua dicant, non dicere esse mentitos, sed primū omnium Prometheū simulachrum hominis formasse de pingui & molli luto, ab eoq; natā esse primò artem statuas & simulachra fingendi. Hac ille. Reperimus tamen longè ante Prometheum, qui, teste Eusebio, post Ogygium diluuium in Attica fuit, simulachrorū vsum fuisse, nā Rachel, teste Iosepho in 1. Antiq. cum Iacob eius vir è Mesopotamia à Labā socero aufugisset, simulachra deorum furata est. Eusebius etiā ex testimonio Plutarchi in 3. de Euāgel. preparat. simulachrorum fabricam esse antiquissimam comprobat sic, ut si eorum originem accu

accuratè exquiramus, facildè inuenerimus Deum ipsum primū demonstrasse modum fingendarū similitudinum, qui ut sui intelligentiam rudes rerum cœlestium homines à principio doceret, sibi humana membra assumpsit, ut quasi oculis occurreret qualis esset. At enim, ut est in Genesis lib. cap. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrhā multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam & videbo verum clamorem qui venit ad me, opere cōpleuerint. Idem Exodo cap. 7. immittā manū meā super Ægyptū. Descendere hīc & videre, ac immittere manū, est habētis pedes, oculos, & manū. Quin & Propbeta, ut planius personā Dei nobis ostendat, dat ei aures & faciem, Psal. 16. canēs: Aurib. percipe orationem meam, & Psal. 50. Auerte faciem tuā à peccatis meis. At Esaias integrum dat corpus cū cap. 6. inquit: Vidi Dominum sedentem super solium. Formulam igitur fingendæ similitudinis Dei, quod eius memoriam facilius animo cōplecteremur, ipse Deus nobis pramōstrauit. Prom de homo, qui suo opte ingenio paratus est ad imitandum, si qui d sit quod ad ipsius disciplinam, contemplationem, delectationemq; attineat, Dei memoria retinendæ gratia, quam prudentissimè ab initio ipsius Dei simulachrum sibi finxit, ut qui intelligebat oportere se eum, quem admodum Christum apud Marcū testatur diligere ex toto corde suo, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus: idcirco putauit se diligere

diligentius facturum officium, si ob oculos exemplar continenter haberet. Atque isthac vera simulachrorum origo. Sed cetera prosequamur. Roma teste Plinio in 34. simulachrorum ex arte factum Cererus primum constat ex Peculio Sp. Ca. sibi quem regnum affectantem pater ipsius interemerat. Postea à diis ad homines statuae transferunt, & id quidem, cum excellentium virorum memoria perpetuanda, tum virtutis initianda causa, quod Sallustius in initio sui Iugurthini plene testificatur, scribens: Nam saepe audiui D. Maximū, P. Scipionem, praeterea civitatis nostra praclaros viros, solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi, scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in sese habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari quàm virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. Quare Athenienses primi statuas publicè posuisse Harmodio & Aristogironi tyrannicidis dicuntur, id quod haud prorsus Plinius sive affirmat. Statuam auream & solidam primus omnium Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit septuagesima circiter Olympiade: quamvis, ut idem ait, statua ex auro solida, quā Graeci holosphyraton vocant, omnium prima in templo Anaitidis posita dicatur. Argenteam quidam primam fuisse volūt, quam sibi fecit Pharnaces, quam Magnus Pomp. in triumphis transfudit.

tulit auctor Plinius. In Italia, teste Valer. Maxim. lib. 2. M. Atilius Glabrio primus statuam equestrem auream patri suo posuit. Fiebant etiam aere, ebove, ligno, & marmore. Romanis antiquitatis, quod non est praeterendum, statuas velare, contra Graecis nudas ponere mos fuit. Illi item solabant ad eas thurs & cereds incendere testis Cic. qui lib. 3. Offic. de statu C. Mario à multitudine positus, ita scribit: Omnibus vicis statuae sunt, & ad eas thurs & cerei. Quem morem nos retinemus, id quod non fuerat olim, auctore Plin. lib. 13. ubi inquit, Iliacis temporibus, thure non supplicabatur. Thurs autem in Arabia nascitur, cuius alio vecti mercaturam primi Arabum Minni, vel ut idem scribit, fecerunt, in hac statuarum arte plurimi olim floruerunt, quos Plin. in 34. luculenter explicat ante omnes, tamen Phidiam Athen. Magnis ad caelum fert laudibus, de quo Fab. in idem lib. 12. meminit. Occurrit hic memorandum uti Roma Macriarum familia solemne semper habuit, ut Alexandrum Magni, viri in auro & argento, mulieres in reticulis & annulis exculptum gestarent, quod, sicut Iulius Capitol. in vita 30. tyrannorum testatur, diceretur iuvare in omni actu suo qui Alexandrum sculptum aut auro aut argento gestaret. Quare, ut opinor, August. Caesar in signandis epistolis, Magni etiam Alexand. imagine diu usus est: auctor. Tranquil.

De origine picturæ, & qui primus colores inuenit : aut penicillo pinxerit.

## Cap. xxiiii.

**P**roximum est, ut post statuariam artem de pictura initiis primam dicatur, quando illa effigies rerum lignis, ebone, metallis, ut dictū est, fingit, hac imagines colorū varietate, aut lineamentis quibusdam similitudines reddens facit. Picturam itaque, teste Plin. lib. 7. Gyges Lydius omnium primus inuenit in Ægypto, in Græcia uero Pyrrhus Dædali cognatus, ut Aristoteli placet: ut Theophrasto, Polygnotus Atheniensis: quod haudquaquam idem Plinius lib. 35. cap. 9. approbare uidetur, sic scribens: Sicut Polygnotus Thasus, qui primus mulieres lucida veste pinxit, capita eorum mitris uersicoloribus operuit, plurimūque pictura primus contulit: siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare. Incerta igitur de pictura initiis quæstio est: nam & Ægyptij, eodem Plinio teste, ante sex millia annorum apud se inuentam quam in Græciam transiret, affirmant. Græci autem alij apud Sicyonios, alij apud Corinthios repertam dicunt: omnes ab umbra hominis lineis circumducta. Quod Fabius aperte testatur in 20. dicens: Nō esset pictura, nisi qua lineas modo extremas umbra, quam corpora in sole fecissent, circumscriberet: ac si omnia percensens, nulla sit ars, qualis inuenta est, nec inira initium stetit,

stetit. Quintilianus hæcenus. Talis itaq; prima fuit pictura. Altera singulis coloribus, postea operasior inuenta est, duratq; talis etiamnum. Linearis, ut Plin. in 35. tradit, à Philocle Ægyptio, vel à Cleante Corinthio inuenta est. Primi eā Ardicæ Corinthius & Telephanes Sicyonius exercuerunt sine ullo etiam colore. Clephantus Corinthius colores inuenit, idem auctor. Penicillo gloriam primus Apollodorus Atheniensis contulit. In hac illustres fuerunt Timagoras Chalcidensis, Pythis, deinde Polygnotus, Aglaophon: alij quoque post hos, de quibus Plinius & Fabius Quintil. in 12. assatim scribunt, quos studio breuitatis omitto, cum præsertim tale minime sit instituti operis munus. Non silebo tamen de ciue meo, qui nobis sua industria & ingenio picturam uelut de integro in præsentia restituit, atque illos qui in ea olim maximè claruerunt, gnauiter uel arte refert, uel peritiā æquat, adeo proprios ducit de colorib. vultus. Is est Raphaël, cognomine Sæctus, unde eius quoq; metiri posses & mores & uitā.

De primis plasticis inuentoribus, & quis rotam figurariam repererit.

## Cap. xxv.

**C**onuenit pictura cōtexere plasticen, hoc est, figurinam artem, qua ea terra similitudines uitæ fingit. Hanc, ut Plin. in 7. ait Choræbus Atheniensis inuenit. Sed idem lib. 35. Dibutades Sicyonius figulus hoc assignat, dicens: Dibutades Sicyonius figulus primus

primus inuenit Corinthi filia opera, qua captæ amore iuuenis, illo abeunte peregrè, vmbra ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscriptis, quibus pater eius impressa argilla, typum fecit, & cum cæteris scitilibus induratum igni proposuit, eumque seruatum in nymphao donec Corinthum Mummius euerteret, tradunt. Sunt qui in Samo primos omnium plasticen inuenisse Rhæcum & Theodorum prodant, Demaratumque Corinthium profugum, qui Tarquinium Priscum populum terrarum principis regem in Hetruria genuit comitatos fictores Euchiram, & Eugrammum & ab ijs Italia deinde traditam plasticen. Et pro plasticæ, id est forma, qua ad fingenda alia opera adhibetur effigiem formare primus inuenit Lysistratus Sicyonius frater Lysipi idem hominis figuram gypso. è facie ipsa primus omnium expressit. Sic res usque ed creuit, & nulla signa statuae sine argilla fieret. Quo apparet antiquiorem hanc fuisse scientiam, quam in fundendi aris. Hac ex Plinio. Hinc inuper plurima vasorum scitilium genera reperta sunt, qua modo humana vita vsui sunt. Rotam figurariam auctore Ephoro, ut ait Strabo lib. 7. Geograph. & Laert. lib. 1. & Plin. in 7. Anacharsis Scythæ philo;ophus primus inuenit. In quo tamen, ipse Strabo Ephorum arguit. Hac inquit ipsa autem loquor aperte, haud ignarus, quod hic ipse non omnia verisimè proferat, & illud præcipue de Anacharside nam quomodo rota ipsa ex eius inuentione est.

quam

quam Homerus antiquior illo nouerit? Ceu signus cui dextra rotam quatit, ocyus aptam, & reliqua. Hyperbios Corinthius, ut alij volunt, inuenit. Diodorus verò lib. 5. dicit, Talaum Deda- li sororis filium reperisse. Figuli autem, teste Plinio, laudatissimi fuere, Dimophilus & Gorgasus.



POLYDORI VER-  
GILII VRBINATIS  
de inuentoribus rerum  
LIBER III.

A quibus primùm inuenta agricultura & quot ea redundet bonis.

Cap. I.

**N**ON sum equidem nescius quodam fore, qui vehementer demirantur nos postremo fere loco de inuentoribus agricultura aliquid tradere distulisse, cum præsertim viti Cicero in Officiorum libris inquit, omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil sit agricultura melius, nil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Verùm nec è mihi successerant, qua-

N

tenuis



ten<sup>9</sup> hoc ipsum cōsulō; vel, ut verius dicā, ex industria fecimus, ut lōgo legētes itinere defaiguiti, nouum tandē pastum, siue, ut ita dixerim, nectar offenderent, quo vires recreare, & veluti diuitiā famem explere possent. De huiusce igitur rei inijs hic cōmodē dicēmus, postquam demonstratio quantis eam laudibus iure ac meritō praestantissimi auctores offerant, ut pote qua multū abundant bonis, Columella itaque in 1. de Re rustica, conquerens sui temporis mollitiem, ait: At mehercule vera illa proles Romuli assiduis venationibus, nec minū agrēstibus operibus excitata, firmissemis prauauit corporibus, ac militiam belli, cum res postulauit, facild sustinuit, duratā pacis laboribus, sempēq; rusticam plebem urbana praposuit. Cato itidē de Agricultura inquit: Fortissimi viri & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimēq; malē cogitantes. Ex quo teste Cicerone de Senectute, in agris senatores erant, ut L. Quintius Cincinnatus, qui dum agrū arabat, renuntiatu<sup>s</sup> est dictator: ut Curius, & ceteri senes. Quare qui eos acersebant, viatores nominati sunt. Quid, quōd etiam, teste Plinio, libro 18. agrum malē colere, censorium probrum iudicabatur; atq; ut inquit Cato, quem virū bonum colonum dixissent, amplissimē laudasse existimabant? Et id sanē quia, quemadmodū Cicero pro Roscio Amerino docet, rustica vita parsimonia, diligētia, iustitia magistra est, at urbana, non item, quam luxuries facild inficit: ex lu-

xuria

xuria necesse est existat auaritia, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia maleficia gignātur. Sed ne putes hoc tantam in Romana repub. contigisse, de cultura agri pracipere principale etiā, ut Plinius dicit fuit, apud exteros: siquidem & reges facere, Htero Philometor, Attalus, Archelaus. Vnde non iniuria Xenophonti, quemadmodum testis est M. Tullius in Catone, nihil tam regale videbatur, quam studium agri colendi. De laudibus hactenus. Agriculturā primum omnium teste Diodoro in 1. Osirim, qui & Dionysius dicitur, reperisse ferunt. Affirmat item Tibullus, ita scribens:

Primus aratra manu solerti fecit Osirū,

Et teneram ferro sollicitauit humum.

Primus in experta commisit semina terra,

Pomāque non notis legit ab arboribus.

Sed hoc, ut opinor, apud Aegyptios tātummodo, sicut Triptolemus primus in Gracia & Asia, teste Iustino in 2. inuenit, de quo Ouidius in 4. Fa-

storum:

Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit.

Et seret, & culta premia tollet humo:

& in Latio Saturnus, ut suo loco dicemus. Sed omnium primā Cererē, quā, uti Ci. li. 2. de Natura deorū placet, a gerandis frugibus, quasi Ceres nominata est: mortales agriculturam docuisse testatur Virgilius in 1. Georgicorum sic scribens:

Prima Ceres ferro mortales vertere terram  
Instituit.

Testatur & Ovidius lib. 5. *Metamorph.*

Prima Ceres vinco glebam dimouit aratro,

Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.

Verum hæc haud scio quantum fide digna sint, quando illud verius esse duco quod Iosephus in 1. Antiquitatum tradit: dicit enim Cain Adâ filium omnium primum comperisse terram colere, primumq; terra terminos posuisse. Atq; hoc agriculturæ initium haud dubiè fuit. Quapropter, ut dubium non est, ex illis quos commemorauimus, deinceps agriculturam alios alys primos monstrasse credere par est. Sed iam ad alia quæ pertinent ad cultum agrorum, transeamus.

Quis primus mortalibus fruges & eas molendi, aut stercoreandorum agrorum, vel pinsendi frumenti vsum monstrauerit, & boves aratro iunxerit, aut ferramenta rustica inuenerit, vel cribra diuersi generis.

Cap. I. I.

**R**erum naturam primum homines glâdibus aluisse Plin. in proemio 16. lib. auctor est. Item & Naso testatur in 1. *Metamorph.* dicens: Contentiq; cibis nullo cogente creatis, Arbuteos factus montanaq; fraga legebant, Cornaq; & in duris hærentia mora rubetis, Et quæ deciderat patula Iouis arbore glâdes, Deinde inuentum est frumentum. Virgil. in 1. *Georg.*

Cum

--- Cum iam glandes atq; arbuta sacra  
Deficerent sylua, & victum Dodona negaret,  
Mox & frumentis labor additus.

Quod, ut Plinius lib. 7. dicit, Ceres, cum antea velut dictum est, homines glande vescerentur, inuenit. Eadem & molere, & conficere docuit, in Attica, Italia & Sicilia, ob id dea iudicata. Idè quoq; Maro affirmat & Diodorus volumine 6. scribens, Cere rem primam inuenisse vsum frumeti, quod fortè inter alias herbas nasceretur ignotum ceteris, docuisseq; homines seruandi ac serendi modum. Sed idem in Sicilia tantum placet esse inuentum, quoniam ijs in locis agreste triticum oriretur. Strabo etiam lib. 15. cum de India fecunditate loquitur, dicit in Musciani regione frumentum sua sponte nasci tritico persimile. Atqui idè Diodorus in primo, huius frugis inuentionem Isidi tribuit. Nec eò tamen, ut opinor, à priore sententia discrepat, quandoquidem ipse paulo superius Isidem dicit eandem esse quam Cererem nuncupant. Huic dea Ovid. non modò frumenti, sed omnium frugum vsum assignat.

Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.  
Verum Iustinus lib. sua epit. 2. scribit sub Erichtheo Athenarum rege, frumenti sationem apud Eleusim à Triptolemo repertam, cui scilicet teste Diodoro lib. 6. à Cerere mandatum fuit, ut id ab ea ante inuentum homines doceret. Sed idè Iustinus imbi diuersum sentiens, hoc potius Atheniensibus adscribere videtur, dicens: Primi lanificij

N. 3.

& olei & vini vsum docuere, arare quoq; & se-  
 rere frumenta, glande vescentibus monstraue-  
 runt. Cui Aristoteles consentit: aiebat enim, A-  
 thenienses (sic eos reprehendebat) frumenta &  
 leges inuenisse, verum eos frumentis quidem v-  
 ti, non irem legibus. Quod Diodorus probe decla-  
 rat in sexto scribens, Cererem post Siculos, vsum  
 frumenti primos Athenienses docuisse. Quo fieri  
 potest, ut secundum Cererem & Siculos, ipsi pri-  
 mi hoc alijs ostenderent. In Latio autem, teste  
 Macrobio, Saturnus omnium primus docuit, de  
 quo Eutropius ipse inquit: Saturnus adhuc ru-  
 des populos, domos edificare, terras colere, planta-  
 re vineas docuit, atq; humanis moribus viuere,  
 cum antea semiferi glandium tancummodo ali-  
 mentis vitam sustentarent. Vsum autem sterco-  
 randorum agrorum, teste Seruio super 9. Æneid.  
 Pitumnus inuenit, vnde & Sterquilinus dictus  
 est. Pitumnus verò eius frater pinsendi frumeti,  
 propter quòd à pistioribus colebatur. Pistores au-  
 tem siue pistores à veteribus vocabantur, qui tam  
 in pistino farinam pinsebant, quam ij qui panem  
 faciebant, coquebantq;. Hos Romani tardè publi-  
 cè habuerunt Plinius libro decimo octauo, capite  
 vndecimo: Pistores Roma non fuerunt ad Persicū  
 vsq; bellum, anno Urbis condita super D I X X.  
 Ad rē reuenio. Quamuis Plinius in 17. hūc ster-  
 corandi vsum à Homeri atate fuisse, & Augēā  
 regem in Gracia excogitasse, diuulgasse verò in  
 Italia Herculem tradit. Boues ad aratrum, Dio-  
 dorus

dorus libro quarto, & quinto, ait Dionysium se-  
 cundum ex Ioue & Proserpina genitum, vel, ut  
 alij sentiunt, ex Cerere, primum iunxisse, cum  
 terra prius manibus hominum coleretur: Plinio  
 verò libro septimo teste, aratrum Briges Athē-  
 nienis inuenit, ut alij tradunt, Triptolemus, de  
 quo Poëta in primo Georgicorum intellexit, cum  
 dicit:

--- Vnciq; puer monstrator aratri.

Quo in loco Seruius, Alij, inquit, Triptolemus,  
 alij Osirim, quod verius est: nam Triptolemus  
 frumenta diuisit. Tacuit autem de nomine, quia  
 non vnus in orbe aratri monstrator fuit, sed di-  
 uersi in diuersis locis. Ex quo Tragus prodidit  
 Habidem Hispania regem barbarum populum  
 primò docuisse boues aratro donare, frumentā-  
 que sulco serere. De Osire, ut ostendimus, scuit  
 etiam Tibullus. Caterum omnia ferramenta ru-  
 stica, quibus terra vertitur, simul, ut puto, cum  
 aratro Cererem comperisse: Virgilius proculdu-  
 bio hoc versu demonstrat:

Prima Ceres ferro mortales vertere terram  
 Instituit.

Quod vel Seruius approbat, dicens: Ceres pri-  
 ma genus agricultura hominibus indicauit:  
 nam quamuis vel Osirim, vel Triptolemum ara-  
 trum inuenisse dicant, illa tamen omnem agri-  
 culturam docuit: quia ferrum dicendo, omnia a-  
 gricultura ferramenta expressit. Verum aut illi,  
 quos commemorauimus, nouissimi: vel alij alibi

hæc cõmonstrarunt: nam vt Eusebij atq; Laëtã-  
tij testimonio constat, ante multas tempestates,  
quàm esset Ceres, Dionysius, Saturnus, Tripto-  
lemus, frumenti vsus apud mortales erat præfer-  
rim apud Hebræos & Ægyptios, vti ex Iospha  
cognoscere licet, Ille enim in secũdo, vbi, ne alius  
repetã tradit, quem admodũ Iudæa caritate an-  
nona laborãre, Iacob ad emendũ frumentũ filios  
in Ægyptũ miserit. Ex quo cũ Hebræi, vt su-  
periore capite indicauimus, primi omnĩũ terrã co-  
luerint, porro extrã omneq; cõtrouersiam credi-  
bile est, ab eis tum agrorũ culturã, tũ fruges ac  
molẽdi vsus, tũ & ferramẽta rustica ad posteror-  
manasse, & hos ea ipsa (nulla enim ars, vt Fa-  
bius ait, intra initiũ suũ stetit) deinde adauxisse.  
Cribrorũ genera, teste Plinio lib. 18. ð seris equo-  
rum Gallia inuenit. Hispania ex lino excussoria  
ad excutiendã farinã, & pollinaria ad purgãdũ  
pollinã, id est, crassiusculũ puluerẽ. Ægyptus verẽ  
ex papyro tuncõq; postea ex pellib. suillis Italia.

Quis primus vites & alias arbores plan-  
tauerit, earũq; insitionem docuerit, & vsũ  
vini repererit, & vino aquam miscuerit, dẽ-  
que nouo vitandã ebrietatis modo, & qui  
caupones primi, vel quis oleam & vsũ olei  
& mel adinuenerit, vel ex hordeo potum fe-  
cerit, atque lac cõegit.

Cap. III.

Et si

ET si abundẽ videtur natura homini suppedi-  
tasse, cũ meum principio talem procreauerit,  
vt ipse ex omnibus animantibus, vnus ratione,  
sicut ait Cicero, ad Deum quamproximẽ accede-  
re possit, tamen cũ statim genitus nullo foret  
subsidio fultus, (carebat enim indumẽtis, adibus,  
igne, cibo, præterquã in diem quæsito, multis de-  
nique rebus vitã necessarijs, quas deinde vrgen-  
te necessitate, qua rerum magistra est, ipse inue-  
nit) non facile est, vt Plin. in initio 7. libri perhi-  
bet, estimare, natura homini melior parens, an  
tristior nouerca fuerit. Fatendũ est tamen, si nos  
his qua illa nobis tradidit, contenti essemus, lon-  
ge meliũs res sese habituras. Nam, vt de cateris  
sileã, ecquis modo fieret remulãntus, quod sædis-  
simũ est vitã de honestamentũ, sexcentorũq;  
vitiõrum origo, si aquam primum à natura po-  
tum homini datum non vinum potaremus, cuius  
vim, vt infra dicemus, eius etiam primus inuen-  
tor rurpiter perpressus est? Quare diuus Hierony-  
mus ad Eustochiũ de virginitate seruanda, in-  
quit, sponsa CHRISTI vinũ fugiat pro vene-  
no, hæc aduersus adolescentiã prima arma sunt  
demonũ: nõ sic auaritia quatit, inflat superbia,  
delectat ambitio: facild alijs caremus vitijs, hic  
hostis nobis inclusus est: Et infra subdit: Vinum  
voluptatis incendiũ est, vnde proximus à Libero  
patre intemperantis gradus ad inconcessũ Ven-  
erem esse consuevit. Propter quod matronæ Ro-  
mana vino se abstinebant: quod tamen haud  
N s obesset.

obesse, si esset, ut par est, modus in rebus; nā auctore Plin. nō est quicquā aliud vino modicē sibi pro vtilius. Quinetiam Persa existimabant fomitem esse quendam & incitamentū ingenij virtutisq; sē mēs & corpus hominis vino flagraret, qui teste Strab. lib. 15. Geograp. de rebus maximis inter vinū consultabant: quas ipsi firmiores putare, quam qua in sobrietate fuissent deliberata. Caterum Plato vinū magis senibus vtile esse dicebat, qui illud in dialogo 2. de legibus, non facillē vendam concedit iuuenibus, item militibus in castris, senis, magistratibus, gubernatoribus, iudicibus, consiliarijs, & liberis operā daturis, quia partus gignū debet ex moderato purō que semine, quod vino refertus, quasi rabie concitatus, ferere minus potest, vnde filij saepe fatui & amētes procreantur. Sed iā ipsum vini inuentorē indicemus. Vites & vini vsum, atq; caterarū arborū fructū Dionysium inuenisse Diodor. lib. 4. auctor est, ubi dicit, Dionysū orbem cum exercitu perambulātem, & vitē plātare, & ex racemis vinū torculari, ex quo ipsum Lenaum appellant educere monstrasse. Et alibi vinū reperisse, & arborū fructus testatur. Quauquam idem alibi dicit, vites ab eo non esse satas, verū terrā cum cateris plātis sponte sua tulisse. Item Virgilius hunc vitium ac reliquatū arborum inuentorem fuisse, asserere videtur cum de vitibus & alijs arboribus scripturus, statim in principio 2. lib. Georg. dixit,

Nunc te Bacche canam. Caterum Capella  
de

de nuptijs Mercurij, tradit eum apud Gracos rāctum primum vini vsum edocuisse, sicuti Saturnū apud Latinos Seruius in 8. Aeneidos, & Eutropius testimonio sunt. Alij Icarum Penelopes patrem apud Athenienses id reperisse tradunt, eūmq; pōt dedisse pœnas à colonis ebrijs interemptum, Propertius in fine lib. Eleg. 2.

Icare Cecropijs merito ingulate colonis, &c. At Atheabus ait apud Aetnam montem Sicilia vitem inuētā, quod cum Orestes Deucalionis filius eō regnatum venisset, eius canis ramū fortē euellit, quem ille defodi iusserat, & inde vitū germinata, qua à nomine canis œnor appellauit. Vnde apud veteres Gracos vitis oīvo vocabatur, & oīvos vinum dicitur. Idem in Aegypto apud Plinthinam ciuitatem, vinam primō reperitum tradit. Ad Gallos primum ferunt vinum detulisse Aruntem Tyrrhentū. Is vir nobilissimus à Lucumone alumno suo dome pulsus, ad Gallos confugit, eisq; dulcedine vini alleētis facillē persuasit, ut sibi auxilio in Italiam venirent, qui illuc factō agmine concurrentes postea pulsus Tyrrhenis, ea terra potiti sunt. auctor Plutarchus in vita Camilli. Quidam autem ex arboribus alimēta hominibus à Seculo Venti filio reperta volunt: auctor Eusebius in primo de Preparat. euangel. Culturas earum vel aliarū arborū, teste Plin. in 7. Eumolphus Atheniensis docuit: quāuis verisimilius sit, id Dionysium priorem praestitisse mortalibus qui eas, ut ferunt, arbores plantauit.

Inse

Inserēdi autem arbores modū primus docuit Saturnus, testis Macrobius lib. Sat. primo, ita scribens, Huic Deo insitiones surculorū pomorumque eductiones, & omniū eiusmodi fertilium arborū tribuunt disciplinas. Insitionū verō, ut Columella libro suo de Arboribus tradit, tria sunt genera: aut enim fissam in arborem surculi inseruntur, aut inter lignum & corticē ponuntur, aut gemma alterius arboris, sed astitio duntaxat tempore in cortice alterius intercludiūtur. Sed hac apud posteros inuenta, cum satis constet Noë statim atque egressus est ex arca, terrā studiosē coluisse, atque vineā primū omniū sua manu seuisse. Unde arguuntur, qui auctorem vini Liberū putant. Quae ex vinea cum primum fructū cepisset latus factus bibit usq; ad ebrietatē, iacuitq; nudus, id quod Iosephus in primo Antiquitatu tradit. Cauponam, id est, tabernam vinariam, primi aperuerūt Lydi populi Asiae, ut ait Herodotus, quod credo, suis ludis locū idoneū haberent: nā, quem admodum supra demonstrauimus, varia ludorum genera inuenerant, quippe tale opus in cauponis maximē semper feruet. Vino aquam admisceri, Staphilius Sitheni filius, ut prodit Plinius in 7. insituit: cuius rei Diodorus luculenter in 5. cum de Dionysio loquitur, rationē reddit: Alium cum purum in caenis vinum detur, omnes Deū sospitē optare bibenti: cū m verō post caenam aqua mistum sumitur, Iouē vocare seruatorem: nā puri vini potus ad insaniam redigit, aqua verō mistus

volu

voluptatem latitiamq; affert, & prohibet insaniam. Vade in conuiuijs aquam vino admiscendi mos fluxit, medicamentum vique praecipuum ad ebrietatem vitandam: sed aliud ponit Plinius lib. 30. cap. 14. scribens: Hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus, & in vino quod bibatur inspersus, securos praestabit à temulentia. Inuenit hoc Horus Assyriorum rex. Potum ex hordeo, ut idem ait, Dionysius, id est, Liber pater, primus confecit, quē teste Eusebio in 2. de Euāg. preparat. ceruisiam vocant, secundum Diodorum, Zythū, dicunt paulum à vini sapore differentem. Olim in primis fuit communis Aegyptiorum potus, auctores Herod. & Strabo. Quod Dionysius potio- nis genus eos potissimum cōficere docuit, quorum regio vites non ferret. Quapropter hodie Angli, Scoti, Hyberni, item Galli, Germanique omnes Oceani Occidentalis Septentrionalisque accola, eo utuntur potu qui aduectitij tantū vini copiā habent. Sed Germani dum ceruisiam faciunt, admiscēt frugibus herbam lupum, quam vulgō lupulum vocant: hac enim reddit potum salubriorem. Quamquam Dioscorides non valde potionē probat, ita lib. 2. scribens: Ex hordeo potus sit qui solus nominatur: us urinam cit, renos & neruos tentat, membranis praesertim cerebrum vestimentibus officit, inflationem parit, vitiosum succum creat, elephantiasin gignit, qui eo potus genere perliuitur, agilis, & ad opus obeundum expeditus euadit. Hac ille. Sed eam vim Zythus in 305

Minus habere videtur, qui à pueritia eo sunt usi. Oleam autem Minerua Athenis inuenit, Virgil. --Oleaq; Minerua Inuentrix, in hunc sanè modum, cum enim Neptunus atque Minerua, teste Seruio de Athenarum nomine contenderet, placuit dijs, ut eius nomine appellaretur urbs, qui minus melius mortalibus attulisset. Neptunus percusso littore, equum animal bello aptum produxit. Minerua iacta hasta, oleam creauit, qua melior iudicata fuit, propterea quod est insigne pacis. At Diodorus in 6. dicit Mineruam non creasse primum oleam, sed inter alias arbores natam monstrasse mortalibus, quibus ignota esset. Et enim, uti nos infra aperte ostendemus, ante huius dea ortum, erat hac arbor cum alijs syluestribus immixta olei tamen usus, ut Diodorus ait, aberat cum esset ignota; & eo pacto illam olei exprimendi modum comperisse ferunt. At Cic. lib. de Nat. deor. 3. Aristaeum Apollinis filium oleam inuenisse tradit. Oleam verò, quanquam ipse Diodorus, ut monstrauimus dicit Mineruam reperisse, tamè li. 3. hoc Aristaeo assignat, sicut lac coagulare, atq; mel conficere: quod Iustinus in 13. etiam tradit, quamuis in 2. uti antea diximus, olei usum Athenienses inuenisse prodit. Plinius verò in 7. scribit oleum & trapetes, hoc est, molam oleariam, Aristaeum Atheniensem, item mella inuenisse. Oleam praeterea longo tempore Athenis tantum reperiri, testatur Herodotus, qui libro 5. dicit, Epidaurios cum eis de agrarum sterilitate oraculum consulentibus

Pythia

Pythia iussisset, ut Damia & Auxesia simulachra ex ligno olea erigerent, quoniam ferebatur nusquam gentium nisi Athenis, illa tempestate oleam esse, rogasse Athenienses, ut sibi permitteret oleam incidere. Quod aequè falsum esse ex Iosephi testimonio deprehenditur, ac illud Mineruam vel Aristaeum hanc arborè, aut olei usum primum monstrasse: is enim in primo Antiquitatum scribit, Noè, cum iam recederetibus aquis, arca in Armenia super verticem cuiusdam montis refudisset, emisit se columbam, & eam mox oleam amicum ferentem ad illum redisse. Quo quidem tempore, ut palam est, nondum erant Athenae. Deinde in 3. eiusdem operis, docet Moysen in sacrificijs oleo esse usum, ad lumina seruanda: post quem auctore Eusebio in 10. de Praepar. euang. Apollo Aristaei pater genitus est, Ex qua credere conuenit, Mineruam & Aristaeum in Graecia duntaxat hac primum monstrasse. In Italiam olea omnino tarde peruenit: nam Theophrastus, teste Plinio in principio 13. libri, urbis Roma anno circiter CCCCXL. negauit, nisi intra XL. millia passuum à mari nasci. Fenestella verò dicit, hanc arborem omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco regnante ab anno populi Romani CLXXII. Mel & lac cogere Aristaeum omnium primum comperisse, Diodorus & Plinius auctores sunt: cum quibus consentit Iustinus in 13. licet lib. 44. usum mellis colligendi Gargori regi Curietum attribuat, qui in Hispania saltus Cartesiorum incoluit.

Sec

Sed hic, ut opinor, tantum in Hispania primus fortasse huius rei auctor fuit. Verum hac Hebrais potius assignauerim: siquidem, teste Iosepho, & mortalium omnium primi pastores fuerunt, & apud eos multo ante Aristaeum mellis usus fuerat.

A quibus quaedam peregrinae arbores in Italiam translatae. Cap. II II.

**A**Rbores tam magno sunt mortalibus usui, ut sine quibus vita degi non possit: arbor enim, ut Plin. ait, sulcamus maria; terram vertimus, tecta aedificamus, simulachra deorum conficimus: arbores praeterea communem animantibus victum suppeditant, quarum aliae peregrinae sunt, de quibus hoc loco carpitim ac breuiter dicemus. Haec aliae alibi nascuntur: quia non omnis terra, sicuti potest a inquit, omnia ferre potest. Ex quo multa in Italia aliunde translata sunt, sicut cerasus, quam L. Lucullus post victoriam Mithridaticam teste Plin. l. b. 15, anno urbis DCLXXX, primus vexit ad Pto. Testatur etiam D. Hieronymus ad. Marcel. sic lepidissime scribens: Accepimus & canistrum cerasus referri talibus, & tam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc a Lucullo delata existimarē: siquidem hoc genus poma Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunto primus Romam per tulit: unde & de patria arbor. nomen accepit. At annis CXX, post trans Oceanum, in Britanniam usque peruenit. Et zizipha & tuberos malorum genera, haec ex Africa, illa ex Syria, Sex. Papinius nouit

nouissimis diui Augusti temporibus primus attulit. Et armeniacus & persicus arbores, quae ex nomine ipso peregrinae esse apparent, quis tamen eas transtulerat non facile dixerim. Multa etiam ficorum genera sunt, quae ex alijs gentibus ad nos peruenerunt, incertis propemodum auctoribus, teste Plinius. Sed Platanus imprimis ex ijs quae aliunde uicta sunt, mirum in modum celebrata est, quae ut ad nos uenerit, aut quantum ei honoris accesserit, Plinius in 12. docet, sic scribens: Sed quis non iure miretur arborem umbram gratiam tantum ex alieno petitam orbe: platanus ea est. Haec per mare Ionium, in Diomedis insulam eiusdem tumuli gratia, primum inuecta, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiae, et ad Morimos usque peruecta, ad tributarium etiam pertinens solum, ut gentes uictigal & pro umbra pendat. Dionysius prior Sicilia tyrannus Rhegium in Urbem transtulit eas domus sua miraculum & reliqua. At nihil ad nostram laurum, quae nonnullis in locis aliquando in peregrinis arboribus fuit, dicente eodem Plinio: Notatum antiquis, nullum genus lauri in Corsica fuisse, quod nunc sacum & ibi prouenit, &c. Haec, inquam, post hominum memoriam, felicissima arbor est, ad cuius comparationem platanus nihil: quippe non unam habet laurus dotem, dicatur enim triumphis, quando triumphantes ea coronati erant: uales aduersus fulmina, quare ante limina excubat. Quapropter ferens Ti-



berium & Casarem tonante calo, consueuisse lau-  
rea uti corona. Item exornat domos, & idcirco  
Casarum pontificumq; olim ianitrix erat. Quin  
& pacifera habetur, quam prætendi inter ar-  
matos hostes, quietis sit indicium. Romanis pra-  
cipuè latitiae victoriarumq; nuntia, addebatur  
lituis militumque lanceis, ac Imperatorum fasces  
decorabat: abdicat insuper ignes crepitum, & de-  
restatione quadam, & denique Apollinis est ar-  
bor. Quas ob res tantum est huic arbori semper  
honoris habitum, ut eam prophætis visibus pollui  
fas minime esset, vel quòd fortasse unius arbo-  
rum latina lingua nomen viris imponatur, &  
cuius folium vocetur Laureæ. Appellati su-  
prà nostram Laurum, utpote quam nostra Ver-  
giliana familia nomini sacram mei maiores unà  
cum duobus lacertis, insigne gentis, ratione  
non inani habuere, id quod carmen illud in-  
dicat.

Sû Laurus virtutis honos pergrata triâpbia,  
Ianitrixque domus, fulmina dira fugo.

Hostibus immissa & pacè, requiemq; laborû,  
Victori palmam latitudinèq; fero.

Phœbus amat Laurum, & capitis nos illius  
instar,

Formosam gerimus tempus in omne comâ.  
Ecce mea gemini ludunt sub fronde lacerti,

Qui mecum quare hæc, accipe, signa colât.  
Ver ago perpetuum; hi primo ver tempore  
monstrant,

Vnde

Vnde tenet nomen Virgiliana domus,

Qua tam immota diu ca, uraque tēpore nullo  
Stabit, quàm viridi fronde perennis ero.

Quid, quòd præterea malorum firorumq; gene-  
ra, penè infinita quotidie atq; huc atque illuc de-  
feruntur, quarum nonnulla ab auctoribus, ut  
appia, & pipina, quædam à sapore, ut quæ ferunt  
melimela, alia ab odore, alia à colore nomina ha-  
bent. De his satis superque non est enim suscepti  
operis munus, peregrinas arbores describere: sed  
hæc quando ad agriculturam attinent, perstrin-  
ximus, ut illi quos res rustica delectat, plurimas  
arbores quæ modò ubique gentium abundant,  
aliunde originem habuisse intelligerent.

Quis primus animalibus, rebûsque alijs  
nomen imposuerit, & de primo immolan-  
di instituto, ac carniæ esu, vsûque victus  
delicioris, & morè nominandi eum, cui  
in conuiuio poculum tradatur, ac de vsû  
venandi, piscandi, & falis inuentione, &  
quis apud Romam, auararia ferarumque vi-  
uararia instituerit, aut quæ animalia legio-  
num insignia fuerint.

Cap. v.

Quoniam rus diuersi generis animalibus a-  
bûdat, quæ veluti humana vita necessariis  
Deus finxit, consentaneum est ut summarim de  
ijs aliquid dicatur. Animalibus itaque simul ac  
O 2 creatura

creata sunt, Adam teste Iosepho in primo Antiquit. & Eusebio in II. de Preparat. eorum nomina imposuit, quibus etiam nunc vocantur: impositus & rebus alijs, quibus iam tum vni ceperat, quod à vero non vtiq̄ abhorrere existimandum est: nam multis rebus cum ipsi Adam, cum eius filijs opus fuerat, quæ sine nomine inter nosci minimè potuissent. Istuc autem facere, teste Cicerone in Tuscul. summa sapientia visum est Pythagoræ. At animalia secundum Plinium volumine 7. Hyperbius Martis filius occidere primus instituit sicut Prometheus bouem. Quod magis Abel Adam filio tribuerim, qui omnium primus, ut Iosephus est auctor, primogenita suorum gregum Deo immolauit. Manavit postea ista immolandi mos tam ad Abel posteros Iudaos, quam ad alias quoque gentes, rei que apud eas initium fecit suillum pecoris genus, si Varroni credimus, qui lib. de Rustica 2. eius opinionis argumētū surrit ex eo, quod initius Cereis, porci immolabantur, quod in fœdere ferièdo porcus occidebatur, quod in coniunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus primum porcum immolabat, quod denique prisca Latini, & etiã Græci in Italia idem faciuntabant. Et illi porci ad sacrificium electi, eximij porci dicebantur, quod ut maiores & optimi de grege excimerentur. Ritibus vero sacrificandi talis erat: primum laes manus, hostias pura aqua purgabam fruges capitibus eorum inspergentes: deinde precabantur

bantur, votaque nuncupabant, postea hostiarum tempora vestibus percutiebant, ac occidentes membratim diuidebant, ita primitias ex omnibus membris & extra collecta postquam farris inuoluissent farina, proiciebant diis, in altaria, focumve, aut aras, hoc est, vasa, quæ tripodes dicebantur, atque postremò succendebant vna fundentes. Huius moris meminit Virgilius, cum diis marinis sacrificium feret:

Dij quibus imperium est pelagi, quorum a-  
quora curro,

Vobis laurus ego hoc cadentē in littore taurum  
Constitnam ante aras voti reus, extaq̄ salos  
Porriciã in fluctus, & vina liquentia fundã.  
Qui verò immolabant, non deos modò voce precabantur, sed etiam aras manibus prehendebat

Idem:

Talibus orantem dictis arãque tenentem.  
Quapropter Varro scribit, aras primò ansas dicitas, quod à sacrificantibus tenebantur, quæ deinde mutatione literarum, arã vocata sunt. Et is hostiarum etiam humanarum diis immolanda- rum modus, quem Homerus in sua poësi posuit, & Romani quoque, teste Dionysio Halic. lib. 7. usurparunt. Carnes autem sub Saturno, hoc est, in aureo seculo cum omnia humus funderet, nihil comedis, sed vniuersos vixisse frugibus & pomis, quæ spontè terra gigneret, auctore dicit Hieronymo aduersus Iovinianum, testatur Diacaarchus in libris Antiquitatum, & descriptio-

ne Græcia: & Asclepiades Cyprius, ætate qua Pygmaleon in Oriente regnavit, scribit Usur comedendarum carniū non fuisse. Cheron Stoicus de Vita antiquorum Ægypti sacerdotum scribens, narrat eos ex eo tempore quo cœpissent diuina cultui deseruire, carnibus & vino se abstinnisse: ouī quaque pro carnibus vitauisse, & lac, eorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicentes colore mutato. Brachmana apud Indos teste Eusebio lib. 6. de Preparat. Euang. nihil animatum edebant. Iosephus lib. 2. de bello Iudaico, & in 13. & 18. Antiquitatis describit sectas Iudaicā, Pharisaos, Sadduceos, Essenos: quorum nouissimos fert ad cælum laudibus, propterea quod ab uxoribus, & vino, & ut Hieronymo placet, carnibus semper abstinnuerunt. Nec etiam, sicut idem sentit, Hebraice populo statim post peccatum Adam, ut carne vesceretur, à Deo concessum est, hoc est, non ante tempora Noe. In Creta, ut Euripides tradit, Iouis propheta non solum carnibus non vescebantur, sed ne coctis cibis quidem. Herodotus verò in primò, Babylonias piscibus olim tantum victitasse dicit. Xenocrates autem philosophus ex Tripolemi legibus apud Athenienses, tria duntaxat præcepta in templo Cereris Eleusina, remansisse scribit: Honorandos parentes, venerandos Deos, carnibus non vescendum. Lacedæmoniorum etiam mensa summa frugalitatis erant. Multa denique huiusmodi continentia exempla referre

ferre possem, quæ in præsentia non inuitus consulo emitto, nonnulla post ad hæc additurus, cum de modo Christiana abstinentiæ tractabitur in libris insequentibus. Secundas mensas, quæ bellaria nuncupantur, Iones primi omnium teste Val. Max. inuenerunt. Eadem & unguenti & coronarum in conuiuio dandarum consuetudinem, haud parua luxuria inuitamenta repererunt, quamobrem Spartana ciuitas, ut idem auctor est, seuerissimis Lycurgi legibus obtemperans aliquid in ciuium suorum oculos à contemplanda Asia retraxit, ne illecebris eius capti ad delicatius vita genus prolaberentur: utpote quæ audierat lautitiam, inde etiam immodicos sumptus, & omnia non necessaria voluptatis genera fluxisse. Quæ ea omnia ipsa tamen Sparte non potuit ita abstinnere, quin postremo receperit: siquidem apud Græcos passim conuiuia magnificè & splendide concelebrabantur, quorum moris fuit nominare eum cui poculum traditur erant, quod unà biberent. Mos iste hodie ubique propè gentium retinetur, sed certè quidem nescio quàm salubriter, ne dicam, quàm prudenter, ut quis edendo cogatur pro alterius arbitratu bibere. Nam idcirco cibum potumque capimus, ut corpus nutriatur: quare aquè debemus cibum potione temperare, atque fabricator murorum temperationem facit aqua, arena, & calx, quæ si nimis dura aut liquida sit, ut tenacior non est ad consolidandum murum, sic cibus multo li-

quore in stomacho fluctuans minimè alit. Fuit r-  
 lius ipsorum Græcorum mos valde quidem la-  
 nestus, ut in conuiuio virorum non accumberent  
 mulieres; auct̄or M. Tullius in Tuscul. & in Ver-  
 rem. Redeo rursus eodem. Vnde postea ad Roma-  
 nos hanc mali contagionem transisse verisimile  
 est apud quos indies magis magisq; latius serpe-  
 re; nam tanta erat conuiuiorum luxuria, ut fa-  
 cile una mensa patrimonium et si amplum, ab-  
 sumeretur, magnūque sæpius respub. detri-  
 mentum pateveretur. Quare Cato verus in hac  
 parte vates, teste Plutarcho, aiebat, difficile esse  
 eam Rempub. saluam fore, ubi pisciculus plu-  
 ris quam bos vanit. Quod Iuuenal. satyra II.  
 conquirens inquit:

Multos porro vides, quos sæpe elusus ad ipsum  
 Creditor introitum solet expectare macelli,  
 Et quibus in solo viuendi causa palato est.  
 Egregius cœnat, meliùsque miserrimus ho-  
 rum, &c.

Ex quo multa leges quas Cato cibarias vocat,  
 de coërcendis sumptib. latæ sunt. Sed quid de Ro-  
 manis loquor? nõne illa Cleopatra luxuriosissi-  
 ma centies sestertium, ut testis est Plin. in 9. hoc  
 est, centies centenis sestertis, qua faciunt ducenta  
 quinquaginta millia aureorum nostrorum,  
 cœnata est; hausto unione pretiosissimo? At, ut  
 veterum mores omittamus, que atas unquam  
 maiore, aut cura, aut luxu gula indulsit, quàm  
 nostræ? palati enim causa totum percurrimus  
 aquor,

aquor, & ut ait Hiero. propter breuem gula vo-  
 luptatem, terram Iustramus & maria, & ut  
 mulsum vinum preciosusq; cibus fauces nostras  
 transeat, totius vitæ opera desudamus. Iuuenal.

Interea gustus elementa per omnia querunt.  
 Verius vero igitur est quod Socrates dicebat.,  
 multos propterea velle viuere, ut essent & bibe-  
 rent: se autē bibere atque esse, ut viueret. Possem  
 in hoc loco multorum inuitamentorum gula in-  
 uentores prodere, quos tamèn malo in tenebris  
 iacere, quàm eos nominando, tot conuitiis obno-  
 xios reddere. Vsum venandi & piscandi, quidã,  
 teste Eusebio, in 1. de Preparatio. Euang. apud  
 Phœnices repertum volunt: veluti salem & eius  
 usum Misor & Selech inuenisse dicuntur. Roma  
 pauonem @ Hortensius augurali cœna primus  
 posuit, auctores Varro in 3. de Agricultura, &  
 Plinius in 20. & Macrobius libro Saturn. 3. A-  
 niaria, hoc est, loca in quibus domi aues educan-  
 tur, primus, teste Plinio, instituit, inclusis omniū  
 generum auibus. M. Lælius Strabo Brundisij  
 equestris ordinis. Habuit etiam Roma Alexan-  
 der Imperator voluptatis gratia: auct̄or Lam-  
 pridius. Ex quo ceptum est animalia carcere  
 coërceri, quibus natura cælum aut terram assi-  
 gnauerat: nam & leporaria, id est, viuaria ferarum,  
 muris undique septa, auctore Plin. in 8. à  
 Fulvio Hirpino primum condita sunt, ut etiam  
 hodie nonnulla in Italia extant: diuus enim Fe-  
 dericus dux Urbini duo equidem fecit, in quibus

omne ferarum genus inclusit, ut quoties per negotia liceret, animi causa, se honestissimo huiusmodi venationis genere exercere posset. At alibi, & praesertim in Anglia, passim eiusmodi vinaria sunt, quae cum robor eis sudibus septa sint, veterè veteri vocabulo roboraria dici possunt. Et hac loca Angli in summis cum voluptatibus tum opibus habent, quando nulla apud eos videtur magnifica villa, quam vinarium ferarum, ceruorum & damarum non ornarit. Non est insuper ab re demonstrare, tantum honoris quibusdam accessisse animalibus, ut legionum Romanarum insignia forent: erant enim signa, lupi, minotauri, equi, apri, & aquila, quam legionibus C. Marius in secundo consulatu suo proprie dicauit: auctor Plin. lib. 10. Natur. histor.

Quis primus inuenerit linum, retia, nendi, texendique modum, vel artem fulloniam, & saponem: aut qui lanas infecerint, aut repperint lanificij, vestiumque variarum, ac pellium vsu, fufos, aulæa, futorium artem, fericam, & quando eius copia per Europam fieri cœperit, ac bombycinam vestem, atque purpuram, & quid ipsa sit purpura, ac quanto in honore olim, & pretio fuerit.

Cap. VI.

Mille

Mille lini vsus sunt, sed praesertim in velis faciendis, quod execratione dignum est, ad perniciem hominum. Quod enim maius miraculum videri potest, quam ut herba sit hoc linu, quae eatenus Aegyptum, Syriam, Africam, Hispaniam, Galliam Italia admoveat, ut multi paruo quidem temporis spatio, ad ea ipsa loca leuissimum etiam ventorum flatu perueniant? Audax itaque vita & scelerum plena, ut Plin. ait, aliquid ferere voluit, ut ventos, procellasque reciperet: ita enim tam paruo semine nascitur, quod orbem terrarum ultro, citroque portat, hominemque ipsum, perinde quasi parum fuisset in terra mori, cogit perire in aquis, ubi insepultus à monstria marinis voretur. Propter quod Plin. ait, haud se scire quae execratio satis esset contra inuentorem. Sed ad rem veniamus. Linum Arachne virgo, quae Lydia fuit, omnium prima, teste Plin. lib. 7. inuenit, quanquam eius vsu apud Hebraeorum antiquissimos multo antè fuisse comperimus. Hæc lanificij peritissima Mineruam in certamen prouocauit, à qua in bestiolam, quae araneola dicitur conuersa est, auctor Quidius in 6. Metamor. Hæc eadem retia inuenit, quae feris, auibusque, atque piscibus capiendis tenduntur. Nendi autem, texendique artem Palladem instituisse nemo ambigit, quippe quae Mineruæ ars nominatur. Quod innuere videtur Naso in primo de Arte amandi his versibus:

Quid

*Quid facis Æacide? non sunt tua munera la-  
na.*

*At titulos alia Palladis arte pete.*

*Et Ansonius libro primo:*

*Litia qui texunt, & carmina, carmina musæ,  
Litia contribuunt casta Minerva tibi.*

Plinius tamen in 7. dicit Ægyptias textilia com-  
perisse, qui etiam plurimis litis texere, quæ wo-  
dura vocant, simul instituerunt: idem auctor  
lib. 8. Fulloniam artem Nicias Megarensis inue-  
nit, quam qui exercent, fullones nominantur: ij  
vestimenta curant, poliunt que, & ad id saponem  
vtuntur, quem Plinius lib. 28. cap. 12. à Gallis  
inuentum tradit. Græcè dicitur οὐῖγυα, quic-  
quid purgat. Idem lib. 27. cum de osyris herba  
foliis & semina tractat. Smegmata, inquit, faci-  
unt mulieribus ex his. Lanam infecere primum  
Sardibus Lydi, auctor Plinius. Vsum verò lanifi-  
cij Iustinus lib. 2. Athenienses primos docuisse  
tradit. Quod ergo Minerva potius tribuerim, si-  
quidem ille erat antequam Athena condita fo-  
rèt: & quoniam lanificium callebat, credibile est  
eam primum lanificium monstrasse, præsertim A-  
theniensibus, apud quos castissimè colebatur.  
Quapropter Iustinus, ut puto facillè intelligit A-  
thenienses lanificij usum primos post Minervam  
docuisse, veluti eos auctore Diodoro, primos secū-  
dū Cereræ, vel Siculos, frumentū monstrasse pro-  
bauimus. Fusos in Lanificio reperit Closter filius  
Arachna, testis Plin. Illud quasi præteriens non  
omittam,

omittam, olim in plerisque Italia locis, lege paga-  
na sancitum fuisse, ut ne mulieres fusos per itine-  
ra ambulantes torquerent, nèue detectos ferrèt,  
quod id aduersaretur omnium spei, præcipuè que  
frugū. Hinc cognoscere licet, quàm vana fuerit  
veterum religio: hodie enim Italica mulieres il-  
lud passim faciunt sine tamen alicuius rei male-  
ficio. Aula ornamenta quibus præietes & aula  
reguntur primum, teste Seruio super 3. Georgi-  
cor. in aula Attali regis Asia, unde nomē habet,  
inuenta sunt, postquam is populum Romanum  
fecit heredem Sutoria artis inuentionem Plinius  
nescio cui Boëthio assignat: ego verò dixerim He-  
bræos primos sutores fuisse, quando satis constat  
Mosen calceatum exitisse, cui voluit in Exodo  
cap. 3. patet, dictum à Domino: fuerit, Soluè cal-  
ceamentum de pedibus tuis. Vestium usum Pal-  
ladem inuenisse Diodorus lib. 6. auctor est. Sed ut  
ait Eusebius, cum de reb. Phœnicum in 1. de E-  
uang. præpara. scribit Vso ex Siculi genere ortus  
traditur primus corporibus tegmina ex pellibus  
ferinis confecisse. Quod ego illi apud Phœnices  
duntaxat tribuendum duco, quando Adam pri-  
mus à Deo creatus pelliceam sibi vestem fecit,  
quod proculdubio vestes faciendi posteris exem-  
plar extitit: Præterea, quoniam de vestibus facta  
est mentio, videtur locus exigere, ut singulorum  
vestimentorum inuentores: prodamus. Latruscla-  
nus primum repertus est ab incolis Balearium  
insularum, quo Caius Casar, auctore Tranquil-  
to, 3d.

lo, ad manus simbricato usus est, & à latis clavis, qui eius vestitus tunica inserti erant, nomen habet: unde tunica laticlavi palmata à genere pictura dicta. Auri intexendi modum, uti Plin. in 33. & in 8. est testis. Attalus rex Asia inuenit, unde attalica vestes dicta. Acu facere excogitauerunt Phryges Idai, ideoq; Phrygiones vocati sunt & vestes ipsa phrygiana. Rectam tunicam Tanaquil prima contexit. Apud Gracos inuentum est palliū, sicut apud Hebræos pretexta: ita nuncupata, quod eius circuitus & ora purpura pretexta essent: & magistratum vestitus erat. Contrà toga pura dicebatur, cui nihil purpura foret pretextū, qua teste Plin. in 8. tyrones, ac nona nupta induebantur. Item colores diuersos intexere Babylonij cœperūt. Martialis: Veste Semiramia, qua variatur aciu. Undulatam vestem, qua toga regia dicebatur, qua Seruius Tullus usus est, fecit Caia Cacia, qua eadem Tanaquil vocata est: auctor Plin. in 8. & undulata dicta, quod undis aspersa foret, qua fit ex pilis hircorum, caprarumque. Hoc genus panninos symboloton vulgò vocamus. Dalmatica vestis longa, non admodum lata, à Dalmatis primum confecta. Gabanium à Gracis inuentum eiusdem ferè forma ac dalmatica est, manicis eius longitudinem aquantibus, quo Itali etiam nunc vna cum Gracis vtuntur. Eorūdem Gracorum inuentum fertur mantale, quod est genus penula, quam ipsi μάντιον vocant, nos verò

man

mantelum, at vulgò cappam, cuius nunc vbiq; gentium usus est per quam celebris. Bracca Galorum vestitus fluxus intonsusque ac varij coloris: unde pars Gallia frigidior Braccata appellata est. Sindonem ex lino amictum primum in vrbe Sidone factam constat, qua corpus Seruatoris nostri inuolutum Matthæus tradit. Hac de vestimentis, quorum auctores produntur, dicere habui. Erant vestes alia alijs peculiare, ut toga Romanis & Gallis, ex quo Gallia Cisalpina Togata nuncupata est. Togam autem ipsam Tertullianus lib. de Pallio, scribit à Pelasgis inuentam, ad Lydos primum, à Lydis deinde ad Romanos delatam fuisse, apud quos diuersa eius fuerunt genera. Tunica interior vestis sine manicis, senatoria, eadem nobis linea proxima narni est, quam camisiam vocamus. Bulla aurea puerorum nobilium. Romanorum erat, trabea triumphantium, lacerna ludorum spectantium: militum verò, paludamentum, chlamys, qua & Macedonum Gracorumque, abolla, lena, & sagum quod vulgò sayon vel cotta dicitur, à quo milites nostros sagatos appellamus. At stola matronarum erat, ad pedes usque demissa, extremaque in parte instita, fasciola, exornata. Atq; hac Romanorum, aliorumq; populorum vestimenta propria, qua vno altero ve tempore ab illis ipsis inuenta dixerim. Est & cilicium vestis genus, confectum ex villis hircorum atq; caprarum, quod teste Varroge, Cilicium, unde & quæ dicitur, primum inuenit,

inuenit, ut illud dense duplicatum adhiberetur ad sagittarum ictus excipiendos. In eo apud nos summa est sanctitatis tutela quando viri sanctissimi ad domandum corpus proxime carnem videntur. Pellium usus frigoris vitandi causa, olim apud Britanos fuit, quemadmodum in nostra angelica historia ostendimus. Item apud Schoytas, Ouidius de Trist. lib. 3. inter quos exulauit:

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis,

Oraque de toto corpore sola patent.

Apud veteres Romanos non fuisse testatur Traquilus, scribens Augustum solitum esse hyeme se quater tunicis munire, aduersus vim frigoris: quod utique non fecisset, si pellibus longè mollioribus viui nos fuisset. Postea Neronis temporibus ea mollitia apud ipsos quoque Romanos irrepfit, quando Seneca in episto. frigoris causa, meminit de pelliculis vulpium & murium Ponticorum, quas Itali Zebellinos, & alij praesertim Angli Sables vocant; quae ut quàm alia molliores ita praestiosiores multò sunt, sed longum est nimis facimus, non prae teribo tamen sericum, feminarum vitorumque luxuria vberissimum alimentum. Itaque Seres Srytharum populi, à quibus nomen habet, primum inuenerunt, dicente Plin. in 6. primi sunt hominum qui nascantur, Seres banicio. sylvarum nobiles perquam aqua depeccantes frondibus carnicem: unde geminus feminis nostris labor, dea dardie di flaxi. & ad hoc uocandi: tam multiplici opere.

opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat. Item Virgil. in 2. Georgicorum:

Velleræq; ut folijs depeccant tenuia Seres.

Ex his autem Virgilij verbis multi suspicantur huiusmodi velleræ non à vermibus, ut apud nos sunt, confici, sed sua sponte in frondibus illarum arborum nasci. Cui opinioni Solinus etiam suffragari videtur, cum scribat, Seres aquarum aspersione inundatis frondibus velleræ arborum adimiculo depeccere, liquoris & lanuginis teneram subtilitatem humore domantes. Verum Seruius hoc non minus scite quàm eleganter declarat super 2. Georgicorum, ubi Maro ostendit apud alias quoque gentes lanigeras arbores nasci, dicens:

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana? &c.

Ait enim: Apud Indos & Seres sunt quidam arboribus vermes, qui bombyces appellantur, qui aranearum more, fila tenuissima deducunt, unde est sericum. Hæc Seruius: cui Plinius suppetias ferre videtur, cum in 11. de bombice Coa loquitur, scribens: Et in Co insula nasci traduntur compressi, ter ebunt hi fraxini, quercus, florem imbribus decussum terra halitu animante. Fieri autem primo papilionis paruos nudosque mox frigorum impatientia villis inhorrescere, & aduersus hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radente foliorum lanuginem in velleræ. Hanc ab his quoque cogi, subigi, unguis carminatione,



mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine: & reliqua. Bombycinas igitur vestes à sericis non distinguunt, quas in filum retorquere, ac inde texere in Co insula Pamphila Platis filia inuenit: auctor Aristoteles de animalibus, & Pl. in 11. At serici vsus tardè omnino ad nos accessit, magnicè fuit pretij: nam vti Vopiscus testatur, Aureliano principe, qui regnare cœpit anno circiter salutis humana CCLXXIII. serici libra auri pondo, id est, libra vendebatur: quare in princeps modestissimus nunquam holosericam vestem, quæ tota ex serico intexta erat, indanere voluit, quæ paulo antè primus Romanorū Antoninus Helioababalus homo luxuriosissimus vsus est: auctor Lampridius, cùm id temporis tantum in vsu esset vestis subserica, cuius stamen ex serico foret: trama autem ex alia materia, cuiusmodi hodie pannum in primis conficiunt Flandri, quem Satin de Brugs vulgò appellant. Posthac, circiter annum salutis D LV. ingens serici copia per totam Europam fieri cœpit, cum per idem iter duo monachi, velut Pr. copius auctor Græcus tradit, vermiculorū semen, hoc est, oua ex Serinda India vrbe, ad Iustinianum Imperatorem Constantinopolim attulerint. Fit autem ex puro serico panni imprimis triplex genus, vnū vulgò dicitur rasum, quod in eo nullus vtrinq; sit pilus, apud alios vocatur satin: alterum damasci floribus intextum, quod Damasci in Syria oppido primò confectum sit: tertium villatum, id est,

villo

villosum, quod ex altera parte villos habet. Purpura verò quo pacto, & quando sit inuenta, est apud Pollucem lib. de Verbis idoneis ad Commodum primo, qui inquit: Tyri serunt capum amore Herculem cuiusdam Nympha indigena, cui nomen Tyros quem sequebatur sanis, qui irreptantem scopulis purpuram conspicatus peresa caruncula sua sibi labra cruore puniceo infecit. Cùm igitur adpuellam adisset Hercules, delectata illa insuetæ tinctura, affirmavit sibi cum illo posthac nihil fore, nisi ad se vestem afferret, etiam canis illius labris splendidiorum. Quocirca Hercules inuenta animatè, collectòq; sanguine, munus puella defulit primus, vti Syri dicunt, punicea infectura auctor. Sunt autem purpura, teste Plin. lib. 9. cap. 36. pisces ex concharū genere, quæ septem vt plurimum viuunt annos, congregantur verno tempore, mutuoq; attritu liquorem quendam veluti cera emittunt: sed nobilem illum succum quo vestes tinguntur, in medijs habent faucibus, quem cum vitæ euomunt, ideo vitæ capiendæ sunt. Hinc purpureus color, qui nigrantis rosæ splendore subluet. Est eiusdem concharum generis, sed non idem, maris piscis, qui & conchylium dicitur, cuius cruore conficitur color etiam purpureus, quem ostrum appellant. Ex quo à bonis auctoribus eiuscemodi piscium, purpura, muricis, conchylij nomina proprio colore passim usurpantur. Fuit Romæ purpura vsus, iam inde ab initio urbis condita, &

P. 2

f. 13

fringebátq; ab equite curiam, id est, inſigne e-  
rat Romanorum magiſtratuū, qua idcirco quàm  
plurima vendebatur: nam violacea purpura li-  
bra tempore Auguſti Caſaris centū denarij va-  
nibat, hoc eſt, decem noſtris coronatis aureis. Po-  
ſtea dibapha tyria, ita dicta quòd bis tincta eſ-  
ſet, & apud Tyrios inſectores optimos, in libras,  
ut inquit Plin. non poterat emi mille. denarij,  
id eſt, centum coronatis. Quapropter eadem poſte-  
ritas ſemper luxurioſa fuit, mirū proſcòd eſt,  
purpura uſum tam rarum, uel potius nobis pe-  
nitus eſſe ignotum.

De origine architecturæ. Cap. VII.

**H**omines primum in more ferarum, in Syluis &  
ſpeluncis naſcebantur, ciboq; a greſſu veſcē-  
do ibi uitam agebant: poſtea reperto igne, ut Vi-  
tru. de Architect. placet, cognitaq; eius comodi-  
tate ad teporem propter uim frigoris arcendam,  
propius accedentes, in unum plures cōuenire cō-  
perunt, & in eo congreſſu, quicquid uellent, iam  
tum facile tractare, ut qui rationis participes e-  
rant alij ex fronde tectā facere, alij ſpeluncas,  
ſub montibus fodere, uti Troglodyta & Libya  
quidam populi Heſperijs Æthiopicis uicini, te-  
ſte Strab. in 17. Geogr. factitabant: nonnulli bi-  
rundinum nidos imitantes, ex luto & uirgultis  
condere loca qua ſubirent. Et ſic uſu uenit, ut  
homines, quorum ad quiduis intenditur inge-  
nium, ualeat, nouis inuentionibus gloriantes, &  
alij

alij alijs deinde iſtudentes, adificia informare,  
perietes ſurcis rectis, & uirgultis interpoſitis lu-  
to texere, luteas glebas arefacientes ſtrere, &  
ut imbres & aſtus uitarent arūdinibus uel frō-  
de tegere, uel ex ulua paluſtri tuguria compo-  
nere cōperunt. Quæ adificia Vitru. teſtatur, ſua  
etiã aſate conſtruxiſſe Gallia, Hispaniam, Lu-  
ſitaniam, Aquitaniam, Phrygiam. At etiã Æ-  
gyptus poſuerat, ſecundum Diodorum: imo apud  
omnes fere gentes, talia hodie uisuntur: nec mi-  
rum, cum ſint qui etiã nunc ſine adificijs, ſub  
dio uitam ducant, pars in curribus, ut Scythæ  
propè omnes, pars in campis, ut Nomades & Sa-  
raceni in Africa, qui Sylueſtres nuncupantur. At-  
que eo pacto rem paulatim ad artem id eſt, ar-  
chitecturam, deductam ferunt, qua adificandi  
rationem docet, quam auctore Diode in 6. Palla-  
di aſſignant. Quod ego ex Iosephi teſtimonio,  
aut Cain Adam primi hominis filio, aut Iobab  
ex Lamech genito potius attribuerim, quorum  
alter primus, ſicut infra dicemus, oppidum, alter  
tabernaculum condidit. Vnde deinceps non mo-  
dò caſus, ſed domos ex lateritijs parietibus & la-  
pide ſtructas, tum deorum templa quàm  
ornatiſſima facere cōperunt. Sed iam  
ad adificiorum diuerſi gene-  
ris auctores tranſi-  
eamus.

Qui primi luteas aut lateritias domos edificauerint & tegulas & lapidicinas inuenerint, & de prima columnarum origine, & quando primum marmorum usus Romæ in ædificijs.

## Cap. VIII.

**D**omos luteas, teste Plin. li. 7. Doxius Gellij filius primus edificauit, sumpto ab hirundinum nidis exemplo. Lateritias uero, hoc est, ex lateribus constructas, eodem auctore, Euryalus & Hyperbius fratres Athenis primum fecerunt. Farum structuras Diodorus in 6. dicit Vestam Saturni ex Rheâ filiam primam inuenisse. Domos ipsas & agros, teste Laërtio, Epimenides Cretenfis primus expiâsse dicitur. Tegulas quibus domus teguntur, Cinyra Agriopa filius in Cypro insula inuenit. Lapidicinas, hoc est, loca ubi lapides effodiuntur, Cadmus Thebis, aut sicut Theophrasto placet, in Phœnicia auctor Plinius. Verum ego huiusmodi rerum inuentionem uerius, ut opinor, Cain, aut Seth eius fratris filijs assignarim, quando ille, teste Iosepho in primo Antiquitatum, mortaliū omnium primus opidum condidit, de quo infra mentionem planiorem faciam: isti uero, ut in primo huius operis uolumine demonstrauimus, columnas duas, id est, unam lateritiâ alteram lapideam, ut in eis rerum celestium disciplinam inscriberent, confixerunt, quam primam columnarum at-

que

que laterum originem esse dixerim. Quo apparet, in ipso fere mundi primordio domos aliâque adificia ex diuersis materijs construendi usum fuisse. Non eo tamen inficias, eos quos ex auctoritate Plin. prodidimus, uispiam deinceps hac primos docuisse. De marmore restat dicere, cuius fœdendi causa (tantum enim deliciarum olim mortalibus obrepsit) natura ipsa rerum penè acta est in planum, montes ipsi casti promontoria mari aperta, uiscera denique terra in sexcentas partes dilacerata sunt. Vnde, ut de cæteris fleam. ad Romanos tanta marmoris, cuius conuehendi gratia naues etiam fiebant, copia uenit, ut M. Scauri adilitate, auctore Plin. lib. 36. Natur. histor. trecenta sexaginta columna marmoræ ad scenam theatri non diutius ludorum celebritate duraturi, portata sint. At L. Crassus orator primus peregrini marmoris columnas habuit. M. uero Lepidus primus omnium limina ex Numidico marmore in domo posuit, magna reprehensione, qui consul fuit anno Urbis DC LXXVI. Crusta marmoris primus, teste Cornelio Nepote, totius domus parietes Mamurra eques Romanus operuit, qui fuit præfessus fabrorum C. Cæsaris in Gallia. Marmore autem scalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllus, geniti in Creta insula, prius quam Cyrus in Persis regnare inciperet.

Qui primi considerint oppidum, muros, turres, tabernacula, delubra, aut quis primus Deo omnipotenti templum posuerit, & qui puteos foderint.

## Cap. I X.

**M**ortales ab initio cōditis per rura casis ut dictum est, paulatim inter se cōiundo è fera agrestiq; vita ad mansuetiores mores peruenerunt, tuncq; primum vinculo quodam societatis simul viuentes, oppidum, hoc est, locum muris munitum, adificarunt, ut eò opes suas conferreret, ubi nullum esset hostium periculum: qui inde ciues à cōiundo vocati sunt, & ipsum oppidum vrbs, quam colit ciuitas, id est, ciuium cœtus dicta ab vrno parte aratri curua, quo illi antiqui homines ritu Hetrusco, sulcum ducebant, intra quem oppidum pestiuri essent, ut illud fossa murosq; munitum foret. Hoc primus omnium, teste Plinio, Cecrops condidit, qui fuit, ut Iustinus ait in secundo, ante Deucalionis tempora, idq; à se Cecropiam nominauit, qua deinde arx fuit Athenis. Aliqui Argos, quod Pelasgicum, auctore Strabone lib. 8. Geogra. Homerus vocat, à Phoroenco rage ante conditum volunt, de quo Lucanus in sexto:

-- Vbi nobile quondam,

Nunc super Argos arant.

Fuit alterum Argos in Attica: aliud, ut in Plin. 4. est restis, in Achaia, Hippium cognominatum,

Quidam

Quidam etiam Sicionem prius constructam dicunt. Egyptij verò multo ante apud se Diospolin, id est, Iouis oppidum, adificatam asserunt, quod fidem propius est, cum ipsi omnino antiquissimi sint. De hoc oppido Strab. li. 17. meminit. Muros Thraſon fecit primus omnium. Turres, ut Aristoteles ait, Cyclopes inuenerunt: ut Theophrastus, Phœnicos Quod Virgilius Palladi assignare videtur in Bucolicis:

Pallas quas condidit arces, ipsa colat.

Quae quidem omnia postea inuenta puto, cum Cain Adam filius, qui sicut palam est, in ipso propemodum orbis principio fuit, auctore Iosepho in primo Antiquitatum, mortalium omnium primus urbem condiderit, murisque munierit, quam ab Enoch filio suo seniore Enochiam appellauit. Turrim verò qua pra altitudine vix oculis terminari poterat in eo loco qua deinceps Babylon vocata est, ut idem testatur, inuentus pater aluuii Noë, rursum vim aquarum formidans, id sua parte Nemroth in Arabia constituit. Quae re Cecropiam, Argos, Sicionem, Diospolin, vrbes autem cum turribus postea cōditas fuisse, iam meo iudicio liquido constat. Tabernacula, teste Iosepho in primo antiquitatum Tobal filius, Lamech fecit, quamuis Phœnices Seculi nepotibus attribuunt, auctore Eusebio de Preparatione euang. Delubra Epimemidem Cretensem primum adificasse, auctore est Diogenes Laërtius lib. 1. At Vitruuius Pythium architectum primum omnium

Priene ad eam Minerva fecisse tradit. Herodotus tamen lib. 2. Ægyptios, ut nos in primo huius operis volumine scripsimus, primos dijs delubra statuisse prodidit. Roma, teste Livio, Romulus templum locavit Ioui Feretrio, quod primum omnium more gentis sacratum fuit. Deo autem Omnipotenti Solomon rex Hebræorū ab ortu Adæ primi hominis, tribus millibus centum & duobus post annis, primus omnium, auctore Iosepho lib. 8. Antiquitatum, Hierosolymis templum condidit, quod David illius patrem extruere parantem, Deus per Nathan prophetam ab opere, propterea quod manus hostium sanguine pollutas haberet, reuocauit, eiq; iussit, ut id Solomoni filio condendum relinqueret. Quod quidem templum cum miro opificum artificio, tum ingenti auri copia quo ornatum erat, omnium profecto operum qua tunc in orbe terrarum existabant, celeberrimum fuit. Secus tamen fabricauit Alexander Romanus Imperator, qui teste Lampridio, in templis nunquam præter quatuor aut quinq; argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam posuit, identidem versus Persij repetens, in sacro quid facit aurū? Puteos, auctore Plin. in 7. Danaus ex Ægypto aduectus in Græciam qua vocabatur Argos Dipision fodit. Quod sanè absurdum est, nam ut ab oio, veluti dicitur, incipiam, constat primo Abraham, & Isaac, sicut patet in Gen. libr.

cap.

cap. 26. ac deinde alios Hebræos de Ægypto egressos, duce Mose, per solitudines multos fodisse puteos; quo tempore nondum Danaus erat, dicitur Iosepho contra Appionem: Iam palam verò est ex prædictis annis, tempore computato, quia hi qui vocabantur pastores id est nostri progenitores, ex Ægypto liberati, ante tres & nonaginta arg; trecentos annos hanc provinciam inhabitauere quàm Danaus Argos accederet. Sed nec Argis quidem Danaus puteos fodit, verum eius filia: poëta enim aiunt, ut testis est Strab. lib. 8. Argos aquis carere. Unde Homeri versus.

Θιοι δ' αὖθ' ἔσαν ἄγρος ἀνυδρον.

Dij posuere Argos lympharum protinus ex-pers.

Sed non ipsam regionem, qua annibus irrigua est, à quarum inopia laborare volunt, verum oppidum. Urbem verò illam, ut Strabo ait, in loco iacuisse arido ferunt, in qua magna erat puteorum copia, quos non Danaus, sicut Plinio placet, sed eius filia fecerunt, testificante hoc carmine.

Ἀγρος ἀνυδρον ἐν δ' ἀνααὶ ἔσαν ἄγρος ἰνυδρον:

Argos aquis vacuum Danae struxere re-aundant.

De primis labyrinthorum pyramidumque auctoribus, & de maufoleo sepulchro, ac de vario apud gentes olina sepe

sepeliendi vsq; & vnde apud Romanos mos cremandi calauerat, consecrandorumque Imperatorum post mortem, atque de origine funebris orationis.

## Cap. x.

**O** Per apertium est, ut ante quàm hinc digrediamur, labyrinthos dicamus portentosissimi humani ingenij opus: in se enim continent mille itinerum ambages, occurfus ac recurfus inexplicabiles, crebris foribus inditis, ad fallendum occurfus, redcũdũque in errores eosdem. Quatuor fuisse commemorantur: primus in Ægypto, quem alij regiam Motharudis principis fuisse existimant; alij sepulchrum Meridis, quod etiam Diodorus sentit: plures alij Solis honori extractum ferunt. Hunc Plinius lib. 36. ait à Petesuco rege, siue à Titheo esse conditum. At Herod. lib. 2. commune Ægyptiorum regum opus appellat, seque illum vidisse paulò supra stagnum Myrios, versus Crocodilorum urbem conditum testatur, de quo Strabo etiam in decimo septimo meminit. Hinc sumpsisse Dadalum exemplar, illius, quem fecit in Creta, non est dubium; sed centesimam tantùm eius portionem imitarum. Alter hic ab Ægyptio labyrinthus fuit, de quo intellexit pœta in sexto Æneidos dicens:

Hic labor ille domus, & inextricabilis error.  
Et Ariadne apud Onidium epistola 10.

Cum

Cum tibi, ne vicinus tecto morerere recurro,

Qua regeant passus pro duce fila dedi.

Idem Naso in 8. Metamorph.

Dadalus ingenio fabra celeberrimus artis,

Pont opus, turbæque notas, & limina flexu

Ducit in errorem variarum ambage viarũ.

Plinius quoq; & Plutarchus in vita Thesei, &

Strabo atque diuus Hieronymus mentionem faciunt. Tertius in Lemno fuit, quem, eodem Plinio

auctore, fecere architecti Zmilus & Rhodus &

Theodorus indigena, cuius Plinius atate, ut ipse

est testis, reliquia extabant. Quartus in Italia:

vnies lapide polito fornicibus tecti: Italicum la-

byrinthum, sicut testatur Plinius, sibi fecit Por-

sera rex Hetruscorum sepulchri causa, de quo

Varro: Sepultus est Porsera sur urbe Clusio, in

quo loco monimẽtũ reliquit lapide quadrato sin-

gula latera pedum lata tricentũ, alta quinquag-

entũ inque basi quadrata, intus labyrinthum

inextricabilem, &c. De labyrinthis satis est di-

ctum. Sequuntur pyramides, quarum auctores

minimè sunt sua laude fraudandi propter vide-

licet earum magnitudinem: tam alta enim in

Ægypto fuisse traduntur, ut magna omnium ad-

miratio fuerit, qua ratione in tantam altitudi-

nem subuecti forent camenta. Tres autem pyra-

mides, auctore Plinio, inter Memphim & Dei-

tam fuisse constat, quarum vnã ac reliquarum

maximã, teste Diod. lib. 2: CCCIX. homi-

num millia annis x. construxisse produntur:

quam,

quam, ut idem dicit, sibi fecit ut in ea sepeliretur. (quando ista pyramides aliud nihil erant, nisi sepulchra.) Chemis rex, quem Herodotus Chempem appellat. Post hunc regnum obtinuit, sicuti Diodorus ait, Cephus eius frater: quidam non frater, sed filium nomine Chabreum regnum tenuisse asserunt, quod similis vero Diodorus auctoritat. At Herod. non Chabreum, nisi codex mendosus est, sed Cephrenem, & non filium, verum fratrem illius qui primam condidit pyramidem, vocat. Conveniunt tamen, ut hic sine filius eius, sine frater fuerit, alteram pyramidem edificaverit, arte priori simile, magnitudine quidem imparè. Et haec duo, auctore Strab. inter septem spectacula mundi numerata sunt. Martialis:

Barbara pyramidum fideat miracula Memphis.

Hunc regem ut Herodotus & Diodorus. produm, secutus est. Mycerinus rex, prioris pyramidis auctoris filius. Is tertiam pyramidem longè minore paterna vicinis, velut testatur Herod. in 2. pedibus, ex omni parte reliquit. Hanc quidam, teste Strabone, Rhodopa meretricula ab amantibus positam voluit, narrantes huiusmodi fabulam. Cum ea aliquando lauaretur, aquila alterum calceum e manu ancilla rapuit, & in gremium regis iura Memphi datus dimisit: rex demiratus, perquiri mulierem iussit, quam in urbe Naucratarum inuentam uxorem duxit, & mortua in pyramidem construxit. Quod Herod. prorsus falsum esse

esse dicit, cum Rhodope mulier longè post fuerit, quam reges qui pyramides fecissent. Isti igitur reges quos commemoravimus, pyramidum auctores traduntur: etsi Diodor. lib. 2. & Plin. in 26. Natural. hist. à quibus facta sint, non satis constare dicunt, iustissimo casu oblitteratis tanta vanitatis auctoribus. Pyramides autem faciendi, teste Plin. causa à quibusdam traditur, ne plebs esset otiosa. Quare Iosephus in 2. Antiquitat. dicit, Aegyptios coëgisse Hebraeos pyramides adificare, ut eos huiusmodi labore attererent, aut ne reges pecuniam successoribus, aut annulis infideliatibus relinquerent vel praberent. Propter quod ipse Plin. hac opera, regum pecunia, otiosam ac stultam ostentationem vocat. Verum ego hanc potius fuisse causam opinor, quod Aegyptij, ut ait Diodorus, domos nostras diversoria appellabant, tanquam brevi tempore à nobis inhabitandas: mortuorum verò sepulchra sempiternas domos, quoniam apud inferos infinitum sit tempus: idcirco domus adificandae curam contemnebant, sepulchrorum magnificentia, ut stultissimè sit etiam apud nos hodie, summum studium operamque tantum impendentes. Quamvis nonnulli, teste Diodoro, Aegyptios huiusmodi sepulchrorum principium studium ab Aethiopiis esse mutatos assererent. Nemo tamen rex ex iis qui eas pyramides condiderant, in illis sepultus est auctor Diod. in 1. Mausoleum autem, id est, Mausoli regis Caria monumentum, auctore Strab. lib. 14. Geogr. Arte.

Artemisa eius uxor extruxit, quod, teste Plin, lib. 36. inter septem miracula adnumeratum est. *Martialis:*

*Aëre nec vacua pendentia Mausolea.*

De quo etiã meminit Cicero, Lucanus, Gellius, & Virgilius. Varius præterea apud gentes olim usus sepeliendi cadavera fuit: mortui enim Persarum non prius humabantur, quàm aut ab aliis, aut à cane traherentur. Massageta & Derbica miserimos putabant, qui aegrotat. ne morerentur: & parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectutem peruenissent, iugulatos deuorabant, rectius esse ducentes, ut ipsi potius quàm vermes comessent. Tibareni quos dilexissent, senes suspendebant patibulis. Albani Caucaſi montis accola, mortuorum curam habere, aut meminisse, nefas putabant, quibus cum etiam pecunias defodiabant. Ægyptij statim mortuo homine, ferro incuruo cerebrum per nares educebant, locum illi medicamentis expletentes, dehinc acutissimo lapide Æthiopico circa ilia conscindebant, atque illac omnem aluum protrahébant, quã ubi repugnauerunt, rursus odoribus cõtusis resarciabant, inde iterũ consuebant: ubi hæc fecissent, saliebãt nitro abditum LXX. dies: nam diutius salitre non licebat: quibus exactis, cadaver fundone inuoluebãt gummi illinentes. Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem faciebant, in qua inferebant mortuum, inclusamque ita reponerant. Et id, ut arbitror, ideo factitabant,

ut eo pacto condita cadavera diuturnius incorrupta seruarietur: nam, Ægyptij, teste Seruio in tertium Æneidos, secuti Stoicorum sententiam, persuasum habebant tandiu animam durare, quamdiu duraret & corpus. Æthiopes Macrobij, id est, longani, in vitreis sepulchris mortuos condere, Scythia eos qui à demortuis amati fuissent uiuos infodiébãt cum ossibus mortuorũ: regẽ autem suum ubi mortuum ad eas gentes quibus imperasset, circumtulissent, similiter humo tangebant, atque cum eo sepelebant: aliquam eius pellicum strangulacant, & eum qui uina miscuisset, aut qui præfuisse: nuntijs, nec non omnium rerum primitias. Nasamonos sedentes mortuos humabant, obseruantes, ut dum quis cœpisset agere animam, eum sedentem constituerent, ne supernus spiritum efflaret. Hyrcani volucribus & canibus semiuuos proiciebant. Thracas mortuos suos per lussum & latitiam terræ demãdare, prædicantes in qua tot malis liberati essent felicitate: contra edito puero, propinqui cũ ploratu prosequerantur, exponẽtes quascunque necesse foret illi, quodã uitam ingressus esset, perpeti humanas calamitates: institutum mehercle inter tot uita mala, sapientia plenum. Forum autẽ optimates simulatq; combusti essent, sepelebebãtur. Quidam Æthiopum demortuos in flumen prouiciebant, existimantes id optimum sepulchrum esse: aut vitro circumdatos domi seruabant: aliqui fideilibus condebant, atq; infodiabant Assyrij, melle:



condebant, ac cera oblinebant. Nabathæi cadauera pro stercore habebant, regesq; suos in sterquilinijs defodiebant. Taxili mortuos vultu rictibus nō secus prouiciebant, atque Caspij ceteris bestijs. Quadam Indica femina cum viris cremari sibi felicissimū gloriosumq; putabant. Bactriani carnibus ad hoc ipsum nutritis obuicere senes. Quod ut diuus Hieronymus est testis, quum Alexandri præfectus Nicanor emendare voluisset, penē amisit provinciam. Parthorum sepultura, aut auium aut canum laniatus erat. Issedonū Asiatica Scythia populorum mos erat parentum funera cantibus prosequi, & proximorum congregatis costibus, cadauera ipsa dentibus laniare, pecudumq; carnibus mista comedere, ac capitibus auro incinctis pro poculo uti, quæ, auctore Plin. libro 4. vltima erant pietatis officia. Herodotus tamē in quarto dicit, illos parentū capitibus non loco poculi, sed pro simulachro vsos esse, immolantes illi quotannis maiores hostias multis cum ceremonijs. Hyperborei hoc sepultura genus optimū arbitrabantur, ut se quos satietas teneret vita, epulati delibutiq;, de rupe nota præcipitarent sese in mare profundum. Romani, teste Plin. in 7. postquam longinquis bellis obrutos erni cognouerūt, cadauera comburere cœperunt. Primus omnium in Cornelia domo, Sylla dictator crematus est, ut virtus Italionem, id est, timens ut suum corpus è sepulchro extraheretur perinde ac ipse Marij cadauererisset. Hinc igitur apud Romanos crematorum

dorum cadauerū vsus increbuit: sed hūc magis foris quàm domi seruatū esse duco, nec tamen semper combusta sunt. Illud vel scire licet, apud Roma. consueuisse filios & propinquos mortuorū corpora in rogam inuicere: auctō Cicero, qui libro Tuscu. r. ita de ea re scribit. Metellum multū filij, filia, nepotes in rogam imposuerunt. Fuit & apud alios huiuscemodi mos comburendi. Plin. enim testatur in 19. cum de lini generibus loquitur, scribēs: Regum inde funebres tunica corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Optimates etiam Thracum, ut diximus, comburebantur. Sed de hac re funerea plura alibi dicemus, cum de anniuersarijs nostrorum exequijs differetur. Non est tamē silendū de more Imperatorū confectōrū, qui Romanis talis fuit. Sepulto corpore, Imperatoris imaginem sangebant, eamq; in regia vestibulo supra lectū eburneū ponebāt, ad agroti speciem pallidam, quam circūstantib. utrinque senatu & matronis nobilioribus, medici inuisabant quotidie: septimo autem post die r. bi visus erat obijisse mortē, iuuenes utrinque ordinis lectū humeris in vetus forum primo, dein in campum Martium perferebant, ibiq; in tabernaculo ad exemplum turris structo, ac aridis fomitibus oppleto locabant, cum ingente aromatū acerno. Hic cæremonijs patrio more cūcelebratis, successor imperij facem tabernaculo adinouebat, ceterisque ignem subiicientibus, cuncta comburebatur, mox è fastigio quodā aquila dimittebatur,

qua in caelum credebatur ipsam principis animam deferre. Ac iam ex illo, una cum ceteris numinibus, Imperator colebatur. De hac re Herodianus statim in initio quarti libri latius meminit. Ceterum hanc consecrandi rationem posteritas sumpsisse videtur ex Caesaris dictatoris funere, cuius forma non multum ab ista fuit diuersa. Funerem orationem de Bruti laudibus primus Valer. Publicola habuit, qua adeo grata iucundaque Romanis fuit, ut ex eo consuetudo manserit, ut qui strenue pugnaudo interisset, ab optimatibus laudaretur. Dicitur etiam funebribus Graecorum orationibus illa vetustior fuisse, nisi iam Solon, qui teste Gellio libr. 17. Tarquinio Prieco Roma regnante, leges Atheniensibus dedit, huius rei auctor, ut Anaximenes orator dicit, antea fuerit. restis Plutarchus in vita Valerij. Apud Romanos deinde, auctore eodem Plutarcho in vita Camilli, cum mulieres ornata aurca, quibus utebantur, ad consecrandam pateram in Delphum mittendam contribuerint, senatus decreuit, ut quemadmodum pro viris, ita etiam pro feminis, in funere orationem haberi liceret. Hinc igitur demortuos laudandi mos fluxit, quem res hodie seruamus: sed namus autem, in laudandis illis, sine quid nisi dicere audeamus, qui dum vivere, summo opere curarunt ut ab omnibus bene audirentur: nam hoc unum in primis indicium virtutis est, ut in homine existit. Quippe natura quaedam optimus qui, que inuigilat, ut de se reliqui

moria

mortales non malam imbibant opinionem, & post mortem omni tempore bene loquatur: at ignauissimus non item. Cuius sane rei coniectura, Plato in epist. 2. ad Dionysium tyrannum se duci affirmat, ut credat esse aliquem sensum iis qui mortui sunt, rerum nostrarum.

Qui primi obeliscos fecerint, aut Romanam inuexerint, & inibi locus Plinij emaculatus, & de notis obeliscorum, & quales essent Aegyptiorum litterae.

## Cap. xi.

**L**abyrinthos, ac pyramides regum opera omni admiratione digna, superiore capite descriptissimus, eorum simul proditis auctoribus. Sequitur modo obelisci, quos reges iuxta certatim fecerunt. Sunt autem obelisci trabes lapideae Solis numini sacrae, propter quod ad radiorum similitudinem fiebant. Apud Aegyptios nomen habent à radio: & plane talis est radij forma, dum per fenestram intrat. Graeci à veru similitudine nuncupant, apud quos illud veru est. Obelisci primum in Aegypto, inde Rome plures erecti sunt. Primus omnium, teste Plin. lib. 36. hoc opus instituit Mitres, qui in Solis urbe regnauit, somnio iussus: hoc enim ipsum in eo inscriptum erat. Postea & alij Aegyptiorum reges in eadem urbe fecerunt. Socris enim quatuor erexit quadragenerum & octonem cubitorum longitudine, Rameses autem is quo regnante Ilium captum est, 40. cubitorum

torum idem & alium posuit longitudine vnde ceteris pedibus per latera cubitis quatuor. Erāt & alij duo, vnus à Myrne positus, alter à Phio. Hæc ex Plin. volum. 36. Verum quidam codices non à Myrne, sed à Smarre, & non à Phio, sed ab Eraphio habent, vt in alterutris mendum sit. Vnum Alexandria statuit LXXX. cubitorum Ptolemæus Philadelphus. Pharon etiam duos in aede Solis posuit, hanc ob causam: ferunt enim hunc regem, teste Herodo. lib. 2. facinus admisisse, quod spiculum in medios fluminis vortices contererit, & propter id euestigido amisso visu, decennio carum fuisse: vndecimo autem anno ab vrbe Bucæ oraculum accepisse, visum esse sibi rediturum, si oculos abluisset lotio mulieris, qua cæterorum virorum expertus, suo tantum viro contenta fuisset: & ante omnia, cum lotium uxoris tentasset, ac nihil amplius cernebat, reliquarum deinde vrinam expertum tandem vidisse, ibiq; omnes mulieres quas fuisset expertus, præter eam (uxorem enim duxit) cuius lotio lotus visum recepisset, cremasse, atq; ea calamitate liberatum, cum alia in aliis templis donaria posuisse, omnia egregia ad diuturnitatem memoria tum maximè memorabilia, ac spectaculo digna in templo Solis gemina saxa, quos obelos vocant à figura veru, centenas cubitorum longitudinis, octoniam latitudinis. Fuerūt & plures alij in ipsa Ægypto quapropter Augustus Cæsar, teste Ammiano, duos Romam ex Heliopoli vrbe Ægyptia transportauit,

uit, quorum vnus, qui, vt auctor est Plin, excelsus fuit à rege Semneferreo, in circo maximo, alter qui a Sesostride factus est, in cæpo Martio positus fuit. Tertius in Vaticano erat, à Cæio principe inuectus, qui etiam nãc eo loco stat, de quo Plin. lib. 6. cap. 40. cum de arborum magnitudine loquitur: Abies admirationis præcipua visa est in naui, quæ ex Ægypto Cæij principis iussu obliiscit in Vaticano circo statutum adduxit. Hunc, vt idem in 36. testatur, fecerat Sesostridis filius Nūcoreus. Et deinde subdit: Eiusdem remanet & alius centum cubitorum, quem post cecitatē, visu reddito, ex oraculo Soli sacrauit. Hæc Plin. Ex his verbis facile conicere possumus, Plin. intelligere de altero obelisco, quem vt supra ostendimus, ex testimonio Herod. Pharonem non Nūcoreum, vt apud Plin. legitur, recepto oculorum visu, Soli sacrasse constat. Ex quo extra omnē controuersiam Plin locus deprauatus est, qui vt emaculetur, loco Nūcoreus legendum esse duco Pharonem duo inter se grauissimi auctores certare videantur, cum haud difficulter fieri potuit, alterum ex iis quos Pharon fecerit, eundem esse, quem Caius Romam portarat. Quod demiror Hermodolum Barbarum, virū utiq; sagacissimi ingenij, non animaduertisse, præsertim cum paulo superius admonisset vndecimo cap. eiusdem trigesimalixti Plinij voluminis, ubi Nūcoreus inscriptus est, legendum esse Sesostridum, non Sesotheidum: qui, teste Herod. fuit huius Pharonis pater, de

quo Plin. lib. 6. cap. 29. meminit, & Strabo libro 7. & Iosephus contra Appionem volumine 2. Non est etiam tacitum relinquendum, obeliscos quamplurimum notis quibusdam, id est, varia animalium effigie, insculptos fuisse, quæ vel regum gloriam, vel eorum per soluta vota sequentibus ætate monstrarent, quæ loco literarum erant, dicite Plin. lib. 36. Etenim sculptura illa effigies, quas videmus, Ægyptia sunt litera. Et Cornelius Tacitus lib. suarum hist. 13. Primi, inquit, Ægypti per figuras animalium, sensus mentis effingebant, & antiquissima monimenta memoria humana impressa saxi cernuntur. Strabo etiam lib. 17. ait, In obeliscis quibusdam littera sunt, quæ regum illorum diuitias, ac potentiam declarant: nam per speciem apis mella conficientis, regem indicabant, cui cum iucunditate moderante, aculei inesse debent. Per accipitrem, rem denotabant citò factam, quoniam hæc aliarum ferme omnium avis sit velocissima. Per instrumenta etiam quedam membræve humana scribebant: quod Diodorus statim in principio quartii libri planè demonstrat.

A quibus primò asyllum constitutum fuerit,  
& quo nos pacto asylylism utamur.

## CAP. XII.

POSTQUAM Hercules migravit à terris, nepotes eius, auctore Servio in 8. Æneidos, timentes insidias eorum quos avus afflixisset, Athenis sibi  
primi

primi omnium asyllum, hoc est, templum misericordie, collocarunt, unde nullus per vim possit abduci: nam componitur ex x, quod est sine, & o p p o traho, quod Statius affirmat in 12. Thebaidos dicens:

Fama est de fessos acie post busta paterni  
Numaiis, Herculeos sedem fundasse nepotes,  
Sic sacrasse loco commune animantibus agris  
Confugium. Cuius Plutarchus etiam in vita Thesei mentionem facit. Verùm ego hoc primum inuentum Moysi verius, ni fallor, assignauerim, qui, ut auctor est Eusebius, longè ante Herculeum fuit. Is enim, teste Iosepho lib. Antiq. 4. in tribus ex iis urbibus quas ipse condiderat, dum Hebraicum populum in patrium solum reduceret, asyllum constituit, quod illis tantum profugio foret, qui minimè scientes homicidium commississent. Secundum hæc, longo deinde tempore Romulus, ut haberet aduenas plures, cum quibus conderet Romam, ad imitationem Atheniensis, ut Servius tradit, asyllum teste Livi in primo ab Vrbe condita, & Dionysio lib. 2. aperuit quòd quisquis proficisceretur, ab omni noxa liberatus esset. Ouid. in 3. Fastor.

Romulus ut saxo lucum circumdedit alto,  
Quilibet huc, inquit, confugietutus eris.  
Virgilius quoque in 8. ait:  
Hinc lucum ingentem, quòd Romulus acer asylylism  
Retulit. Fuit & aliud asyllum, auctore  
Strabone, in octavo Geograp. non procul à æ-

*Xene*, in insula nomine Calauria, Neptuno dicatum. Tum aliud quoque in Ægypto, ad Canopicum Nili ostium, Herculi consecratum, de quo Herod. lib. 2. meminit: Erat, inquit, & in eo litore quod nūc quoque est, Herculis templum, ad quod si quis cuiuscunque hominis seruus confugiens capiat sacras notas sese Deo tradens, eum nefas est tangere. Quæ sanctio ad meam usque ætatem prorpes immota perseverauit. Fuit etiam in ipsa Ægypto, sicut commemorat Strabo lib. 17. & ultimo Geograph. Osiris asyllum, & in Syria Apollinis. Sunt hodie in orbe nostro Christiano, præsertim apud Anglos, passim asyila, quæ non modo insidias timentibus, sed quibusuis fontibus etiam maiestatis reis patent: quod facit ut manifestè appareat, nos id institutum non à Mose, qui illis duntaxat qui nolentes hominem occidissent, asyllum posuit, sed à Romulo esse mutatos. Quæ nepe res haud dubiè in causa est, cur bene multi à maleficiis minus abstineant manus. Quid, quod templa nostra ubique gentium istiusmodi sceleratis hominibus instar asylorum sunt? & id contra quam Moses etiam constituerit, qui in Exod. cap. 21. ita sanxit: Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab alitari meo auelles eum, ut moriatur.

De origine theatri, & in eo recitandi comædias, tragædiæque modo, & qui primò Romæ theatrum & amphitheatrum, ac cir-

cum

eum construxerint, & quare amphitheatrum arena spargeretur: & inibi de frequentissimo apud veteres lauandi vsu, ac thermarum origine.

## Cap. XIII.

**T**heatri (quod hemicycli specie constructum erat, ἀπὸ τῶ δὲ ἡμίκεα, quod est video, appellatum, Latine dici spectaculum potest) consuetudo, teste Cassiod. in epist. à Græcis sumpta est: nā cum agrorum cultores feriaris diebus sacra diuersis numinibus per lucos, vicisque celebrarent, Athenienses primum hoc in urbem spectaculum transtulerunt, theatrum græco vocabulo appellantes, quod in eo eminens astans turba conueniens sine aliquo impedimento conspiceret: apud quos auctore Eusebio in 2. de Preparat. Euang. Dionysius primus theatrum fecit: propter quod, ut mea fert opinio, Seruius ait theatrales ludos in honorem duntaxat apud veteres. Liberi patriæ fieri consueuisse, Plutar. similiter Athenis theatra fuisse, in vita Thesei aperè ostendit. Sanè apud Alexandriam in Antirrhodo insula theatrum etiam fuisse, Strabo in 17. auctor est. Hunc morem Romani quoque, ut pleraque alia, in urbem construendi theatri transtulerunt, quod ita dispositum erat, ut à frōte inter duo cornua, scena esset, dicta ἀπὸ τῶς ὀρνυῖς, quod apud Græcos tabernaculum significat, ita appellatū à faciēda umbra. Scena primò inuenta est umbra gratiæ.

in

in qua ludi ab eo loco scenici nuncupati, à principio facti sunt, qui teste Livio, anno urbis cond. CCCXC. C. Sulpicio Petico, C. Licinio Stolone, coss. pestilentia sedanda causa instituti sunt. Porro cum vis morbi nec humanis consiliis, nec ope diuina leniretur, inter alios ira caelestis placationes eiusmodi ludos introducere placuit, inanis certe hominum mentibus, qui putarent Deū lasciuus saltationibus sibi placatum iri. Itaque ex Hetruria ludiones acciti, qui sine carmine ullo, sine aratorum carminum actu, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros, metus dabant. Res noua sic bellicosum populum delectauit, ut iuuentus inde iocularia simul inter se versibus inconditis fundentes, eos imitari coeperint. Hac ridicula carmina sine cātu iactitata, graece exonia appellabantur, sicut opodia, quae cantabantur. Et quia hister Thufco verbo ludus vocabatur, id nomen histrionibus est inditum. Post annos deinde centum & viginti duos, qui fuit annus ab Vrbe cond. D XII I. Liuius Andronicus fabulam versibus intexam primus recitandam dedit. Ac ita ludus paulatim in artē versus est, cum in scena comici tragicique & ceteri poëtae sua recitarent poëmata; in ea etiam erant pracones, tibicines citharædi & huiusmodi, qui vel in bene cuiusq; actus canerent. Hoc sanè loco non abs re videtur esse aliquid dicere de modo in primū agendi comœdias, tragœdiasq;. Nam cum Cicero lib. 3. de Orat. de Roscio, qui fuit homo Gallus, &

comæ

comœdius peritissimus, ac eius praeceptor in pronuntiationis gestuumque exercitatione, dixerit: Nūquam agit hūc versum Roscius eo gestu, quo potest: nonnulli suspicari sunt comicos & tragicos sua poëmata recitare solitos, & mimos; hoc est, histriones praesto fuisse, qui perionatum induciarū facta dictaq; exprimentis causa, eorum voces gestibus tantum persequerentur, id quod alibi Cic. in Paradoxus falsum esse demonstrat, cum inquit: Histrion si paulo se moueat extra numerum aut si verius pronuntiatus est syllaba vna breuior aut longior, exhibitur & exploditur. Si igitur histrio gestu, non uero voce agebat, qui fieri potuit, ut mutus in pronuntiatione reprehenderetur? Theatralis autem scena apud antiquissimos parietem non habebat, sed frondibus tantum tegebatur: postea tabulata coeperunt componere instar parietis: & sic binis & saepe pluribus conuignationibus constabat. Deinde erat proscenium suggestum in quo ludi exercebantur. Virgilius, -- Et veteres in eunt proscenia ludi: In medio orchestra, in qua senatorum sedibus erant loca designata, unde omnium agentium genus spectari possent: dicta orchestra, quod in ea saltationes fieri consueuerant: ex quo enim graece, saltatio dicitur. In cauea uero quae pars media theatri erat, sub sella equitum erant in cunctos eodem modo disposita, in circuitu, hemicirculi erant gradus ita dispositi, ut altiores in ambitu semper excreuerent, in his plebs promiscue sedebat. Quibus non

erat.

erat locus sedendi, ij stantes in cauea spectabant:  
nam senatus à populo secretus ludos spectare,  
Cuius rei, teste Liusio in 4. de bello Macedonico,  
& Plutarcho, Scipio ille Africanus, & Valerius  
Sempronius longus Consules, primi auctores fue-  
runt, quod & vulgi animum auerit, & fauorē  
Scipionis magnopere quassauit. Valerius autem  
Max. hoc ex sententiā posterioris Africani actum  
esse narrat. Cauea theatri nullis fornicibus obdu-  
ta, velis tegi solebant. Ex quo primus omnium  
Q. Catulus, teste Plin. in 19. linteis theatro um-  
bram fecit, primusq; byssina vela duxit. In hanc  
sanè formam theatrum M. Scaurus in sua adili-  
tate, non quidem perpetud duraturū, sed in tri-  
ginta tantum dies sceniorum ludorum, (princi-  
piū enim ad tempus fiebant theatra) primus om-  
nium Roma extruxit, dicente Plin. lib 36. cap. 15.  
Hic fecit in adilitate sua opus maximum omnium,  
qua unquam fuisse humana manu facta, non  
temporaria mora, verum etiam aternitatis de-  
stinatione, & reliq. C. autem Curio, qui bello ci-  
uili in Caesarinis partibus obiit, in patris funere  
theatra duo è ligno construxit, quibus inter sese  
auerfis, ne inuicem obstreperent scena, & repen-  
te circumactis, ac cornibus inter se coeuntibus,  
faciebat amphiteatrum, & gladiatorum specta-  
cula edebat. Mansurū theatrum è quadrato la-  
pide, ut ait Cornelius Tacitus, primus Roma con-  
struxit Pompeius Magnus, cuius exemplar ex eo  
quod Mithylena erat, post deuictum Mithridatem  
sumpsisse,

sumpsisse, testis est Plutarchus. Amphitheatrum  
autem, qui locus erat spectaculorum gratia, for-  
ma rotunda, & veluti, ut supra ostendimus, ex  
duobus conians theatri, primus omnium teste  
Cornelio de gestis Neronis, in campo Martio po-  
suit C. Iul. Caesar, quod paulo post, auctore Tra-  
quillo, Augustus mausoleum adificaturus destruxit,  
qui & ipse amphitheatrum destinauit me-  
dia urbe quod à Vespasiano conditum fuit, & à  
Tito consecratum: auctor Suetonius in eorum vi-  
tis. Sed quoniam Domitianus, ut idem testis  
omnibus operibus quæ post mortem illorum vel  
restituit vel perfecit, suum dūtaxat titulum ad-  
didit sine ulla pristini auctoris memoria: hinc,  
ut opinor, illi de hoc amphitheatro Martialis  
statim in principio sui operis adulatur, dicens:

Omnis Casareo cedat labor amphitheatro,

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Augusto etiā Casari Herodes Hierosolymis thea-  
trum & amphitheatrum condidit: auctor Iose-  
phus in 15. Antiquitatum, in amphitheatro au-  
tem bestiarum & gladiatorum ludi celebraban-  
tur: nam permulti capite damnati, aut in bellis  
capti, illic cum feris pugnando mortem oppeterē  
cogebantur. Quod epigrammaticus poeta affir-  
mat, de delatoribus dicens:

--Nec cepit arena nocentes.

Seneca testatur duos qui ad id certamen desti-  
nati erant, sibi prius mortem consciuisse. Arena,  
ut hoc commodum moneamus: aliquando pro  
amphitheatro

amphitheatro, id est, contentum pro continen-  
te, ab auctoribus eleganter ponitur. Martialis  
rursus,

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Et id quoniam amphitheatrum spargi arena so-  
lebat, vel ne pugnae sederetur cruore oc-  
cideretur, vel ne cruor spargitur spectantibus. esset hor-  
rori, propter quod iuuenium multitudo arenam  
uertendo cruorem obtorgebat. At quidam aliam  
spargenda arena causam commentati sunt, tra-  
dentes eam sterni ne gladiatores disfluere. Cir-  
co, de huius forma libro superiore cap. 14. assatim  
diximus, regnante Tarquinio prisco, locus pri-  
mum designatus est, atque simul patribus equiti-  
busque loca diuisa, unde spectarent ludetes. Cer-  
tamque fuit equorum pugilumque, qui ex Hetruria  
accerfiri fuerant. Is Maximus circus dictus est.  
Postea duo alij positi sunt, Flaminius & Neronis.  
In hoc obeliscus olim fuerat, qui nunc Roma  
in Vaticano extat. In circo item, teste Dionysio,  
athletae certabant, qui aut pugnabant, aut cur-  
rebant, vel luctabantur, quorum certamen tum  
primò Romanis spectaculo fuit, cum Sp. Posthu-  
mus Albinus, & Q. Martius Philippus consules  
fuerent, anno Urbis condita D L X V. auctor Livium  
lib. 9. dec. 4. Sed horum operum magnificentia iam  
iungatur thermarum luxuria: fuit enim mos pri-  
scorum quotidie lauari, quòd ea res, credo, teste  
Celfo, ad prosperam valet conseruandam vale-  
tudinem. Ex quo vsuuenit vsu cuiusque pro-

opibus. priuata haberet balnea: sed postea crescē-  
te principum luxuria, publica balnea haberi cœ-  
pere, quippe loca assignata erant, qua aut aquis  
calentibus, aut igne calefactis, lauandi sudandi-  
ue vsu praberent qua gratè thermas appella-  
runt: & cum alibi tum Roma in modum prouin-  
ciarum, ut ait Ammianus, videbatur extructa,  
in quibus plebs etiam lauzretur: fuitque adeo po-  
pulari principibus id cum ea promiscuè facere,  
ut Commodum, Gordianum, & Galenum iunio-  
res, alios ter, alios quinquies, vel septies astate,  
bis verò hyeme in die lauasse Capitolinus tra-  
dat in thermisque cœnitasse. Admittēbatur & mu-  
lieres, idoneum voluptatis instrumentum. Ther-  
ma in primis celebres Roma fere, agrippina, ne-  
roniana, Titi Vespasiani, Domitiani, antonia-  
na, alexandrina, gordiana, seueriana, diocletia-  
na, aureliana, constantiniana, nouatiana. Ha-  
magno sumptu adificata sunt instar fere urbium.  
Erant in his area amplissima, erant porticus, in  
porticibus exedra habentes sedes, in quibus Phi-  
losophi, rhetores, reliquique quibus studia erant  
cordi, sedebant disputantes. Erat & palaestra, in  
qua se athletae exercebant. Erant praterea mul-  
ta intus loca ad fouendam luxuriam suberrime  
extructa. Adeo vesana dementia, omnium vo-  
luptatum quassisse tentamenta videntur

Romani principes, cum tanto  
impendio tam paucis  
profuturo.

R

Quis



Quis primus inuenerit fabricam materia-  
riam, & in ea ferram, asciam, perpendiculum,  
terebtram, glutinum, normam, libellam, tor-  
num, clauem, circinum, securim, dolia & vasa  
viminea.

## Cap. XIII.

**F**abricam materiariā hoc est, lignariam, Da-  
dalus, ut in Plin. lib. 7. scribit, primus, omniū  
inuenit: & in ea ferram, asciam, perpendiculum,  
id est, instrumentum quo plumbo à filo, & gno-  
mone pendente, rectio sua obliquitas operis per-  
penditur, hoc est, examinatur: & terebram &  
glutinum, quod Græci collam nominant, quo li-  
gna coniunguntur, & cōglutinantur: Normā au-  
tem & tornum atq; clauem Theodorus Samius  
reperit. Ouidius tamen lib. 8. Metamorph. dicit.  
Perdicem Dadali ex sorore nepotem, circinum,  
hoc est, instrumentum quo circuli vertendo desi-  
gnantur, & ferram inuenisse: traxerat enim, in  
exemplum spinas in medio pisce notatas, de quo  
etiam in Iōm ait:

*Ve cui causa necis ferra reperta fuit.*

At secundum Diodorum lib. 5. Talans, non Per-  
dix adulescens filius sororis eiusdem Dadali, qui  
ab eo erudiebatur, reperta serpētis maxilla, par-  
mulum, cum secussset lignum, imitatus postea de-  
tium serpētis, fissicudinem, ferram ferream pri-  
mas omnium fecit: reperit etiam tornum, & ro-  
tanū siguli, ut antè monstrauimus, ita cum plu-  
ribus

ribus rebus hominibus profuisset, magna laude  
celebratus est. Hunc puerum, Dadalus inuidia  
motus, existmans turpe esse, magistrum ab ado-  
lescente gloria vinci, dolo interfecit. At nor-  
mam, cuius ratio ut longè alia sit, ac communis  
norma, non modò in mensuris, sed etiam in adifi-  
cijs vtilis est, inuētum Pythagora esse Vitruuius  
libro nono dicit, eiuſq; formam valde artificio-  
sam ponit. Securi Panteſtea Amazonum regi-  
na inuenisse fertur. Ceterum ego huius lignaria  
artis, vel eiusdem instrumentorum, quamuis al-  
lia aliubi usurpentur, inuentionem potius He-  
bræis tribuerim, apud quos multò ante Dadalū,  
optimi opifices fuerunt, præsertim in constructio-  
ne tabernaculi, quod Moyses, qui etiam Dadala,  
ut auctor est, Eusebius, antiquior fuit, Deo dica-  
uit. Vel assignauerim Iyris, qui, teste Iosepho in  
8. Antiquitatum, in eadem Hebræi lōge excel-  
lentior es fuerunt, præter quod Salomon Deo tā-  
plum conditurus, ab rege Tyri per literas fabros  
lignarios, sicut idem Iosephus, & Eusebius testi-  
monio sunt, petijt. Quo pacto autem ex gracilio-  
ribus lignis capacia & inuentura tumentia va-  
scula, veluti sunt dolia, fierent, Pseuſippus, aucto-  
re Laertio, docuit. Vasa ex viminibus facta, ut  
quallas, carbones, &c. iteſte Seruio in pri-  
mum Georgic. Ceres omnium

*prima monstra*

*Quis*

Quis primus mari imperauerit, & ut primo nauigari coeptum sit, & qui inuenerint artem nauigandi, nauigia diuersi generis, remum, vela, anchoram, gubernaculum, & pugnam naualem.

Cap. xv.

**Q**uis non fatetur humanū genus merito suo insania audaciaq; coargui, cum sese intra suos fines minime sciat ritū cōtinere? Nam quātuis Deus opti. max. ei abunde consuluerit sua tamen sponte in pericula ruit. Ille enim nobis terram ueluti solidum & ad nos sustentandum idoneum elementum dedit, at nos cœlum atq; mare tentamus. Nōne Daidalus fabricatis alis, cœlum ipsum adixit, nōne modō sua pecunie cupiditate obcecāt, tenui ligno freti mare non dico sulcamus, sed propemodūm habitamus? Quod Fla. Horatius dolens in 1. Cōmmissum inquit:

Nequit quāquam Deus abscedit

Prudens Oceanō dissociabili

Terras, si tamen impia

Non tangenda rates transiliunt uada,

Audax omnia perpeti

Genus humana, ruit per uetitum nefas.

Et in eum paulo superius qui hoc primum tenuit,

Ille robur & as triplex

Circa pectus erat, qui fragilem truci

Commisit pelago ratem Primus.

Et

Et Propertius libro 3. de Peti naufragio dicit:

Ergo sollicita tu causa pecunia, uita es.

Per te immaturum mortis adimus iter.

Tu uitij hominum crudelia pabula præbes,

Semina curarum de capite orta tuo.

Et deinde subiungit:

Ita rates curua & leti quoq; texite causas,

Ista per humanas mors uenit acta manus. Idem: (reliq.

Natura insidians pontū substrauit auaris & Quid deniq; ut poeta ait, non mortalia pectora cogit Auri sacra fames? Itaq; adeo ab initio mare à mortalibus frequētātū est, ut deinceps ommissis ratibus, quibus primum est nauigatum, naues instar domorum adificauerint, quibus etiam nunc totum fere pelagus sternitur. Et ita nauigandi arte comperta, maris imperium sibi pro se quisque vindicare ausus est, in eōq; non secus ac in terra bella gerere. Sed iam ad rem ueniamus. Minos, teste Strabo, li. 10. Geograph. mari primus imperauit: quod Diodor. in 6. Neptuno assignat, qui primus nauigandi artem inuenit: ait enim Neptunus secundum Cretenses, primus nauigandi arte inuenta, classem instituit, eiq; præfectus est à Saturno factus. Quapropter traditum est posteris, Neptunum imperasse mari. Cretenses omnino idē pridem, ut Strabo demonstrat, nauigandi principatū tenuerunt, à quibus propter id fluxit prouerbiū, Cretensis nescit pelagus, in eū, qui ea qua præbe nonit, se ignorare dissimulat, ut in

R

3

nostris

nostris adagij se exponimus. Primum autem, auctore Plin. in 7 inuentis ratibus, in mari rubro, inter insulas ab Erythrae rege nauigari coeptum est. Quod etiam testatur Quintil. in 10. dicens: Si nemo plus effecisset eo quod sequebatur, nihil in poësis supra pontificum annales haberemus: ratibus ad hoc nauigaremus, &c. Ipsas vero rates sunt qui non Erythrae reges sed Mysos & Troianos priores inuenisse in Hellesponto putent, cum transirent aduersus Thracas. Alij in Britannico Oceano primum inuentas produunt corio circumfutas. Nauis sicut Plin. li. 7. scribit, primus in Graciam ex Aegypto inuexit Danaus: ut alij, teste Eusebio in 1. de Euangel. praparat. à Samothracis inuentam dicunt, aut, ut Clémenti placet, ab Atlante: alij vero, velut ostendimus à Neptuno, alij à Minerua auctor Tertul. li. de Militis corona. Verum ego hoc aliquando verius, ut par est, Noë tribuendum iudico, qui ex testimonio Eusebii li. 10. de Praparat. Euangel. perditu ante Danaum & Neptunum fuit. Is enim vir sanctus & innocens, auctore Iosepho in 1. Antiq. cum à Deo diluuium ad perniciem humani generis futurum esse cognouisset, ut aquarum vim euaderet, arcam sibi ligneam fabricatus est, quae haud dubie nihil aliud fuit, nisi nauis, & codendorum diuersi generis nauigiorum primum ac unicū posteris exemplar. Berofus iidem Chaldaeus, ut Iosephus est testis, eam ipsam arcam nauim appellat. Ac nō iniuria

igitur

igitur & nauigandi & codendorum nauim usum primum à Noë, ante quem, quod memoria proditum sit, nemo mare tentauerat, fluxisse credere conuenit, cum praesertim ab eodem Iosepho accipiamus illius nepotes dum alij aliam orbis regionem ad habitandū peterent multis nauibus esse usos: Tibul. autē hoc Tyrijs assignat, Ele. 7. dicens

Vtq; maris vastum prospectet turrib. aquor,

Prima ratem ventis credere docta Tyros; ob hoc hercle, ut puto quod Tyry, teste Stra. lib. 10. diu nauigandi arte excelluerunt. Ex quo fit, ut etiam qui post tempora Noë ad hanc usq; aetatem, huiusmodi artem exercuerunt, non nihil bene meriti sint: nam cum nulla fere ars intra initium suum steterit, multa idcirco cum nauigiorum, tum caterarum rerum nauiticarum genera reperta sunt, quae plurimum artem illustrarunt, quorum proinde auctores commemorare haud omnino alienum instituto nostro ducimus. Longā itaq; nauem Iafon primus adificauit, quae apud Aegyptios, ut puto, Diodoro lib. 1. teste, Sesostris rex Aegyptiorum primus omnium postea usus est, Biremem Erythraei fecerunt. Tirimem Amoclem Corinthium inuenisse, prodit Thucydides. Quadriramem Carthaginenses, secundum Aristotelem. Quingueram instituit Nefichthō Salaminius: quod nauigij genus, teste Polybio volumine 1. Romani primi omnium in Italia, in apparatu primi belli Punici adificauerunt. Sed ab ea ad decirem Nefigitō, ad duodecim ordines

R. 4. Ale

Alexander Magnus, ad quindecim Ptolemaus Soter, ad tringinta Demetrius Antigoni, ad quadraginta Ptolemaus Philadelphus, ad quinquaginta Ptolemaus Philopater, qui est Tryphon cognominatus. Onerariam nauem Hippus Tyrius inuenit. Lembum Cyrenenses, Cymbam Phoenices, Celocē Rhodij, Circerū Cyprij, Lintres Germani circa Danubium habitantes, Scaphas Illyrij, qua naxicula maiores sequuntur naues. Remum autem Copa inuenerunt, latitudinem eius Platea, vela Icarus, Diodorus tamen dicit Æolū velis uti nauas primū docuisse. Malū id est, arborem nauis, & antennam Dædalus. Hippagines, hoc est, ut Festo placet, naues quibus equi vehuntur, Salaminij, vel Athenienses. Testas longas Thasij. Rostra addidit Piscus Tyrreni anchoram. Eupalamius eadem fecit bidentem. Quod inuentum quidam, auctore Strabo. libr. 7. Anacharsidi ascribūt, qui inuenit karpagonas, id est, telum in summitate aduncum, quo nauigia capiuntur, ab ἀγρᾶσι, quod est rapere. Adminicula gubernandi Tiphys, sumpto à miluo aue exemplo: hac enim auis, teste Plin. li. 10. videtur artem gubernandi docuisse cauda flexibus, in caelo monstrante natura, quod esset opus in profundo. Classe verò primū depugnasse Minoem, auctor est Plin. Hac de nauigij dicta satis sint, qua cum potissimum merces vltro citroque conuehēdi causa reperta sint, eis utiq; conuenire visum est mercatura inuentores quamprimū subtrahere.

Qui

Qui primi mercaturam inuenierint, & de primis institutoribus.

## Cap. XVI.

Mercatura haud equidem paruo mortalibus auxilio est, quādo in adspōrtādis mercibus, vita humana necessaria vbiq; locorū supeditat, multarum quoq; ac maximarum rerum usum experiētiāq; homines edocet, ad barbarorum in super necessitudines regūmq; amicitia contrahēdas plurimū valere censetur. Quapropter Plin. in 33. haud temere putat mercetia victus gratia esse inuenta: sed ibi, ut opinor, de rerum commercijs loquitur, qua, ut ipse tradit, Troianis temporibus in permutandis rebus ad victum necessarijs, mortales inter se exercebant, propter quod cum illis tūc haud dubiè multo praclarior ageretur. Posthac autem reperto, sicut idem sentit, aureo nummo, tanta hominibus lucri cupiditas incescit, ut merces adspōrtādi causa, sese ad omnia pericula, vel, ut ita dicam: ad aleam, veluti etiam hodie fit, exponerēt. Ex quo verisimè Flaccus Aoratius de his ait:

Impiger extremos mercator currit ad Indos,  
Per mare pauperiē fugiens, per saxa, per ignes.  
De huiusmodi mercatura Cic. quoq; in 1. de Offic. Mercatura autem, inquit, si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa vendique apportans multiq; sine vanitate impertiēs, non est admodum vituperanda: atque etiam se satiatā quastu, vel contenta potius, ut saepe ex

R s alto

atq; in portum, ex ipso portu in agros possessio-  
 né, que cōtulerit, videtur iure optimo posse laudā-  
 ri. Mercaturam etiam, teste Plutar. viri pracla-  
 rissimi exercuerunt, Thales, Solon, Hippocrates,  
 & Plato. Hanc auctore Plin. lib. 7. Pœni inuene-  
 runt, verūm Diodor. in 6. Mercurio assignat id  
 quod Galli quondam, sibi persuasum habuere,  
 qui, ut Celsar ait, deum maxime Mercurium cole-  
 bāt, cuius plurima erāt apud eos simulachra:  
 hunc enim omnium inuentorem artium ferebant,  
 hunc viarum atq; itinerum ducem, hūc ad qua-  
 stum pecunia mercaturaq; vim maximā habe-  
 re arbitrabantur. Sed Plinius sibi omnino repu-  
 gnare videtur, cum in eodem lib. dicat emere ac  
 vendere instituisse Liberum patrem, praesertim  
 cum mercatura, quā ait Pœnos inuenisse, nil ali-  
 ud sit, nisi actus quidam emendi vendendique  
 merces. Quare ita fortasse intelligēdū est, ut Pœ-  
 ni mercaturam à Libero patre institutam primi  
 exercuerint. Ceterū neq; hoc primò Pœnis, aut  
 Mercario, vel Libero patri assignandum duci-  
 mus, quando ex testimonio Iosephi lib. 1. Antiq.  
 usum vendendi & emēdi multo antè apud He-  
 braos, hoc est, Noë temporibus, fuisse constat. In-  
 stitiores verò primi, teste Herò. in 1. Lydi fuerunt.  
 Sunt autem institiores, non qui egregiè mercatu-  
 ram exercent, sed qui à mercatoribus emunt, ut  
 deinde emptas merces minutatim vendant, de  
 quibus M. Tullius li. Offi. 1. ita sentit: Sordidi  
 etiam, inquit, putantur, qui morcantur à merca-  
 toribus,

toribus, quod statim vendant: nihil enim profici-  
 ent, nisi admodum mentiantur. His idem hodie  
 vestium linteorumq; venditores dare solent ve-  
 stimenta circumferēda, ac ipsi ab alijs opificibus  
 mercari res minusculas ad vendendum: qui id-  
 circo omnes urbis viros ruriq; ex mercatu, mer-  
 catum circuire parati sunt, suas pariter merces  
 ac amicorum vendendic causa: unde vulgò cir-  
 cuitores vocamus & institiores teste Vlpiano, di-  
 cuntur, quòd negotio gerendo instent. At Labeo  
 iurisconsultus muliones quoque stabularios, ta-  
 bernarumq; praepositos loco institutorum habet.  
 Quamquam sunt institiores ijdem, atque merca-  
 tores & negotiatores, sed ut isti honesti, sic illi  
 sordidi habentur: quemadmodum Cicero, sicut  
 supra dixi, eorum conditionem rectè tenuerat.

Quis primus instituerit artem meretri-  
 ciam & Bacchanalia sacra, ac qualis poëna  
 adulterij, aut inuenerit tincturam capillo-  
 rum, vel vsum tondendi, & quādo primum  
 tonsores Romæ.

## Cap. XVII.

Venerem, quam ex spuma maris procreatā,  
 princeps apud nos poetarū, & Ovi. testimo-  
 nio sunt, impudicam, ad omnesq; diuulgatam li-  
 bidines fuisse propalā, quippe qua plures ex  
 adulterio filios procreauit: nam ex famoso Mar-  
 tis stupro, genuit Harmoniā, de qua Plutarchus  
 in vita Pelopidæ assatim meminit: ex Mercurio  
 Hermæ

Hermaphroditum, ex Ioue Cupidinæ, ex Anchi-  
sæ Aneæ, & ex Bute Erycem: quas ob res, amo-  
rum gratiarumque item pulchritudinis & deli-  
ciarum & voluptatum omnium, & libidinis, at-  
que coitus dea habitæ est. Hæc autem ne sola im-  
pudica virorumq; appetens videretur, omnium  
prima, teste Lactanz. lib. i. ut est in historia quam  
prisca Sacra appellabant meretriciã artem insti-  
tuit, auctorque mulieribus in Cypro insula fuit,  
vbi vulgato corpore quæstum facerent. Ex quo  
apud Cyprios, teste Iustino libro 18. mos inoleuit,  
ut virgines ante nuptias statutas dotalem pecu-  
niam quæsturæ in quæstû ad littus maris mit-  
terent, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri  
soluturas. Harum ex numero 1. x. x. admodum  
virgines rapi, & in naues imponi iussit Elisa,  
cum illac transfret è Tyro fugiens, ut inuentus  
matrimonia, & urbs sobolæ haberet. Apud Ba-  
bylonios etiam consuetudo fuit, ut cum rem do-  
mesticã consumpsissent vnusquisque plebeius ob-  
victus inopiam filias suas adigeret ad quæstum  
corpore faciendum. Item mulieres semel in vita  
omnibus indigenis communes erant: sanè ad tem-  
plum Veneris sedebant, nodis corollisque tempora  
reuineta, è quibus alia ad diuerticula, quæ aditû  
exterius præbebant ad mulieres, dum se confere-  
bant, alia regrediebantur. Etenim cum semel il-  
lic federant, nõ prius domû redire fas erat, quàm  
hospitum aliquis pecuniam in sinum mulieris ie-  
cisset, ac cum ea cõsuetudinem habuisset. Mulier

acce

acceptã pecuniã ad sacrû vsum reseruabat: ho-  
spes verò dans dicebat: Tanti ego tibi deam My-  
littam imploro: ita Assyrii Venerem vocant. At  
pulchriores citò expediebantur, deformiores non  
item, quas sæpe vno, vel altero anno expectare  
oportebat. Ac talis erat lex, honoris dea Veneri  
habedi gratia: auctor Herod. vol. i. Sed baccha-  
nalia sacra vberimum apud cunctas ferme gẽ-  
tes libidinis seminariû fuisse, quorû, vbi idem te-  
statur Herod. auctor fuit Melampus Amytheo-  
nis filius, primusq; ad Græcos detulit ex Ægy-  
pto, vbi ea sacra fieri cœpere: femina. n. statuas  
cubitales è meruis cõpactas, quibus ingens mētu-  
la in ventrè exiabat: per pagos præcunte tibia  
circumferēbant, Bacchû canētes. Deinde in Par-  
naso mōte bacchanalia, quæ Græcis Dionysia di-  
cuntur, alternis annis acta sunt, magno cum ho-  
minum multo mero incalentium clamore, tum  
tympanorû crepitu. Haud ita multo pōst, græcus  
quidam homo ignobilis eiusmodi sacrorum anti-  
thesin Hetruriã venit, docuitque ritus. Ex He-  
truria ea mali labes mox Romam penetrauit, v-  
bi mirandum in modum morbi contagione ma-  
trouariã pudicitiam corrupit: primò sacrarium  
feminarum fuit, nec quisquam virorum admit-  
tebatur: tres in anno statutos dies habebat, qui-  
bus interdum bacchis initiarentur, sacerdotes in-  
ter se matronæ creabatur: cum demum Paculla  
Minia Campana facta est sacerdos, hæc omnia  
vãquã deorum monitu immutauit, sanè viros

&amp; curas

Et cum primis filios initiavit, nocturnumque sacrū  
 ox diurno, Et pro tribus in anno diebus, quinos  
 in singulos menses dies initiationum sacros fecit. Tū  
 promiscuo sacra viri feminis permitti facere cō-  
 perunt, ubi cōm per noctis licentiam quidvis sce-  
 lerū vnicuique edere liceret, nihil sac moris, nihil  
 flagitij pratermittebatur: siquidē, eo loci supra  
 pariter atq; eades redundabant, quando qui aut  
 ad Venere pigriores, aut dedecoris minus patien-  
 tes erāt, nam postremo nemo maior viginti an-  
 nis initiabatur morte afficiebantur: nec id mul-  
 tū cogitum, cū nulla vox queritantium pra-  
 ululatu, tympanorū cymbalorūq; strepitu ex-  
 audiri posset, Et mortui ex cōspectu illico in spe-  
 cus abderentur. Summa religionis erat inter eos,  
 viros velut mento capros, corporis inactione fan-  
 tatica vaticinari, matronas Baccharum habitu  
 criminibus passis cum facibus ardentibus discurre-  
 re, Et mactatos dici à dijs raptos. Verūm ad ex-  
 tremum tantorum scelerū iudicio ad Sp. Positū-  
 mium Albinū Et Martium Philippū COS.  
 delato, religio pestifera extincta est, anno Urbis  
 conditæ DLXV III. Atqui non est quod plura  
 veterum probra vita repetamus, cum nos forsistū  
 magis reprehendendi sumus, quando apud nos  
 pra Venere institutis, parum Dei opt. max. pra-  
 cepta ritē servantur: Moses enim mulierē adul-  
 teram cū adultero, ut in Levit. cap. 20. est, mor-  
 te multandam stituit: apud Romanos Et Gra-  
 eos, adulterum crimē vitā capitale fuit.

qu

qui Felicem Arabiam incolunt, virum etiā a-  
 dultorum capite multabāt. Quin Et diuus Cle-  
 mens epistola sua prima dicit, secundum hanc sim-  
 adulterium omnium gravissimū esse peccatum,  
 atque apud iustū iudicem maiore poena lūi, Et  
 tamen ioco habetur. Quid quidd. uxores Et viri  
 palam multis adulterijs inquinati, eo quod aut  
 ad nullam, aut ad maiorem poenam quam culpa  
 sit, vocantur, nihil pensi habent sacrosanctum  
 matrimonij foedus violare: Ita apud nos mansue-  
 tudo puniendi, illecebra est peccandi. Non sola i-  
 gitur, ut ipsa cupiebat, Venus impudica est: nec  
 tamen prima fuit, siquidem satis constat iam inde  
 ab initio ferme orbis conditi, fuisse mulieres,  
 qua vulgato corpore quāstum fecerint. Legimus  
 enim in Genes. lib. Indam Iacob filiiū eō rem ha-  
 buisse cum Thamar nuru sua, quod suspicatus  
 esset illam esse meretricem, prout mulier talem se  
 esse vestitu pariter atq; arte simulavit. At quā-  
 tō Venere praestantior Lucretia fuit, qua nō pu-  
 dicitia omnibus peruloanda, sed constantē ser-  
 vanda vnicum edidit exemplum, sibi ipsi mortem  
 consciscens? Hac tamē non facile multas sui simi-  
 les habet, adeo libido crevit, qua mehercule nihil  
 in vita mortalium turpius foediusq; esse potest,  
 quādo hac nobis cum belluis cōmunis est, Et hac  
 vna tantū humane vita internoscitur infirmi-  
 tas. Quapropter Magnus Alex. ut testis est Plu-  
 tar. se duabus potissimum rebus mortalitatē in-  
 telligere aiebat, sopore ac coitu, quae sola natura  
 infirmā

*infirmitas pareret. Pythagoras verò rogatus quãdo concubendũ esset. Tunc, inquit, cum reipso infirmior fieri vis: auctor Diogenes lib. 8. Quod nos etsi rectè scimus, nihilominus tamẽ mulierũ illecebris in libidinem trahimur, veluti canis, ut dicitur, ad vomitũ suũ reuertitur. De his satis. Timeturã capillarũ, teste Clemente, Medea primum inuenit. Vsum autẽ cõdendi ab Abãtibz fluxisse ferunt: ita enim huiusmodi populi cum natura bellicosi forent, expeditiũs cum hostibus cominus congregiebãtur. Testatur utrũq; Plutar. in vita Thesei, scribẽs: Vigebat etiã illis tẽporibus cõsuetudo, ut qui ex ephëbis excessissent, delati in Delphos, de comis Deo primitias darent. Accessit igitur in Delphos Theseus, & anteriorẽ partẽ capitis arrastit. At Abantes primi hoc tondendi more vsi sunt, quẽ quidẽ non ab Arabibus, ut quidam existimãt, didicerũt, nec Mystos imitati, sed quod natura bellicosi essent, & propẽ pugnãdi ac præter cãteros manus cum hostibus conferendi peritiã tenerẽt. Et post paulò infert: Ne igitur vllas hostibus ad capiendũ ansas darent, tondebantur. Hęc ille. Ea etiã de re Magnus Alex. suis ducibus imperasse dicitur, ut Macedonũ barbas arderent. Tonsores in Italiã ex Sicilia primum venere, anno post conditam urbem CCCCLIII. adducente P. Ticinio Mena: testis Varro: antè intonsi fuere. Primus omnium radi quotidiè instituit Africanus, sequens Diuus Augustus cultus ingiter vsus: auctor Plin. vol. 7. Natur. hist.*

Multa

Multa cum vetera, tum noua inuenta esse, quorum auctores ignorentur.

Cap. XVIII.

**Q**uanquam probè scimus, quantum laudis præmijque debeatur illis, qui olim aliquid suo ingenio, vel ad vsum vita, vel ad animum excellendum vtile, nihil non necessarium excogitarint, eòq; huiusmodi rerum auctores hoc vno opere omnes completi, ne quempiam sua laude fraudasse videremur, diligentius elaboravi: attamen nobis per vetustatem, quæ, ut Varro inquit, multa tollit, pauca non deprauat, id præstare minus licuit, quod multis vnum, quæ aut ad suos minime referuntur auctores, aut omnino ad nullos, utpote qui non præduntur. Quapropter, si scriptores quos sequeremur, nullos plane habuimus, nemini sanè mirum sit, nos quadam silentio præterisse: quando illud admiratione dignius est, ut plurima noua inuenta sint, quorum inuentores non tradantur, & ex ijs quadam nec scripta habeamus, quo nomine vocari possint. Nam quid incundius reperiri potuit horologio? quo nobis, etsi occultato sole, per tintinnabulum sua, ut ita videtur, sponte sonans, hora nuntiantur? Aut quid gratius ipso tintinnabulo, quod alij campanã, nonnulli nolam nuncupant, inueniri potuit? quod licet recens inuentum non sit, Moses enim temporibus, teste Iosepho in 3. Antiq. eius vsus etiam, de quo Martialis ait:

S

Wedde



Redde pilā, sonat as thermarū, ludere pergit;  
 Virgine vis sola lotas abire domum?  
 vtriusq; tamē pariter auctor latei. Sed ē aliud  
 meo iudicio admirabilius fuit, inuenire pyxidem  
 illam, qua nauta admodum peritissime nauiga-  
 tionem moderantur: qui tamen eam repererit,  
 omnino in aperto non est. Adde præterea illud  
 tormentum æneum, quod bombardam vocant,  
 omni admiratione execrationeque dignum; ad  
 perniciem hominum excogitatum, quod haud  
 adduci possum, ut humanum ingenium inuenisse  
 credam, sed meretricule potius malum quēmpiam  
 dæmonem mortalibus monstrasse puto, ut inter  
 se non modo armis, verum etiam fulminibus (est  
 enim, ut alio loco diximus, quam simillimum ful-  
 mini) pugnarent, cuius auctor Perilli exēple,  
 sicut opinor, monitus, non temere nomen suum  
 occultauit, ne in se, uti merebatur, primum hu-  
 iusmodi tormentum experiri cogatur, Perillus  
 enim, teste Plin. libro 34. vir Atheniensis, ut  
 Phalaridis Agrigentorum tyranno post homi-  
 num memoriā crudelissimo placeret, ex ære tau-  
 rum artificiosissimum fabricauit, cui ianuam in  
 latere posuit, ut cum reus inclusus subiectis igni-  
 bus torqueretur, mugitum, non hominis, vocem  
 videretur emittere: pro quo opere cum à tyrāno  
 pretium postulasset, in illo ipse includi omnium  
 primus à Phalaride iussus suppositis ignibus, ar-  
 tificij sui verum experimentum præbuit: de quo  
 Ouid. in 1. de Arte amandi ita cecinit.

Et

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli  
 Torruit, infelix imbuit auctor opus.  
 Iustus uterque fuit: neque enim lex æquior  
 vlla est,

Quam necis artifices arte perire sua.

Est & illud nouum inuentum, in quo uterq; pes  
 vtriusque eius quiescit, qui equo infidet: nā ut in  
 marmoris statuis Roma conspicitur, antiqui nō  
 utebantur, nec quo nomine appelletur, apud au-  
 ctiores legitur: vulgō stassa nominatur, quod in  
 eo pedes commode stent. Sunt & huiusmodi plu-  
 rima, sed illa imprimis incitamenta gula, qua  
 hodie tam diuersi generis ex saccharo fiunt: vel  
 etiam pars maxima armatura, qua cum suis vo-  
 cabulis haud apud explicari queēt, nihil est quod  
 proferam. Est vel nouitium inuentum illud la-  
 neum tegmen capitis, quod biretrum vocāt: ve-  
 teres enim omnino caput non velabant, sicuti te-  
 stantur numismata, vel ipse statua, qua ut Ro-  
 ma vidimus, apertum caput habent, præsertim  
 cum propalam sit, nos patrio more eo fingi vesti-  
 tu, quo prorsus utimur. Sed hoc omnino C. Cæsa-  
 ris exemplo significantius comprobatur: is enim,  
 auctore Tranquillo, cum caluitij deformitatem  
 iniquissimē ferret, obrectatorum saepe iocis pro-  
 positam, deficientem capillum reuocare à vertice  
 consuevit, ut illam obtegeret. Quod quidem quis  
 non videt, ab eo fieri sub absurdum fuisse si mo-  
 re patrio, cōmodius decentiusq; caput, hoc est de  
 honestamentū illud caluitij, obnubere potuisset?

Ex quo apparet, recens esse inuentum hoc operimentum capitis, quo nunc passim utimur, auctor tamē ignoratur. Et sic huiusmodi sexcenta sunt, quorum iuxta auctores non produntur. Acutius est etiam inuenisse, & multo utilius, qua ratione frumentum ad decurrentis aquae impetū molere possimus, quamvis non utique recens sit, tamen apud idoneos auctores suo nomine caret, vulgus molendinum vocat. Multa insuper nouissimis temporibus instrumenta musica inuenta sunt, quorum auctores iam in oblivionem venerunt: ex quibus propter suauitatem concēsus, omni admiratione & laude digna sunt illa, quae organa nuncupant, valde quidem ab illis dissimilia, quae Dauid Iudaeorum rex, ut in I. huius operis volumine memorauimus, fecerat, quibus Leuitae sacros hymnos concēnerent, si: ut nos his pariter canimus. Item alia id genus sunt, quae mochochoria, clauicymbala, vtrique nominantur: eorum tamen aquae inuentores magno quidem sua gloria damno, in nocte densissima delitescunt. Nō proditur itidē, qui primus fecerit candelam ex seuo, rem et si sordidam, attamen apprime utilē: neque is qui primūm aues ad venditū diuenerit, quod similiter recens inuentū est. Nec memoria proditum est, quis annulos priūdū reperit, quibus apud Romanos, ut demonstrauimus, magnus honos accessit. Sed quid miramur eiusmodi rerum admodum tenuicularum inuentores, diuturnitate temporis oblitterasse, cum im-

ph. men.

primēdarum literarum artis nuper diuino quodam ingenio excogitata, ipse auctor prope modum in tenebris iacēret: nos tamen pro virili parte operam impendimus, quemadmodum alibi appositū ostendimus, ut ab omni oblivionis iniuria vendicaretur. Est vel memoria nostra crurum segmentum tam commodissimē quam decēntissimē confectum, quod nos caligas dicimus: et si caliga calceamenti genus fuerat apud veteres: est auctor tam necessarij vestitus, tamq̄ honesti, iam iam in occulto latet. Extant plures praeterea artes, quae indra suum initium tantum humile cum minimē steterint, deinde ab insequentibus aucta, neuiquam ad suos priores auctores, sed ad eos à quibus incrementum acceperint, perperam, ut in plerisque locis huius operis docuimus, referuntur. Quare proinde se vetera quadam inuenta, aut noua minus attingimus, id profectū in causa fuit, quod maluerim paucis verbis certa tradere, quam multis incerta persequi.

## LIBRI TERTII

FINIS.

PH. MEN.



POLYDORI VER-  
GILII VRBINATIS IN  
*quinque libros de iniitiis institutorum  
rei Christianæ, ad Ioannem Matthaum  
Vergilium fratrem,*

P R O O E M I V M.



CHRISTVS seruator noster, qui,  
quemadmodum ipse testatur, ad  
nos mortales venerat, haud legis  
rescindendæ, sed atque adeo con-  
firmandæ causa, iam inde à principio omnia  
pura, nuda, apertaque reddidit, quæ antea Iu-  
dæi umbram ipsius legis secuti suffecerant,  
colorarant, fucosâque fecerant, & denique  
quicquid isti laxarant, ac quod minus pietatis  
plûsq; cæremoniarum introduxerant, ille  
astrinxit, atque plus pietatis, minûsque cære-  
moniarum esse voluit.

~~... Verum ut non parum multa à Iudæis, ita non modica ab aliis gentibus instituta, aut casu, ratione accepta, tam in frequentem vsum & consuetudinem venerunt, ut pro nostris habeantur. Quod equidem fecit, ut putarim me operæ pretium facturum, si origines eiusmodi rerum omnium quæ ad religionem pertinerent, proderem, quò luculentius constaret, quas Seruator, quas Apostoli, quas deinde Episcopi, quâsve alij introduxissent. Et id, amantissime frater, tuo præsertim rogatu, mihi officium præstandum duxi, ut dum tu, qui Græcis pariter atque Latinis literis es loagè eruditissimus, Parauij, quò nuper à Senatu Veneto philosophiæ docendæ causâ accitus es, ne ipse otiarer. Itaque omnes nostræ religionis ritus, eorûmque iniitiâ, quinque libris exposui, etsi nescio quàm bene, tamen accuratè, quos ad tres illos de rerum inuentoribus libellos ab hinc XVII. annos, à me & ætate, & fortasse doctrina tyrone compositos adiunxi, demonstratûque patres olim in bona illorum parte recipienda, piè ac cum causâ fecisse, quippe~~

S 4 qui

que gentes eam barbaras, et in cultu  
 cultu duce, et in cultu, et in cultu  
 nra de, et in cultu, et in cultu  
 instituta hanc proposita, et in cultu  
 rint, sed meliora crearentur, si vel minus ad-  
 gioni periculum crearetur, si vel minus ad-  
 mississent, minusve mutassent, quemadmodum  
 locis perappositis commodum demonstrauimus.  
 Atque isto ipso labore quem religionis causa  
 non inuitus suscepi, Deum opt. maxi-  
 bis propitium reddidisse confido.

Vale, Nonis Decemb. Lon-  
 dini, M. D. XVII.

\* \* \*

POLY

POLYDORI, VER-

GILII VRBINATIS

de inuentoribus rerum

LIBER IIII.

De principio Ecclesiæ, Christianæque  
 religionis. Cap. I.



QVAE ab orbe condito, ad nostram  
 usque ætatem, quisque ad usum  
 humana vita necessaria pri-  
 mus inuenerit, tribus superio-  
 ribus libris explicauimus: de-  
 hinc uero de principio Ecclesiæ  
 Dei, ac institutis, et eorum initiis Christiana re-  
 ligionis agitur, qua sola est, qua possit hominem  
 facere, ac seruare beatum. Ecclesiæ uox græca,  
 apud nos significat congregationem, cœtum, con-  
 cilium, multitudinem, concionem, et ut plurimum  
 accipitur pro hominum congregatione creden-  
 tium uero Deo, quos uocant fideles: ac eo  
 pacto Apostolus epist. ad Ephesos cap. 5. appel-  
 lat Christum Ecclesiæ caput. At uulges omne  
 Ecclesiæ uocit ac cunctorum sacerdotum ordi-  
 nem, singulaque templa Deo atque diuinitati eius di-  
 cata. Hac igitur Ecclesiæ hominum Deo uero  
 credentium, ac summo cultu eundem sanctæque  
 uenerantium esse cœpit iam inde à primordio  
 mundi creati, cum Adam, ac eius filij Cain et

S 5 Abel

Abel Deum colere ceperunt: iuvenes enim statim Deo sua obgulere viona, velut lib. Genes. extat. Deinde crescente hominum genere, Ecclesia magis fuit celebris, vsq; ad Noë tēpora, cum exigua admodum facta, ex familia tantum ipsius Noë constituit: postea penè extincta est, sed paulo post per Abraham & eius familiam restituta, in suo tandem stetit mediocri statu, donec ceperit maiorem in modum florere per Moysen, qui eam mandatis diuinis, legibus, caeremoniisq; adauxit, stabilijuit, ornavit. Postremò eam ipsam Ecclesiam populo Hebræo per suos impioꝝ reges & imprimis Achaz, ad idololatriam impulsò, vti est lib. Paralip. 2. iam iam cadentem propheta eatenus sustentarunt, quo ad præstò ei fuis Christus: de cuius aduentu, causâque adueniendi dicturis, aliquanto altius rursus nobis exordicndum est, prodito iam Ecclesia Dei ortu. Hebræi itaque ab Heber, à quo Abraham originem duxit, auctore Eusebio de Euangel. præparat. lib. 7. dicti, qui post Moysen, teste Lactantio lib. Diuin. instit. 4. à Iuda, qui illorum fuit dux contra Cananaeum, Iudæi appellati sunt, ante multa secula, quàm esset Moyses, absque lege aliqua scripta, pietatisque vixerunt, utpotè qui naturali quadam ratione, & mentis acumine, magnitudinesq; animi, veritatem, veramque pietatem consecuti essent. Quorum principes fuerunt Enos, qui primus sicuti supra ostendimus, nomen Domini Dei inuocauit, Enoch, Noë, item post istius temporis, Abra

Abraham, Isaac, Iacob, qui quoddam Deum vidisset, Israël est ab ipso Deo appellatus, & ab eo Hebræi Israëlita nuncupati. Ab hoc 12. tribus Iudæorum profecta sunt, singula à singulis eius filijs denominata. Præter hos Iob, qui etsi homo alienigena, (erat enim è terra Hus, in Arabia Idumæaq; finibus sita) pietate tamen & innocentia Hebræis comparandus est. Sed Ioseph Israël's filius in primis vitæ castimonia excelluit. Iis igitur ~~commissa sunt, ut~~ ~~apost. Paulus ait, eloquia Dei.~~ Verum non diuturna fuit in gente integritas: nam posteaquam famem declinaturi primum Abraham, deinde Israël em secuti in Ægyptum migrauerunt, sensim ex pestilenti illius populi commercio patria pietatis obliti, adeo sese malefica superstitioni addicere, & demonibus seruire ceperunt, ut nihil ab ipsis Ægyptiis, nihil serè à reliquis gentibus, qua olim ab eis, prout a libi appositè demonstrauimus ortum habuerant, religione differrèt. Deus tamen miserius post annum cccv. ut Iosepho placet, quàm Israël cum filijs in Ægyptum venerat, & quàm Abraham in eam terram accesserat, cccxxx. duce Moysen, per quem illis deinde lex data est, eos eduxit, liberauitq; seruitute, qua ab Ægyptiis premebantur. Pro iis diuinis beneficiis honorem Deo nõ habuerunt, sed depulsa iam seruitute in luxuriam delapsi, ad prophanos Ægyptiorum ritus a-nimum adiunxerunt, atq; deinceps nõquam peccare cessarunt, veluti ceteræ gentes factitabant.

Quocirca summus Deus, ac parens omnium cum videret malitiam, & falorum Deorum cultus orbem terrarum occupasse, ac iam nomen suum ex hominum memoria penè sublatum appropinquante iam termino, quo religionem suam transferre voluisset ad novos cultores secundum illud Dauid oraculum: Populus quem non cognovi, seruiet mihi: misit in mundum unigenitum filium suum ~~nostrum~~ & doctorem ad erudiendos mortales. preceptis iustitia sua. Nam scire licet Adam ~~nostrum~~ noster primus parens fuit, fecisse contra quam Deus mandauerat, ac ob id incidisse in poenam ab ipso Deo constitutam, amissisq; donum iustitia originalis, & illud peccatum cum poena in omnem posteritatem perpetuatum, atq; per peccatum mortem subiisse, Deus igitur misericors volens homines, quos creasset, haud perditos, quippe qui seipsum ita delictis inquinatos liberare non poterant, tandem misit IESVM Christum, inquam filium suum, qui per sanguinem suum ipsius, redimeret nos, Deumq; patrem placaret, & idem pater sibi genus humanum reconciliaret, quando idem Deus, ut ait Paulus ad Corinth. Episto. 2. ca. 5. erat in Christo, quem propterea voluit mortali carne indui, & in crucem tolli & morte martiri, qui, ut vivus lex, nomen ac templum novum condere, pius cultum, verumq; per omnem terram verbo & exemplo doceret. Sed tamen quod certum esset à Deo missum, oportuit illum non ita nasci, sicut nascitur homo ex utroq; mortali

genitus,

genitus, qui ut celestis appareret, crearetur sine opera genitoris, & tunc conciliator inter Deum & homines ad immortalitatem duceret ipsos homines, & sicuti homo præterea suis factis approbando ceteros parentis necessitate constringeret. Idcirco voluit morti & afflictionibus cunctis esse expositus, ut ea tolerando uti bonus doctor, doceret, illa quoq; posse perferri à quocumq; mortali homine qui non ut humanus corpori seruiret, sed ut quemadmodum Origenes ex Apostoli sententia super Genesim pulcherrimè admonet, exercens bona animi, cuiusmodi sunt voluptatum fuga, doloris atq; mortis contemptus, celestis essentus, imaginem celestis Dei acciperet. Venit ergo ad nos similiter diuinus ac humanus doctor, id est, perfectus Deus, perfectus homo, qui Verbum Dei, qui cum patre semper, & pater cum eo est unus Deus. Ille tanquam sol hic tanquam radius ex sole porrectus: ille quasi fons, hic rivus quia: aquæ una utriq; mens, unus spiritus, una substantia est, sicut solis lumen in radio, & aqua fontis in riuo. Sed quomodo ad nos venerit, & Verbum caro, veluti Evangelista Ioannes ait, factum sit, audiamus Lucam ita intonantem. Missus est angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilea, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, dominus tecum. Benedicta tu inter mulieres. Et parum infra. Ecce concipies

cipies in vtero, & paries filiū, & vocabis nomen eius IESVM. Is erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi dominus Deus sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, &c. Dixit, Dauid patris eius, quoniam tam Ioseph qui putabatur eius pater, quam Maria virgo ex regia stirpe Dauid orta erat, sicuti ex genealogia vtriusq; aperte liquet quādo Ioaachim, qui ex Anna uxore hanc puellam genuerat, suum pariter genus ad Dauid referebat. Dū igitur pax in terra post hominum memoriā summa erat, dū Augustus Caesar vniuerso orbi imperabat, dum editō ipsius Caesaris, Iudaei, ut in aliis quoque gentibus fiebat, à Cyrino qui Syria praerat, vocantur, ut tributim dent nomina, dū demiq; Ioseph ex Galilaea profectus cum coniuge, ut in tribu Iuda cū suis profisteretur, in Bethleē oppido Iudaeā morabatur, qua terrarū fere media est, cōtigit ut virgo qua diuini spiritus hau-  
 stu conceperat filium pareret sine vllō vteri ac-  
 cepto incommodo, quod partus diuinus esset, de  
 quo iam multū antea veteres cecinerant prophe-  
 ta, Eias: Ecce virgo concipiet, & pariet filium.  
 Et ierem: Egredietur virga de radice Iesse. Fuit  
 Iessa Dauid regis pater: qui & Isai dictus est,  
 velut in extremo decimo capite libri primi Para-  
 lipomezon legitur. Extiterunt & alibi argumē-  
 ta quaedam mysterij huius. Roma regione trans-  
 tyberina, oleum, ut Eusebius scribit, per idē tem-  
 pus terra erupit, perq; integrum diem, perpetuo

mana

mansit fluuio. Item Orofius tradit Augustum eodem die vetuisse editō, se dominum appellari, manifestō praesagio maioris dominatus, qui tunc in terris ortus esset. Fuit hic annus in quem ille sacratissimus incidit partus, alter & quadrage-  
 simus imperij Augusti principis, mundana ve-  
 ro originis XCIX. supra centesimum, ac quin-  
 quies millesimū. Octauo deinde die, puer ad tem-  
 plum delatus patrio more circumciditur: non e-  
 nim venerat ut legem abrogaret, sed ut cōsum-  
 maret: vocaturq; IESVS, quod idē Hebraicē si-  
 gnificat atq; Seruator. Haud ita multo post colit-  
 tur, à Magis pretiosisq; muneribus donatur. Ma-  
 gos Persa sapientes vocāt, & Chaldaei, quos Gre-  
 ci philosophos. Deinde matris secuta est purgatio  
 ut magis lex seruaretur, quā quod lustratione  
 aliqua opus esset, vnde omnis labes abfuerat. Tu-  
 lit virgo secum puerum ad templum, quem Si-  
 meon dicitur, viri perfectus, & audio cupidissi-  
 mi, & sancti, & regis, & levitorem suum  
 prophético spiritu profiteretur. Vnde & dicitur  
 mystico chrismate dictus quod certo argumento  
 potestatis & regni vnctus est. Christus etiam di-  
 citur vnctus, quem Hebraei Messiam vocant, Sic  
 Iesus id est, seruator, & Christus hoc est, rex di-  
 ctus est. Anna itidem prophetica mulier Iesum  
 Christū vidit, & agnouit. Herodes verō audito  
 nomine noui regis eum perdendū statuit. Quo co-  
 gnito, Ioseph diuinitus antē monitus in Aegyptū  
 cū puero & matre aufugit, ubi septē fuit annos.

Inte

Interim Herodes oraculi nescius, omnes pueros qui tum in Bethleem erant, occidit, qui propter id scelus tabo & sacro igne correptus, cruciabiliter vitam amisit. Tum Ioseph, iterū per quietem monitus in patriam rediit, & cum audisset Archelaum regnare in Iudaea, loco Herodis patris, in Galileam diuertit, & Nazareth oppidum incoluit: unde puer Nazareus est appellatus. Secū dū hac cū iam puer 12. esset annos natus, Hierosolyma cum parentibus de more ad diē festum agendum presicijitur, ibique in templo cepit cū doctioribus, cum percontando, tum respondendo, supra aetatem disputare: max parentes domum secutus; usque ad 30. vitæ annū contentus mansit gratia Dei & virtute, qua in eo maxima erat. Tum demum Christianæ rei fundamentum iacturus, & suum negotiū propter quod venerat, gesturus, finctus est à Ioanne propheta in Iordane flumine, & quomodo est baptizatus, & quomodo est circumcisus, & quemadmodum Iudæi suscepti circumcissione, sic etiam gentes per baptisma, id est, salutaris rovis perfusionem seruantur. Delegit apostolos 12. & discipulos 7. quibus deinde mandaret concionandi munus, seu is delectus paulo. post quàm prædicationem. inchoauerat, ab eo habitus est, quod parui referit. Cæpit docere homines. unum esse Deum, & illum solum coli oportere, quod diligentibus, se hereditatem celestem donaret, quod sic eorum mentes à stulti-

fiam

tia, qua tenebantur, ad sapientiam, ab iniquitate ad iustitiam reduceret: item debere omnium maxime mutuam charitatem habere, ac cætera precepta Dei sincera mente seruare: se verò non Deum, sed ~~patrem~~ <sup>patrem</sup> profitebatur, qui nō sūt, sed patris honorem quærebat: inde maximè simul miracula edere cepit, non præstigis magicis, qua nihil veri ostentant, sed vi ac potestate cælesti, qua iam pridem prophetis nuntiantibus ceabantur: sic viam ostendebat olympo. Quo se habet, ut populus ex tota Syria ad eum ob eius iustitiam, vel ob huiusmodi miracula conflueret, & precepta eius audiret, ac à Deo missum, Deiq; filium crederet. Docuit præterea modum orandi atq; sacrificandi, ut nihil omitteret quod ad veram religionem faceret, in qua demum cuncti mortales acquiescerent. Hæc sunt facta I E S V Christi præceptoris nostri, qua miraculis cæstant: hæc eius doctrina, qua continetur decretis, qua ipse Euangelium, hoc est, bonum nuntium appellauit. Cæterū quod magis hæc à pluribus recipiebantur, hoc acriores inuidia stimuli exagitant Indæorum primores & sacerdotes vociferantes, legem Dei ob hanc nouam superstitionem (sic enim euangelium vocitabant) violatum deseruntq; iri, qui vsq; eò ira obcecati sunt, ut omnium prophetarum oraculorum immemores, non prius machinari cessauerint, quàm ipsum Christum in crucem sustulerint, quod sic per eius mortem, veteris instrumenti mysterium aperiretur, in-

T

telli



telligereturq; ac nouum instrumentum, quod ab eo est compositum, veteris fieret perfectio, quia ille in utroq; testator est. Sed frustra opponuntur diuina voluntati humana consilia: nam Christus post tertium diem, quam passus fuerat, resurrexit, obtulitq; gloriosum corpus suis discipulis conspicendum, qui fuit annus principatus Tiberij Caesaris decimus octauus. Illis per hoc confirmatis, quos iussit Spiritum sanctum expectare, qui ad eorum mentes instruendus, esset de celo mox paulo venturus, post quadragesimam diem quam resurrexerat, et uidentibus ad patrem ascendit, post annum trigesimum tertium, ac menses tres, quam ad humani generis instaurationem in terram descenderat. Verum prius quam in celum rediret, potestatem dedit Apostolicæ, qua rempublicam Christianam conderent, dicens, uti testis est Mattheus euangelista: Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, et filij, et spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quaecunque mandauimus uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Et secundum Marcum, illud ipsum repetens: Ite in mundum uniuersum, et predicate Euangelium omni creatura. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Ioannes uero euangelista nihil diuersum commemorat, cum inquit: Venit Iesus, et stetit in medio, et dicit eis:

Pax

Pax uobis. Et cum hac dixisset, ostendit eis manus et latus suum. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax uobis: sicut misit me pater, et ego mitto uos. Et cum dixisset, flauit in eos, et dixit eis: Accipite spiritum sanctum: quorumcumque remiseritis peccata, remittentur eis, et quorumcumque retinueritis, retenta sunt etc. Et hanc Christus equam omnibus Apostolis auctoritatem fecit postquam spiritum dederat, ut qui ea deinceps uterentur sciret oportere se retinere etiam spiritum. Deinde Christus in celum se contulit, qui post decimum diem quam ascenderat, spiritum sanctum ad Apostolorum mentes diuinitus illustrandas misit qui Hierosolymis undè erant, et eum paraclitum expectabant: quo repente afflatus, cæperunt loqui alijs linguis prout spiritus dabat ut loquerentur. Atque ipsum Christianæ religionis principium tale fuit, taleq; fundamentum quod Seruator nosser iocit, et deniq; tale frumenti granum, quod ille solo condidit. Sed agè iam dicamus, ut illud etiam sit, quod sive paulatim protulerit opes.

De Christianæ reipublicæ origine, eiusque miro à primo incremento, ac apostolorum Petri & Pauli martyrio.

Cap. II.

**A**postoli spiritu supernè accepto, ut ualido muniri presidio, nihil formidantes, audacter

T 2 inci.

incipiunt Christum Hierosolymis predicare, ubi ille paulo ante datus fuerat neci. Sed Petrus in primis Iudaeos tanti parricidij intrepidè coarguit, hortaturque ut eos poeniteat, ac veram religionem quamprimùm complectantur. Ea quoque ita mouit, ut tria millia sexus utriusque eodem die baptizata sint. Cōfirmat Petrus statim animos istorum miraculo, qui in aditu templi, ad Speciosam portam, claudū ex utero matris, IESV Nazareni nomine in pedes erexit. Quo viso, totus populus ad Petrum & Ioannem qui aderat, currebat, & ille rursus concionatur. Post hæc à principibus Iudaeorum interrogatus, qua arte id miraculum edidisset, aperit illud nomine IESV Christi gestum, quem illi iniquè crucifixissent. Ad hæc indignati principes, iubent, ut ne id nomē amplius apud populum divulgent: quibus Petrus & Ioannes respondent, se non posse que de IESV vidissent, non loqui: qui cum perseuerarent in ea prædicatione, unā cum alijs Apostolis in custodiam conuiciuntur, sed statim noctu apertis diuinitus portis, in templum se conferunt, ibique docent. Tum iterū à principibus prohibiti ne concionarentur apud populum: respondit Petrus sic: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Quare principes indignati, cum non audeant in Apostolos sauire, veriti si id tentarent, ne in plebe tumultus feret, Stephanū unum ex septē diaconis, lapidib; confectum interemerūt, cuius cades nihil minuit piorū abacritatē, cum audissent

dissent illū dicentē, Ecce video caelos apertos, & Filiū hominis stantē à dextris Dei. Interea conueniebat multitudo vicinarum ciuitatum Hierosolyma, ad eos afferētes agrotos, & vexatos à spiritibus immūdis, qui sanabantur omnes. Per hæc crescebat cœtus Christianorum, quibus erat cor unum & anima unā, atque omnia communis. Apostoli autem communiter vivebant, & quod illis piè offerebatur (offerebatur autem ad illorū pedes à credentibus pretia agrorum) id extra naturam usum, pauperibus erogabant. Philippus inter hæc, unus ex septē diaconis, Samaritanos ad religionem trahit. Simonem magnum baptizat. Currebat illuc Petrus cum Ioanne, qui eam gentem corroboraret, Paulus non multo post nominis Christiani acerrimus hostis, in priorū cœtū ope diuina ducitur. Sed ut illud Dauid carmen euentu probaretur: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum verba illorum: haud multo post eiusdem Philippi opera, euangelicus sermo usque etiam ad Æthiopes penetravit. Philippus porrò postquam Samaritanos vera religione imbuerat, cum Dei monitū Gazam pergeret, quemadmodum in Apostolorum actis extat, Eunuchum Candaces regina Æthiopiae profectum baptizauit: & Eunuchus deinde reginam ipsam, cum tota familia, bonaque populi parte, sic, ut Christiana religio in gente semper vigerit. Sanè memoria nostra cum Clemēs VIII. Rom. pontifex, & Carolus V. Imperator Bono-

miam negotij causa conuenissent, accidit ut Fræ-  
ciscus Alvarez legatus David vulgò Prætogiam  
dicti, regis Abissinorum Æthiopum, qui medi-  
terraeam Africa partè tenent, eò Ioannis Lu-  
stiana regis oratore duce, accesserit, atq; in sena-  
tu sui regis nomine, promissum fidei obedientiaq;  
Clementi fecerit, anno salutis M D X X I I I.  
mense Februario Ad rē reuertor. Petrus oracu-  
lo admonitus Ioppe, ubi Tabotham vitæ priua-  
tam à morte su citauit. Cæsarem profectus, i-  
bi que Concilium Centurionem cum tota eius fa-  
milia, primum ex gentibus externis, sacri roris  
vnda eluit. At Paulo id in primis negotiū inter  
gentes deinde datum est. Dum hac alibi sunt,  
Antiochia interim prædicatione discipulorum,  
qui post eadem Stephani Hierosolymis factam  
aufugerant, multus nemerus credentium adiu-  
xit se ad Christum, ita ut illi primum eò loci co-  
gnominarentur Christiani. Felix Antiochena ci-  
uitas, quæ prima omnium aucta est Christianum  
proferre nomen, atq; nascentis euangelij celebra-  
re gloriam. Nāstræ hæc demum religionis origo  
est, quæ vniuersorum omnium expultrix, Deo nos  
conciliat, & vinculo connectit ætissimo, cuius  
auctor nō Saturnus, aut Iupiter, sed verus Deus,  
rerum omnium origo. Accedit sensim suum de-  
inde incrementum respublica Christiana: nam  
Apostoli partiti inter se prouincias, Thomas Par-  
thos sortitus, Mattheus Æthiopiā, ceteriorem  
Indiam Bartholomæus, Andreas Scythiam, Io-  
annes

annes Asiam: Petro Galatia, Pontus, Bithymia,  
& Cappadocia obtigit. Erat Petrus Galilæus ex  
Bethsaida vrbe, Ioannis filius, & Andrea apo-  
stoli frater, qui septem inde annos Antiochia e-  
piscopus Tiberio principe fuit. Quo tempore Iaco-  
bus iunior Hierosolymitana diocesi præerat, &  
is Christi frater dictus, quod ortus esset ex soro-  
re virginis, & Apostolus, non quod de numero  
duodecim fuerit, sed quia, teste Hierony. in com-  
mentarijs in epist. Pauli ad Galatas, viderat  
Christum, & postea prædicauit: quando omnes,  
qui ex pacto de Christo prædicauissent, Apostoli  
nuncupati sunt: item sanctus, qui, vt Egesip. ait,  
nullum vouis aut vini aut carnis vsum, unctus  
unguenti & balnei expertus, & cui ob assiduum  
orandi vsum, genua in camelorum speciem occa-  
lissent, quem demum Iudæi pinnaculo templi  
præcipitatum, quod Christum prædicasset, fullo-  
rum fuisse mactarunt. Petrus vero pluribus in  
Asia ciuitatibus nouo religionis ritu institutis,  
& in ijs Antiochena, ad maiora inde rerum in-  
ria, Romam anno Claudij Cæsaris secundo, pro-  
ficiscitur, docensq; euangelium sacri pontificatus  
fundamentum iacit, cuius plures inde annos cu-  
stos fuit. Atque ita respub. Christiana passim au-  
gebatur, cum Maria virgo mater Christi in cœ-  
lum assumpta est, quæ fuit annus V I I & X I.  
humana salutis. Ducitur haud multo post Romæ  
Paulus, qui à Iudæis ad supplicium petitus, Cæ-  
sarem vt Romanus ciuis appellauerat. Is etiam

ad rem Christianam propagandam mirè intentus, utcunque in custodia potuit salubriter docere non prius desistit, quàm iussu Neronis, eodem die capite obruncatus, quo & Petrus pedib. in sublime elatis, cruce affixus est. Sic ambo iactis iam validis religionis fundamentis, sunt martyrij coronâ adepti: quod verum esse testatur Tertullia, auctor antiquissimus, qui florere cepit anno post Christum C L X. Is itaq; lib. 4. adversus Marcionem scribit: Videamus quod lac à Paulo Corinthij hauserint, ad quam regulam Galata sint recorrecti, quid legant Philipenses, Thessaloniceses, Ephesij, quid etiam Romani de proximo sonent, quibus euangelium & Petrus & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt. Et lib. de Prescriptionibus hereticorum, ait Clementem à Petro initiatum, quò nemo homo possit ambigere eos Apostolos apud Romanos auctores religionis fuisse. Ac ista est origo reipublice Christiana, qua etiam græcè Ecclesia dicitur, qua Christi servatoris nostri documentis præceptisque instituta est, atque per mortem eiusdè & resurrectionem fundata, munita, conservata, sed Apostolorum opera mirificè aucta: cuius qui citius non est, iam ille amissa omni beneficiendi facultate, sese tota iuxta errare via, ac perditum ire certò sciat.

Quando

Quando primùm circumcisio instituta, ac de eius duplici genere, & quàm grave vitium sit eius rei præscriptum.

Cap. III

**N**OS, sicut Origenes super Genesim sciens differit, ut incorporeum esse Deum, & omnipotentè, & inuisibilem profitemur, ita eum curare mortalia, & nihil absq; eius providentia geri, neq; in cælo, neq; in terris, cõfitemur. Secundùm hoc itaque, quòd prouisorum omnium dicimus Deum, consequens est ut quid velit, vel quid hominibus expediat, indicet. Sed quomodo id fiat, Plato in magna epistola perspicuè docet, scribès: Deus fabilis nullo modo est, sed ex multa inhaesione hærentiãq; ut ita dixerim, circum rem ipsam, & vita integritatem, repente quasi ab igne accensum lumen animo in nascitur, quod seipsum alit. Ita inanim Deum intellectu percipi, quod Propheta multò antè protulit, dicens: Signatum est super nos lumè vultus tui Domine, dedisti Latitiam in corde meo. Et rursus: Et in lumine tuo videbimus lumen. Sic igitur Deus dicitur esse locutus, cum nobis nota sunt oraculo ea, qua eius sunt voluntatis indicia. Adhuc modum Abrahã inquit: Ego sum, ecce Testamentum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium. Et hac post addidit: Circumcidetur omne masculinum vestrum, & circumcidetur caro præputij vestri ut sit in signum foederis inter me & vos, infans.



innuit, dicens: Non is qui in manifesto Iudaus sit, Iudaus est: nec ea qua in manifesto sit carnis circumcisio, circumcisio est: sed qui in occulto Iudaus fuerit, is Iudaus est: & circumcisio cordis, circumcisio est, qua spiritu constat, non litera, cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo. Quod & Origenes explicat: Qui verò puram fidem in conscientia sinceritate custodit: iste circumcisus est corde. Et diuus Hieronymus, super illud Hieremia: Omnis autem domus Israël incircumcisi sunt corde, ait: Omnis domus Israel incircumcisa est corde, non carne, qua incircumcisio ducit ad mortem: illa enim carnis, hac spiritus est. Hanc, ut dicit Cyprianus, Christus à carne mortali ad animam transfudit, qua sola mensura est.

[REDACTED]

Ergo

[REDACTED]

De primo Baptismatis vsu, & baptizandorum infantium instituto, & de baptismo non iterando, ac modo baptizandi adultos, & quibus diebus.

## Cap. IIII.

Christus, qui aquè mortaliùm omnium negotium gerebat, volens vitæ ac salutis nostræ pro æterna suâ pietate consulere, docuit, quemadmodum si cor nudaremus, si peccata confessi satis Deo faceremus, veniam consequeremur: & ne aberraremus, nobis statim natis gratiam suam per baptisma impertiuir, ut ea aduersus demonum insidias muniti, recto itinere ad cœlestem patriam tenderemus. Quapropter prophetam ante se misit, qui nos insirueret ad eam gratiam promerendam. Is fuit Ioannes Zachariæ filius, quo maior surrexit nemo, ut veritas testata est, ad quem anno 15. imperij Tiberij Cæsaris, sicut Lucas perhibet, factum est verbum Domini, & venit in omnem regionem finitimam Iordani, prædicans baptismum penitentia in remissione peccatorum, sicut scriptum est in libro Sermonum Esaiæ propheta dicentis:

Vox



baptizatus. ~~Et~~ ~~venis~~ ad me? Christus autem  
 raptus dans, ~~ad~~ ~~me~~ sine modo, quasi diceret, post-  
 baptizatus. ~~Et~~ ~~facit~~ ~~quod~~ ~~secundum~~ ~~Chryso-~~  
~~stomum~~ ~~facit~~ ~~et~~ ~~alios~~ ~~baptizatus~~ ~~facit~~  
~~in~~ ~~de~~ ~~Ioanne~~ ~~euang.~~ ~~cap.~~ ~~3.~~ ubi ait. Post  
 hac venit Iesus ~~et~~ ~~discipulis~~ ~~in~~ ~~terram~~ ~~Iu-~~  
 daam, ~~et~~ ~~illic~~ ~~morabatur~~ ~~cum~~ ~~eis~~, ~~et~~ ~~baptizaba-~~  
 bat. Atque hoc de muni baptismatis initium fuit,  
 haecq; est vnda salutis, qua perfusi innocentes ef-  
 ficimur, sine cuius rovis lustratione, nulli fas in  
 regnum intrare caelorum. Primus autem ex gen-  
 tibus externis, Cornelius cenurio cum sua fami-  
 lia, Caesarea a Petro, veluti proximo capite est  
 dictum, baptizatus fuit, qui propter ea quod pri-  
 mus ex gentibus credidit, primusq; gratiam bap-  
 tismi suscipere meruit, iure Primitia gentium di-  
 ci potest, vel Origenis testimonio, qui super Nu-  
 meros de eo sic loquitur: Ex quibus esse arbitror  
 etiam Cornelium illum, qui Caesariensis ecclesia,  
 cum ijs, cum quibus spiritum sanctum meruit ac-  
 cipere, Primitia merito dicitur: ~~et~~ non solum hu-  
 ius ecclesia, sed fortassis ~~et~~ omnium gentium  
 Primitia Cornelius appellandus est: primus enim  
 credidit ex gentibus, ~~et~~ primus sancto spiritu  
 repletus est, ~~et~~ ideo recte Primitia gentium ap-  
 pellabitur. Haetenus Orig. Quod autem infan-  
 tes baptizantur, id institutum vetus est, ~~et~~ ab  
 Apostolis introductum, vti affirmat idem Orige-  
 nes omnium theologorum multo scientissimus: is enim  
 in comentarijs suis in epistola Pauli ad Ro. cap. 6.

da

de ea re ita disserit: Corpus peccati est corpus no-  
 strum, quia nec Adam dicitur cognovisse Evam  
 uxorem suam, ~~et~~ genuisse Cain, nisi post pecca-  
 tum. Deniq; pro illo, qui natus fuerit, ex lege of-  
 fertur hostia, par turturum, aut duo pulli colum-  
 bini, unus pro peccato, alter in holocaustum a.  
 Nunquid nuper editus puer peccare potuit? ~~et~~  
 tunc habet peccatum, pro quo hostia inbetur of-  
 ferri, a quo mundus negatur esse aliquis, etsi v-  
 nius die fuerit vita eius. Vnde David: In pecca-  
 to concepit me mater mea. Secundum historiam  
 enim nullum matris eius declaratur peccatum.  
 Pro hoc ~~et~~ ecclesia ab Apostolis traditionem su-  
 sceperat, ut etiam paruulis baptismum daret: scie-  
 bant enim illi quibus mysteriorum secreta com-  
 missa fuerant diuinorum, esse in omnibus sordes  
 peccati, quae ab initio per aquam ~~et~~ spiritum ablu-  
 deberent. Vt verò infantes, apud Iudaeos octavo  
 ab ortu die circumdebantur, sic apud nos vs plu-  
 rimum baptizantur, quod tamen Angeli in ipso  
 natali die faciunt, id quod D. Cyprionus lib. epist.  
 3. scribens ad Fidum, multis rationibus esse facien-  
 dum probat, ~~et~~ in primis, quod homo id aetatis  
 longe innocentissimus sit. Porro non ab re 7. diem  
 praeterisse expectabant Iudaei, quod is, Plutar. in  
 Problem. ~~et~~ Festo testificatibus, maxime pericu-  
 losus sit infantibus si vixerentur, nec ante eum ter-  
 minum umbilicus resoluatur, ante quem homo  
 propior est plantae quam animali. Hunc quoque  
 die Romanum Hebraeos imitati observabant, vo-  
 cabantque

V

cabantque



cabantque lustrum, quo infantes lustrabatur, hoc est, expiabantur, & ys nomina imponebant, maribus quidem nono die, unde Nundina dea apud eos colebatur: feminis octavo, quia in maris conceptione plus esset temporis. Baptismo insuper vel confirmationi, de cuius initio post dicitur, ne hac sacra forent iteranda, quod per patrum decreta fieri non licebat. Iginus Romanus pontifex statuit, ut unus quem comparem vocant, viri testis inter esset. Hodie ut plurimum si mas baptizetur, duo viri cum una muliere, qua vulgo commater dicitur, adhibentur, veluti rei gesta testes: contra si femina, dua mulieres cum uno viro: ij vel susceptores nuncupantur, quod infantem de fonte sacro suscipiant. At in confirmatione unus aut taxat vir, seu mulier testis admittitur, qui puerum vel puellam brachys suscipit. Quod id autem baptisma cum confirmatione (alterum enim ab altero pendet) haud iterandum esse patres sanxerunt, id ab Apostolo profectum esse existimant, qui illud colligunt tam ex eius epistola ad Hebraeos, ubi inquit: Nam fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintque donum calesce, & participes facti fuerint Spiritus sancti, si prolabantur, denuo renouentur per poenitentiam: quam ex alia epistola ad Romanos: Nam Christus q mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel, &c. Ac ita disputat: Quemadmodum Christus semel mortuus, & semel resurrexerit, ita non amplius moritur, ita semel per poenitentiam,

gratia

Luo Lan Lno1

gratia baptismatis nobis collata, iterari non potest, quia per baptismum peccatis pristinis morimur. Unde propheta, Renouabitur ut aquila, iuuentus tua. Praeterea cum seruator, teste Marco, dixisset, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, iam tum unumquodque oportebat & credere & baptizari, si cupisset se saluum fore. Sed ut illud per se quisq; poterat prestare, ita hoc sine aliena ope fieri non poterat. Quapropter Victor pontificum Rom. ordine x v. decreuit, ut à quocunque virili, vel feminei sexus Christiano, & in quauis natua aqua, baptismum petentes baptizarentur, si necessitas instaret: instabat autem necessitas, causa praesertim infantium, quibus cum per acatem non liceret de sua fide testari, à principio, sicut tradit Cyprianus, prouisum fuit, ut per alios credere profiterentur, quod, quemadmodum aliena culpa, id est, Adam primi parentis delictum eis quoq; malo fuit, quod statim nati originali peccato obligarentur, sic aliena opera bono esset, qui idcirco, velut ait Ambrosius lib. de Vocatione gentium secundo, ex aliena confessione credunt & baptizantur. Atq; hoc pacto cunctorum salute consultum est. Atqui ex euangelio discimus, homines alios aliorum pietate apud Deum inuari, quod Matt h. cap. 9. praclare demonstrat ita scribens: Et ecce viri adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbentem: cumq; vidisset Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Bone animo esto filie remittuntur tibi peccata tua. Atque paralyticus

V 2

per

per fidem baiulorum saluus factus est. Ita perse-  
uerabat in hunc modum celebre baptismatis in-  
stitutiū, cuius triplex est genus: fluminis quo Ioh-  
nes primitiis baptizauit: itē fluminis, hoc est Spi-  
ritus sancti, quod Christus instituit: & sangui-  
nis, quo infantes ab Herode occisi, sunt iuuuati.  
Cyprianus: Huiusmodi cruce lacteo loti, primitiis  
baptismi martyrio consecrati sunt, tradentes po-  
steris formam, ubi necessitatis articulus exclu-  
dit moram non minus ad lauacrum animæ san-  
guinē efficacē, quāam sanctificatas verbis aquas,  
maximē cum nec sanguis hoc elemento careat,  
sed aquarū motu per totū corpus alueum fluat.  
Spiritus uerō sanctus & aqua & sanguis su-  
perferitur qui subiectos sibi fouet & abluit, quo  
baptizante, idem occiso, quodmersio, operatur.  
Hac Cyprianus. Illud hic admonuerim, in usu  
veterum fuisse, ut adulti: serē baptizarentur, in-  
duti vestibus albis. Laclantius:

*Cardidus egreditur nitidis exercitus undis,*

*Atq; vetus vitium purgat in amne nouo.*  
Et id sebat in Pascha, & Pentecoste, nisi neces-  
sitas urgeat. Interim autem dii dies statutos ex-  
pectabant, de mysterijs religionis erudiebantur,  
ac ob id Cathecumeni dicebatur, quod natus est  
Graecis sic voce, errūdre, qui ita mysterijs initiati,  
& postea aqua tincti, lac & mel degustabant,  
teste Tertulliano in libro de Militis corona, ubi  
ait: Aquam aditeri: & subicit: Dehinc ter mer-  
gitur, inde suscepti lactis & mellis recordiam

Pragm:

pragustamus. Item oleo ungebantur baptizati,  
sicut idem lib. i. aduersus Marc. tradit. Vinum  
quoq; eis dabant bibere, id quod diuus Hierony-  
mus testatur, qui explanans illud Esaiæ: Venite,  
emite vnum & lac inquit: Prouocat nos Esai-  
as nō solum ut vinum emamus, sed & lac, quod sa-  
ngificat innocentiam paruulorū. Qui mos ac ty-  
pus in Occidentis Ecclesiis hodie vsq; seruatur.

De sacerdotij, eiusq; graduum apud He-  
bræos initis: ac magno pontificis, mino-  
risq; sacerdotis consecrationis mysterio,  
& quibus vterque amicitretur indumentis  
sacris, & quantum temporis daretur Leui-  
tis administrandum.

Cap. v.

**R**epublicam Christianā duplex genus ho-  
minum habet, vnum quod prophetarū no-  
mine censetur, & iis soboli procuranda ac impe-  
rio administrando fas est operam dare: alterum  
sacerdotum, quod sacrificijs faciendis, precibus,  
& religioni deniq; ritē procuranda vacat. Apud  
Hebræos idem fuit institutum: siquidem prin-  
cipiō duces cum populo, deinde reges reipublice cu-  
ram habebant: sacerdotes uerō sacra curabant,  
penes quos, teste Iosepho lib. 3. Antiq. sacerdotiū  
cepit ab Aaron, qui primus unctus, at quo conse-  
cratus fuit per Moysen fratrem, dicente illi Domi-  
no: Sume Aaron & filios eius, & stolas & oleum  
unctionis, & vitulum qui est pro peccato, &c.

V 3

Quare

Quare Moses convocato populo dixit: Hoc est verbum quod mādāuit Dominus facere, & applicavit Moyses sicut etiam est in Exodo cap. 29.) Aaron fratrem suum, & filios eius, & lavit eos aqua, & vestivit eum tunica altera summa, altera interiore, & praecinxit zona, & imposuit ei humerale, & cinxit eum secundum formam humeralis, & imposuit super eum logium, & imposuit super manifestationem & veritatē, & imposuit mitrā super caput eius, & posuit super mitram, ante faciem eius, laminam aureā sanctificationem, sanctam, sicut praeceperat Dominus. Hac fuit sacerdotis primi consecratio, & ea quidem non sine mysterio. Moyses enim, id est, lex, ut Origeni placet, quam pontifex ignorare non debet, lavit & unxit Aaron summū pontificē, cum filiis, hoc est, puras reddidit coram populo, quia oportet et illū & testimoniū habere bonū ab iis qui foris sunt, sicut Apostolus dicit: postea vestivit eū duplici tunica, altera ministerij humani, altera intelligētia spiritualis: & praecinxit eū zona, ante quam talarem tunicā imponeret, hanc stolā nuncupant. Induit eum humerali, quod est humerorū quidam ex circūductione vestis ornatus: humeri autem operum figuram tenēt, ac laboris indicia. Et cinxit eum rursus secundum formam humeralis, ut constrictus esset in verbo, constrictus in facto. Post hoc imposuit logium, quod rationale dicitur, & est sapientia iudiciū, quia sapientia in ratione consistit, super manifestationē

& veritatem. Dabantur & femoralia tāquam indicium castitatis: sed quia licebat sacerdotibus filios generare, ideo Origenes vult per femoralia innui, non esse pradicandum verbum Dei hypocritis, ne illud semen pereat, quasi tunc sit vitendum femoralibus, ne in sterilem terram semina iaciantur. Hac erant pontificis ornamenta, quorum ordo haud mysterio etiā caret: nam humeralis facta praecedit, lolij sapientia sequitur, quia post facta quærenda sapientia; deinde post rationale, manifestatio: quoniam non ante alios docere, quam nos instruere debemus. Item additur veritas, quia veritas est summa sapientia. Postremo Moyses ornauit caput Aarō corona, in quo esse debet inslitia Dei sedes: propterea accepit cidarim, quod est operculū, vel ornāmētum quoddam capitis, cui super imposuit mitrā, hoc est indicium scientia veritatis instrumenti. Ante faciē id est, à fronte pontificis, laminam auream sanctam locauit, in qua sculptum erat vocabulum Dei. Hinc nostri pontifices indumentum bona ex parte, si ut mox dicemus, mutuari sunt. Ita Aaron pontifex summus est à Deo creatus; filij verd eius, Nadab, Abiud, Eleazar, & Ithamar, longè minoribus ceremoniis initiati sunt, quippe quibus neque bira indumenta tradita, neque humerale, neque rationale, neque capitis ornatus, nisi tantum cidaris, qui propterea loco minorum sacerdotum sunt habiti, quales hodie apud nos sunt, qui presbyteri vocantur. Ceterum libet distindē

ex Iosepho & Hieronymo ad Fabiolam, de his exponere indumentia. Oclo enim genera fuere, quorum quatuor communia pontificibus pariter atque sacerdotibus erant: feminalia qualinea erant, & usque ad genua & poplite velabantur. Verenda, nos ea vocamus braccas: poderis ex lino etiam tunica talaris, quam interulam dicunt: cingulum textum sub regimine trium colorum, cocci, purpura, & hyacinthini byssino stamine: & tiara. ex byssino confecta rotunda, ut pileus, quasi sphaera media sit diuisa, ut pars ponatur in capite affabre laborata: fuit olim Persarum muliarum capitis ornamentum. Pontificum vero reliqua quatuor propria indumenta erant: tunica talaris tota hyacinthina, & manicata, in cuius extrema parte circa pedes, septuaginta duo pendeabant tintinnabula, cum totidem malis puniceis, quod pontifex in sancta sanctorum vocalis incederet, moriturus statim, si hoc non fecisset. Superhumeralia, quod Hebraice Ephod dicitur, ex bysso cocco, purpura, hyacinthino, in cuius utroque humero erat duo lapides onyches, seu smaragdi: Iosephus Sardones vocat. In singulis quoque inscripta erant senz nomina patriarcharum; hoc est, in dextero humero filij maiores natu Iacob, in sinistro minores, ut pontifex ingrediens sancta sanctorum, nomina populi pro quo erat Dominum oraturus, portaret secum. Item rationale, quod erat pannus breuis, auro & quatuor, haud alio modo ac superhumeralia, contextus coloribus, cum duode-

duodecim lapidibus, quaterno distinctis ordine: in primo enim ordine inserti erant sarda, topazius, smaragdus: in altero carbunculus, saphyrus, iaspis: in tertio byncurion, achates, amethystus: in quarto chrysolithus, onyx, beryllus. Vltimum vestimentum, lamina aurea, cum vitta, qua pontifices tantum utebantur. Isti duodecim lapides videntur significasse, ut ait Hieronymus, apostolos duodecim, sicut illi duo superhumeralis portendisse Christum & eius populum, & quatuor colores reliquisse quatuor elementa. Acqui byssinum, quod est genus limi subtilissimi terra comparari potest, quia ex terra gignitur, sicut purpura mari, quod ex eius cochleolis tingitur: ite hyacinthus aëri, propter coloris similitudinem: coccus igni & atheri. Sed ad reliqua persequenda iam recurrat oratio. Fuit iam ante Aaron, Noë, qui dicitur altare erexisse, & super illud holocaustum Domino obtulisse: item Melchisedech, qui primus sacrificauit: & Abraham, Isaac, & Iacob, qui se-

condum eum itidem fecerunt: ~~sed postquam~~ ~~Abraham, Isaac, & Iacob~~ Alij deinde ministri ab alijs constituti sunt, qui in tabernaculo, hoc est, templo, ministrando haberent. Leuita ex tribu Levi filij Iacob, statim post datum sacerdotium Aaron, & eius filijs, iubete Domino, à Mose eliguntur, qui semper adessent Aaron sacrificium facienti, excubarent dies ac noctes in tabernaculo, gestarent arcam, & tabernaculum, item vasa,

ac in circuitu tabernaculi locum castris statuerent. Hos graec. voce Diaconos appellamus; siquidem Moses precipiente Domino, uti Iosephus eodem libro testatur, tribum Leui à prophetis officii segregans, Deo consecrauit, eiq; negotium custodiendi tabernaculi dedit. Diaconis adiumento dati sunt ministri, qui illorum dictis audientes essent, & oblationes caperent. Ij apud Hebraos Nathiniei appellantur, hoc est, dati, aut donati, vel in humilitate Domino seruientes: nunc Subdiaconi, quòd Diaconis subint, nuncupantur. At Leuitis ista administrandi tempus terminatum erat per legem, qua, veluti in extremo 8. ca. Numerorum est, talis fuit: A xxv annis, & supra, Leuita ingredientur, ut ministrent in tabernaculo foederis, cumq; quinquagesimum annum compleverint, seruire cessabunt, ut postea custodiant, qua sibi commendata fuerint: tum enim vasa ac alia tabernaculi instrumenta seruanda curabant. Item nonnullos alios delegit, quos cernens, seraper in tabernaculo arduos curabat. Eiusmodi ceteros in cernentur, vel graecè Acolythis, qui dicitur, ut hoc, qui res corporis ministrant. Postea constituti sunt Ostiarii, qui aditus, siue ianitoras vocantur, ut ex praescripto legis praesent tempore custodiendo, ne impurus quisquam ingrediretur. Item Lectores, quorum ordo à Prophetis initium sumpsit, qui concionarentur, & legerent, quibus dictum erat: Clama, ne cesses. Praecentorum, qui Psalmos

cane

sancere, auctor David siue Asaph fuisse dicitur, qui post Moysen primi Psalmos composuerunt. Erat eorum ordo per successionem generis, sicuti sacerdotium, qui assidue in templo canebant, ad vocem vnus respondente choro. Exorcizatores, id est, adiuratores, (sic enim nostri interpretantur) aut increpantes, Salomon instituit, qui inuocaret super Catechumenos, vel super eos qui spiritibus malis vexabatur, nomen Domini, ita daemones subigentes, ut ab eis egredierentur, sicuti ex Iosepho alibi demonstrauimus, ipsiq; Salomonem effugandorum daemorum inuenisse modum. Haec suo ordine, quo apud Hebraos instituta sunt, exposuimus, ut initium cuiusq; rei, quod nostri in primis propositi est, per appositè proderetur. Quae omnia cum umbra duntaxat futurorum fuerint, iam qua inde consecuta sunt, explicemus.

A quo noster primùm institutus fuerit sacerdotalis ordo, & quotuplex esset sacerdotium, & quid sit sacerdotis munus impositio, ac quis Episcopus, Pontifex, atque quale eius munus, & quemadmodum Presbyter, vel diaconus quondam dicitur fuerit Episcopus.

## Cap. VI.

Iesus Christus praecceptor noster postremò auctore Eusebio in Ecclesiastica historia, & rex & pontifex fuit, & utrunq; ex testimonio prophetarum probat: cum enim de Iesu meminit,

qui

qui Moysi successerat, inquit: Sed & idem Moses longè per Dei spiritum prouidens qui sibi præpararetur successor, & prænotens eum qui post se regnum susciperet, maiorem sacramenti ministrum esse futurum, Iesum cognominauit eum, qui prius Aufe parerit fuerat appellatione uocitatus, scilicet in huius uocabuli sacramento maioris cuiusdam gloriæ regem, quam mortalis natura recipit, esse ponendum. Ita igitur per gemina hæc appellationis indicia, in altero potestatis, in altero regalis forma exprimentur insignia, & IESVS Christus tanquam qui rex & potifex esset, pariter nominatur. Et paulo post infert. Dauid quoque de Christo testatur, dicens: Sedes tua Deus in seculum seculi, uirga æquitatis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. In quibus uerbis primum quidem eum Deum designat, deinde per æquitatis uirgam, sceptrum in eo regale commemorat. Hactenus Eusebius. Hic illud appositè admonendum duxi, non rectè in Eusebiano codice scribi Aufe, teste diuo Hierony. qui statim in princip. lib. primi commentariorum in Osee propheta inquit: Osee enim lingua nostra seruatorem sonat, quod nomen habuit etiam Iosue filius Nun, ante quam ei à Deo uocabulum mutaretur non enim (ut malè in grecis codicibus legitur & latinis) Aufe dictus est, quo nihil omnino intelligitur, sed Osee, id est, seruator, & additum eius nomini Dominus, ut seruator domini diceretur,

quod hoc Hieronymus. Sed domum redsamus. Igitur pontifex noster prius fuit, qui nobis sacerdotium instituit, idque amplius esse uoluit, alterum spirituale, alterum ministerij plenam. Sed de hoc postea spirituale dedit, cum se pro nobis obtulit, dicente apostolo Petro: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carnes, uiuificatus autem spiritu. Et sacerdotium istud omnibus iuxta Christianis commune est, ea de causa institutum, ut Christum imitaremur, et se Apostolo ad Romanos scribente: Obsecro uos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, placentem Deo, rationabile obsequium uestrum. Sacerdotij autem huiusmodi partes Christianus homo etiam profanus agit, cum lætus ex animo Deum uti patrem amat in omni loco inuocat, precatur, colit, laudat, quod officium, uel sacrificium laudis dicitur: itè gratiam pro donis acceptis habet: contra idem tristis pœnitendo Deum ipsum uelut iudicem rimet, ueniam precatur, orat, coram deo, delicta spontè deplorat, ut est in Psal. 53. Voluntariè sacrificabo tibi. Idem noster seruator alterum sacerdotium ministerij instituit, cum dogmata legis secutus, quam non soluendi, sed consummandi causa uenerat, ut postquam cœlum ascendisset, nobis non deesset, qui in terris sacerdotium uerum haberent, XII. elegit pontifices, quos nouo uocabulo Apostolo nominauit, ut qui.

qui mittendi essent in diuersa loca, ut  
nouum in eis, hoc est, in eis, et in  
cabulum in eis, et in mortales aduerent. Item se-  
ptuaginta discipulos, quos etiam ad concionandū  
munus delegerat, sacerdotes fecit, qui vice fi-  
liorum Aaron, sicut Origeni probatur, apud nos  
minores habentur sacerdotes, quales nūc gra-  
cè presbyteri vocantur, hoc est latine, seniores,  
quod canities quæ homini prudentiam asserre  
solet, digna sit honore & munere. Ab his igitur  
presbyterorū, sicut ab illis episcoporū, cæpit ordo,  
quippe qui in eorum locum succedere, quod vel  
Cypriani testimonio constat dicentis: Meminisse  
autem diaconi debent, quoniam Apostolos, id est,  
episcopos & prepositos dominus elegit. Et post  
eum idem Hierony. testatur in epis. ad Marcel-  
lam, aduersus Montanum ita scribens: Apud nos  
apostolorum locū episcopi tenent. Hos autē Apo-  
stolos ac discipulos mysteriorū Dei ministros, non  
alijs constat initiatos sacrie, nisi sola Christi ele-  
ctione, seu uocatione: quod ipsis deinde Apostolia,  
& postremō Romanis pontificibus, sicut infra ex-  
plicabitur, exemplo fuit eligendorum sacerdotū:  
sed ut hac multis caremonijs alioq; longè ritu, ita  
illi simpliciter, prout à Christo docti erant, illud  
institutum seruauerunt. Ad hunc quoq; modum  
Matthias factus est Apostolus: sic ipsi Apostoli se-  
ptem sibi diaconos instituerunt, dicente Luca in  
Actus: Et elegerūt Stephanum virū plenum fide  
ac Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum,

qui mittendi essent in diuersa loca, ut  
nouum in eis, hoc est, in eis, et in  
cabulum in eis, et in mortales aduerent. Item se-  
ptuaginta discipulos, quos etiam ad concionandū  
munus delegerat, sacerdotes fecit, qui vice fi-  
liorum Aaron, sicut Origeni probatur, apud nos  
minores habentur sacerdotes, quales nūc gra-  
cè presbyteri vocantur, hoc est latine, seniores,  
quod canities quæ homini prudentiam asserre  
solet, digna sit honore & munere. Ab his igitur  
presbyterorū, sicut ab illis episcoporū, cæpit ordo,  
quippe qui in eorum locum succedere, quod vel  
Cypriani testimonio constat dicentis: Meminisse  
autem diaconi debent, quoniam Apostolos, id est,  
episcopos & prepositos dominus elegit. Et post  
eum idem Hierony. testatur in epis. ad Marcel-  
lam, aduersus Montanum ita scribens: Apud nos  
apostolorum locū episcopi tenent. Hos autē Apo-  
stolos ac discipulos mysteriorū Dei ministros, non  
alijs constat initiatos sacrie, nisi sola Christi ele-  
ctione, seu uocatione: quod ipsis deinde Apostolia,  
& postremō Romanis pontificibus, sicut infra ex-  
plicabitur, exemplo fuit eligendorum sacerdotū:  
sed ut hac multis caremonijs alioq; longè ritu, ita  
illi simpliciter, prout à Christo docti erant, illud  
institutum seruauerunt. Ad hunc quoq; modum  
Matthias factus est Apostolus: sic ipsi Apostoli se-  
ptem sibi diaconos instituerunt, dicente Luca in  
Actus: Et elegerūt Stephanum virū plenum fide  
ac Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum,  
qui mittendi essent in diuersa loca, ut  
nouum in eis, hoc est, in eis, et in  
cabulum in eis, et in mortales aduerent. Item se-  
ptuaginta discipulos, quos etiam ad concionandū  
munus delegerat, sacerdotes fecit, qui vice fi-  
liorum Aaron, sicut Origeni probatur, apud nos  
minores habentur sacerdotes, quales nūc gra-  
cè presbyteri vocantur, hoc est latine, seniores,  
quod canities quæ homini prudentiam asserre  
solet, digna sit honore & munere. Ab his igitur  
presbyterorū, sicut ab illis episcoporū, cæpit ordo,  
quippe qui in eorum locum succedere, quod vel  
Cypriani testimonio constat dicentis: Meminisse  
autem diaconi debent, quoniam Apostolos, id est,  
episcopos & prepositos dominus elegit. Et post  
eum idem Hierony. testatur in epis. ad Marcel-  
lam, aduersus Montanum ita scribens: Apud nos  
apostolorum locū episcopi tenent. Hos autē Apo-  
stolos ac discipulos mysteriorū Dei ministros, non  
alijs constat initiatos sacrie, nisi sola Christi ele-  
ctione, seu uocatione: quod ipsis deinde Apostolia,  
& postremō Romanis pontificibus, sicut infra ex-  
plicabitur, exemplo fuit eligendorum sacerdotū:  
sed ut hac multis caremonijs alioq; longè ritu, ita  
illi simpliciter, prout à Christo docti erant, illud  
institutum seruauerunt. Ad hunc quoq; modum  
Matthias factus est Apostolus: sic ipsi Apostoli se-  
ptem sibi diaconos instituerunt, dicente Luca in  
Actus: Et elegerūt Stephanum virū plenum fide  
ac Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum,

impofitionem manuum mearum: non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis, sed potentia, ac dilectionis, & sobrietatis. Quia omnia Chry est. ita explanat: Admoneo te ut excites gratiam Dei, qua est in te, per impositionem manuum mearum: hoc est gratiam spiritus, quam accepisti ad ecclesiam institutionem, ad edenda miracula, ad omne religio- ne obsequium: quippe hanc Te exstringere, vel excitare in nobis est. Et dicens ille. At ita per im- positionem manuum mearum datur datur datur cle- cto Spiritus sanctus, quem admodum, et sic. Uca- ne dicitur de Samaritanis loquitur, baptiza- ti afflantur eodem Spiritu quo Christus suos Apo- stolos in primis ornavit, illustravit, munivit, di- ces: Accipite Spiritum sanctum, quorumcumque re- miseritis, & reliqua. Fuit enim illo sollemnis ipsius servatoris motus benedicens manu pariter atq; voce, teste Hieronymo in Matt. 28. cum apud eum celebrati fuerint pariter, et in unum honorati & oraret, hoc est, benediceret. At revertamur eodē. Atq; hinc olim factum videtur, ut in consecran- do episcopo, nil amplius ceremoniarum esset, nisi ut multitudo, qua eius quoq; rei gratia, auctore Cypriano non uno in loco, & praesertim in episto- la 4. ad Felicem presbyterum, semper Episcopo- rum electioni intererat, precaretur, & presby- teri manus imponerent. Et hoc dicitur in libro de

prima

una sacerdotum consecratione ab Apostolis & pariter usurpata. At post Christum, Petrus in sacerdotio prerogativam habuisse dicitur, quod primus Apostolorum ordine, & eius sacrosancti collegij caput fuisset. Quapropter divus Cypria- nus epist. 3. ad Cornelium, cathedrā Petri prin- cipalem vocat: nam, ne quis erret, nulla alia ra- tione sacerdotalis ordo à Romano episcopo pro- fectus esse dici potest, nisi apud Italos duntaxat id factum intelligatur, cum per diu ante adven-

Hierosolymos

li-  
is  
so-  
na

li-  
am,  
li-  
si-

mis diste-  
Petrus Apostolorum princeps fuit, ita Romani pontifices iam inde ab initio magna habiti sunt auctoritatis. Item apud eosdem Hierosolymos e- piscopalis cathedra locata ab initio est, & v- trunque attestatur Eusebius libro Ecclesiasti- ca

X

bis.

Per dicitur



hisl. 7. ita scribens: Deniq; Iacobi cathedra usq; ad hodiernū diem inib. (de Hierosolymis loquitur) servatur, atq; in ea sedent omnes, qui usq; ad praesens tempus sedis illius sacerdotium sortiuntur. Et cum magna veneratione habetur, vel vetustatis, vel primi sacerdotij sanctificationis obrentu. Hac Eusebius. Illud idē postea à dno Petro Roma factum esse, testimonio est cathedralis celebritas eius diei qui nūc ubiq; gentium solennis est.

Episcopi vero graca vox est, et plus oneris quam honori significat: latine dici potest speculator: et proprie ut Martianus scribit, ij dicuntur episcopi, qui praesunt pani, ac ceteris venalibus rebus, quae populis civitatum ob quotidianum victum necessariae sunt: Unde pontificibus id nomen inditum

par

par est credere: quia quemadmodum illi quae vitam humanam sustentandam pertinent, procurare debent, ita horum vigilando, accedendo, bene agendo, animarum salutem consulere inter est: id quod vel Clementis primi pontificis declaratur praescriptum, qui decrevisse fertur, ut episcopalis cathedra in eminentiore templi loco collocaretur, sicut hodie servatur. Unde episcopus undique speculari possit. Ex quo quandiu episcopus suum eiusmodi facit officium, non imperare, non regnare, sed tam apte quam eleganter dicitur sedere: quo porro loquendi modo nos quoque scribendo utamur licet. Hinc certe apparet, ut nihil potius esse debeat cura episcopo, quam incolumitas gregis sibi crediti: quo fit, ut civitate hoc sit episcopus quod in navi gubernator, in curru rector, in exercitu dux. ut pontifex, sicut ait Cyprianus, quantum permittitur est ad sequentium lapsum, et ad id contra utile est, et salutare, tam sepe firmiter religionis fratribus praebet imitandum. Va igitur episcopis, si qui sint muneris huius oblitri: quia, ut dicitur: cui multum datum est, multum quaretur ab eo. Atq; officium ab Apostolis inchoatum ac expletum, uti supra passim demonstratur, episcopi est, regere ecclesiam, concionari, populum verbo Dei pacere, baptizare, et baptizatos confirmare, ordinibus sacris initiare ministros Dei, obire, circuire, circumspicere sapientiam suam provinciam: cuius rei causa à principio ipsi Apostoli

X 2.

pro

provincias inter se partiti sunt. Ut in eis nomine Christi disseminarent, ex quo fructus charitatis, pietatis, iustitia ubiq; abundaret. Res hac postea Paulo in primis Apostolo cura fuit, qui teste Luca in Actis, eas regiones revisabat, in quibus antè multa sanctissimè de Christo pradicasset, ut cognosceret, quo essent statu fratres, & sublatis erroribus, si qui irrepsissent in hominum mentes, religio non violaretur. Caterum olim episcopi vocabantur presbyteri, teste nõ uno in loco diuo Hieronymo, & præsertim in epistola ad Euagrium, ubi dicit, qua de causa episcopi posthac esse coeperint, ita scribens: Quod autè postea unus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remediũ factum est: ne unusquisq; ad se trahens CHRISTI ecclesiam rumpere: nam & Alexandri à Marco usq; ad Dionysium presbyteri semper unum ex se electum episcopum non fecerunt. quomodo autem hæc ex causa imperatoris fieri faciamus, ad quem conuenit? & quem industrum præferimus? & an ethnicum vocent. Quid enim fecit, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter non faciat? Sic. Quid, quod & Chrysostr. homilia 2. in epist. ad Philippenses, demonstrat episcopũ dictũ etiam esse diaconum, hoc est, ministrum? De episcopi nomine & officio satis dictũ habeo: idè verò pontifex vocatur, à posse & facio, ut Scævola affirmat: ut autem Varroni placeat, à ponte: nõ pons in Tyberi nomine publicius, primũ à pontificibus factus est, postea saepe restitutus, quod ligneus esset

esset, necnon dætororum pontium sarcinendorum cura ad eos delata est.

De primo ritu sacrorum, quibus initiantur ij, qui sacerdotes fiunt, & amiciendi vsu, ac ibidem de sacerdotis officij initio.

## Cap. VII.

ROMANI pontifices Hebraorum sacri institutum, primi omnium sacris quibusdam initiare coeperunt ostiarios, siue ianitores, lectores, exorcizatores, acoluthos, subdiaconos, diaconos, hoc est, Levitas, quo numero septẽ ipsi Apostoli delegerant, presbyteros, & episcopos, quò sic per gradus ad sacerdotium unusquisque promouetur. Quos quidem ordines, Caius Romanus pontifex, qui ex Diocletiani Imperatoris genere ortus, primus distinxit, quibus præcipuum qui-

nam sic fieri potuit, ut quod Iginus inchoavit, Caius ritè perfecerit. Atq; rù primũ coeperunt apud nos sacerdotes novis & sacris initiari ordinibus: quod vel colligere licet ex Tertulliano auctore longè antiquissimo, qui libro de Exhortatione castitatis, eam rem planam facit, scribens: Nõ me & laici sacerdotes sumus? scriptũ est, Laici sacerdotes sumus, regnum quoq; nos, & sacerdotes Deo & patri suo fecit. Differentiam inter ordinem & plebem, constituit ecclesia auctoritas.

Haecenus Tertullianus. Illud idem constat, alio apud nos, ac apud Hebraeos modo, istos ordines distribui: illi enim in eo ordine perpetuo erunt, in quem à principio recepti fuissent: nostri autem gradatim per omnes ordines ad sacerdotium veniunt. Fuit iam inde ab initio sacerdoti in primis negotium à Christo datum, ut doceret, baptizaret, consecraret eucharistiam, ministraret alijs, ligaret, solueret: quod fit, cum sacerdos, ut custos & rector scit, qui apud Deum aut ligandus aut absolvendus sit. Item iudicaret de dogmatibus, oraret pro alijs, ac sacrificium laudis, quod alibi tractabimus, pro salute populi offerret & hac ex euangelijs, atq; Apostolorum testimonijs cognoscamus licet. Videant igitur qui sacerdotes faciunt, quo se crimine obligent, si sint sacerdotes ad ea obanda munia minus idonei.

Vestes vero sacras quibus nostri amicum sacerdotes, ab Hebraeis, uti supra capite quinto dictum est, habent: cuius nempe rei argumentum est, quod nostri tum pontifices, tum sacerdotes, partim eadem induunt vestimenta, ut puta zonam, seu cingulum, tunicam talarum, quam vocamus albam, tunicam hiacinthinam, ac mitram, partim non longe forma aut colore differentia, cuiusmodi sunt amictus capitis tegmen, qui loco cidaris usurpatur, planeta siue ca-

sula,

sula, quam vocant, sabrefacta instar rationalis, hoc est, logy, pallium baud dissimile super humerali, & caliga vice feminalium. Unde denique liquidò apparet, plerumque omnia ab ipsis Hebraeis uno vel altero modo sacerdotes nostros esse mutatos, sicut illos ab Aegyptijs principio sumpsisse verisimile est. Porro Aegyptij sacerdotes ex Pythagora praecepto, linteo tantum vestimento, ut purissimo mundissimoq; in rebus divinis utebantur: laeum vero ut profanum vituperabant: quia ab animato decerpitur, conficiturq; ex mortali materia. Contra linea ideo pura videbatur, & sacrificantibus ac commodata, quoniam limum ex terra oritur, quacumq; autem ex terra nascitur, munda & pura existimant. Hac & id genus alia Herodotus libro secundo tradit, & apud Philostratum memorat Tyanaus Apollonius. Ac qui pari etiam ratione Hebraei Aegyptiorum institutum imitati esse videtur. Iosephus enim lib. 6. Iudaici belli, scribi sacerdotes ad altare templumq; accedere solitos omni vitio carētes veste byssina, id est linea amictos. Et Hieronymus in lib. de veste sacerdotali ad Fabiolam, dicit tunicam poderim, hoc est talarum super humerale, quod & orarium dicitur, feminalia, cingulum, & tiam, linteae esse indumenta. Adde quod scriptū legimus in Ezechiele: cuius verba subiciā, quae sunt huiusmodi: Cum ingrediētur portas atrij interioris, vestib. lineis induētur, nec ascēdet super eos quidquā lineum, quando ministrāt

in portis atrij interioris intrinsecus. Vitta linea erant in capitibus eorum, & feminalia linea erant in lumbis eorū, &c. Sic nostri, sacerdotes lineis vestimentis amicti, templū & altare adeūt, in sacrorūq; pompa incedunt, ritu dubio procul ab Aegyptijs per manus Hebraeorū vsq; ad nos translato: & id credo, quia, teste Cicer. de Legibus, color albus præcipue decorus Deo est habitus. Verū quia splendidus cultus facit auctoritatem, placuit propterea patribus & bombycinas introducere vestes, ut qui arbitrati sunt, opimior, nequaquam id luxuria vitio dari posse, quod ad diuini cultus magnificentiam adhiberetur. Insignia pontificatus ab ipsis etiam Hebrais omnia fere accepta, id est, linea vestis summa, qua niueo candore insignis vitam vniūq; puram admoet, velut mitra bicornis noui pariter ac veteris instrumenti scientiam. Addūtur bina cornua, quoniam Moses acceptis tabulis, quibus mandata Dei inscripta erant, visus est suis cornutus. Aureum diadema gemmis distinctum Constantinus Imperator primus Syluestro pontifici Romano obtulit, quod ille nō recepit, veluti parum religioni idoneum, Phrygia mitra candida contentus: sed pontificum posteritas donum deinde principis haud asperrata est. Baculus instar Moysi, seu Aaron virga, datus, populi vitia castigandi potestatem attribuit. Annulus, CHRISTI & ecclesia copulationis, ut pignus habetur sicuti a bibliotheca purū manuum ab omni humanarum rerum

rerum contagione officium, diuinarumq; administrationem, & pedum tegumenta crediti gregis vigilantissimam curam indicant. Atq; hac fore omnia ex decreto Clemētis accepta ferūt, quaunde cumq; manarint, magis omnino Hebrais quam apostolica instituta referunt. Quadā quoque alia sunt ad vsum sacerdotum, mysticē ab insequentibus quesita, de quorum imitijs nihil omnino certi habeo tradere.

Vade mos natus, cur omnes initiari verticem deradant, ac quā illud facere olim probrosum fuerit, & ibi de Nazaeorum secta, & quando lege exceptū sit, quibus initiari nō liceret, præsertim per bigamiā, & quomodo liceret, ac vnde ipsa bigamia introducta sit.

## Cap. VIII.

Commune initiatis omnibus insigne est vertex rasus, præcipuū sacri prophaniq; capitii discrimen, qui admonet sacerdotes spreus omnibus humanis voluptatibus, oportere caelestia tantū meditari. Hoc, auctore Beda in Ecclesiastica historia Anglorum, ideo per patres in consuetudinem venit, legēq; sancitum, ut quod à principio ab inimicis probro & ignominia est datum, hoc honori deinceps decoriq; haberetur. Siquidē cum Petrus, prout idem prodidit, Antiochia concionaretur, fuit illi ab improbis summum capitii

abrafum, ut ludibrio euntis impendi magis foret. Fuisse autem radere caput probrosum, hoc arguit, quod cum David misisset nonnullos ex suis ad Hanon regem filiorum Ammon, qui eum patris mortem grauiter moerentem suo nomine consolarentur, ille suspicatus eos venisse ad explorandum terræ situm rerumque statum, rasit illis capita, praciditque tunicas usque ad nates, æque ita ignominia notatos domum dimisit. Unde graue moerortum est inter reges bellum. Exstat historia libro Paralip. priore, cap. 19. Item apud Romanos consuetudinis fuit. captiuitate liberatos currum triumphantis sequi, raso capite, & pileatos, etsi illud nota erat adepta libertatis. Sed apud Longobardos id in rebus longè post homines natos, foedissimis habitum: sic enim Arthepertus inuaso per vim regno, Rhotarim ducem qui Linthperio regio puero fauebat, captum torundit. Ego dixerim à Nazaraïs, quorum secta apud Iudæos celebris erat, initium huius rei ortum, quod illi prius seruato pilo, demum post magnam vitæ continentiam caput abraderent, capillósq; in sacrificij ignem iniicerent, ut eo modo sua pietatis perfectionem Domino cõsecrarent. Meminit & Iosephus de huiusmodi more dedicandi capillos, quem Nazaraei obseruabant, lib. 4. Antiq. scribens: Si quis eorum nouerit, quos Nazaraeos appellat, comam nutrire, & vino non uti, isti dum capillos suos dedicant, propter sacrificia, venientes ad sacerdotes corbam offerunt, quod significat munus. Erant

rat Nazaraei teste Origene super Numeros, qui semetipos deuouebat Deo, de quibus lex per Moysen data fuit, ut in iisdem Numeris exstat. Sacerdotes verò Dominus per Moysen; ut in Leuitico patet, capite & barba rasi esse vetuit: & apud Ezechielem præceptum illud idem, dicens: Sacerdotes caput suum non radant, neque comam nutriant, sed condeant. Ceterum Herodotus in Euterpe, & Plinius scribunt, sacerdotes Ægyptias consueuisse derasis capitibus morere, & in luctu esse ex morte Apis, qui in Ægypto numinis vice colebatur, ac demum totum corpus eradere, ut ne quid eis inter deorum cultum, aut pediculi aliarumque sordium crearetur. Meminit & Apuleius libro Asiæ sui auræ 2. ad huiusmodi sacerdotibus derasis. Hunc igitur, opinor, fluxit ritus Nazaraeorum, & ab ijs nostrorum sacerdotum qui iubentur caput radere, & comam nutrire prohibentur. Hieronymus verò, quod & in decretis canonicis scriptum leges, rasum caput & coronam quæ appellant, significare autumat diuitiarum omnium derelictionem: ac capillos qui remanent, aliqua sacerdotibus esse retinenda ad sustentationem.

Et hæc est caremoniarum summa. Paulus Apostolus in Cenchræis (Cenchræa enim portus est Corinthiorum) nutritum & totum dit comam,

comam, rasit caluitiū, exercuit nudipedalia, au-  
 ctor idem Hieronymus aduersus Iouinianum li-  
 bro primo. Quæ verò qualiãve essent nudipeda-  
 lia sacra, dicitur libro sexto, capite 11. cum de vo-  
 uendi usu agetur. Barbam itidem, aut comam  
 ne præul, neve reliqui sacris initiati nutriverent,  
 ex Mosis præcepto, secundū Apostoli præceptum,  
 primus vetuit Anacleus quintus à Petro Pon-  
 tifici. Romanus. Fuit & eiusdē decretum, ut epi-  
 scopus à tribus initiaretur episcopis, sacerdos ve-  
 rò ab uno tantum, cui subesset, auctor Gratia-  
 nus. At Romanus episcopus à tribus quoque, sed  
 certis episcopis apud Lateranum cōsecratur, hoc  
 est, Ostiensis, Portuensis & Viterbō. Sic Ioannes  
 quintus, primus consecrari voluit, quem ritum  
 postea successores seruarunt. Quin iam tum mos  
 inoleuit, ut pontifici renuntiato ipse Ostiensis  
 præsul inter sacra coronam imponeret, cum sacris  
 consistat ante eam Pontificem vel Imperatoris Con-  
 stantinopolitani sicuti infra dicitur, auctoritate  
 electum, consueuisse duci ad cathedram diui Pe-  
 tri, & postquam in ea sedisset, ium ut ritē factū  
 pontificem haberi alius cumq̃is ceremonis negle-  
 gitur. ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~  
 luit episcopum vnius uxoris esse. ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~  
 debiles membris aut manci in sacerdotū nume-  
 rum reciperentur, Anastasius primus constituit:

Utrunq̃ ex Mosis legibus esse dixerim, qui  
 ut mancos præcul à sacerdotio esse voluit, sic ea  
 ratione iussisse videtur, ut pontifex virginē ian-  
 rium duceret uxorem, quò ab eo digamiam ex-  
 cluderet, qua iam inde ab initio apud Priscos  
 quoque impedimento esse consuevit sacerdotium  
 petere volentibus: quod testatur Seruius, enar-  
 rans illud quarti Æneidos:

Huic uni forsã potui succumbere culpa:  
 ubi ait, Culpa, propter antiquum ritum, quo re-  
 pellebantur à sacerdotio bis nupta. Prætereã ne  
 quilibet minor triginta annis presbyter fieret,  
 Bonifacius primus censuit, quia crederet ea fuit a-  
 Ex ethiõ, etas sacra. ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~  
 inde decretum La. ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~ ~~...~~  
 ad episcopos eligendos translaturum constat, estque  
 statutum, ut viginti quinque annos natus dūta-  
 xat presbyter creari posset: at que hoc ad imita-  
 tionem, opinor, Leuitarum, qui, uti in Numeris  
 extat, & supra cap. 5. ostendimus, non antè in-  
 cipiebant famulari in tabernaculo, quam toti-  
 dem nati essent annos. Et illa episcopi, hoc pres-  
 byteris legitimum aũ, quo anteq̃ue id consilia ho-  
 nijactos canones rectè prius nosset, quemad-  
 modum Celestinus primus iusserat, quam  
 alios regere vel docere incipe-  
 rent: auctor Gra-  
 tianus.

Qui

Qui primi in vrbe Roma & alibi presbyteris parochias, ac episcopis diocesibus diuiserint, ac quale fuerit parochorum officium, & de Cardinalium ordinis origine.

## Cap. IX.

**S**acerdotio ritè instituto, visum est patribus in primis conducibile, ut muna dividerentur, quò pro se quisq; suū & officium nesciret, & impigrè faceret. Itaque summum rerum, id est, animarum curandarum, negotiū presbyteris datur: & id. . . . . Et ne ea ministeratio in p. . . . . Euaristus pontifex primus omnium titulos ipsas presbyteris diuisit, septemq; diaconos instituit, qui veritatis gratia cōcionatorem obseruarent, imitatus Apostolos, qui, ut supra ostendi, totidem sibi diaconos administratores creauissent. Secundo demde loco, circiter annum salutis CCLXVII. Dionysius tam presbyteris vrbe Romæ, quàm aliarum gentium . . . . . quas dicunt, distribuuit, manum . . . . . quibus . . . . . conuersus esset. Parochias, ut hoc demonstramus, nostri appellant singula templea, de quibus eorum territorii certis terminis distinctum, quod qui terunt, hoc est, incolunt, parochiani dicuntur. à parochis puto dictas: erant enim Parochi magistra

gistratus apud Romanos, qui publicis legatis ligna & salern præbenda curabant. Horatius libro primo Sermonum: Et parochi qua debent ligna, salernq;. Et quia sine igne & sale apud Hebræos, ut infra dicitur, nullus fiebat sacrificium, & ut parochi legatis vsui necessaria prouidebant: ita sacerdotes templorum præfecti suppeditant suis parochianis, qua ad salutem animarum pertinent, non ab re parochis vocamus. Ad propositum redeo. Nec ita multo post Marcellus titulos vrbe ab Euaristo primum presbyteris datos numero limitauit, decreto, ut ait, . . . . . viginti, . . . . . qui quorundam . . . . . Hac ex Bibliotheca . . . . . Plinius, ut nup̄ vel recentioribus sacra-historia scriptoribus, quos miror neque hoc neque alio, quod sciam, loco non explicuisse qui essent ij presbyteri, quibus titulos in vrbe datos tradunt, unde haud dubiè prima cardinaliū origo est: sed veluti par est coniectare, illi rem, ut ab initio parum clarum; silentio prætereundam forè dixerunt, quam Iurisperiti quidam posthac inuestigare tentarunt. Verum & illi cum nihil certi haberent quod proderent, more eorum, qui cum obscuri sint, inani nobilitatis nomine sibi blandientes, alius ad Achillem, alius ad Eneam, alius ad Numæ Papi- lium, suū genus referunt, magnopere onati sunt ostendere cardinalium ordinem ab Hebræis esse profa

profectu: & ante omnes id fecit Siculus Andreas, cognomento Barbatus, qui ut à Bessarione anti-stite seculi nostri, verè ultra alios & animi & corporis dotibus cardinale, gratiam iniret, de ea re commentariolum primus edidit. Sed ne hominem sapius citando defatigemus, ipse suum iam incipiat narrare commentum. Occurrit, inquit illud quod in 1. Regum libro, cap. 2. pulcherrimè scriptum est: Domini enim sunt cardines terre, & posuit super eos orbem. Quà auctoritatè Hosien-sis doctor excelsus figuravit ad cardinales: sicut enim ostium regitur cardine, ita & ecclesia Romana regitur cardinalium. Hac ille.

Si fuit id ora-culù, ut quãdoq; illi qui cardinales appellaren-tur, regerèt apud Romanos Christianã rempubli-cam, etsi reor nunquam tale quid somnium ef-fse ab Anna, qua mihi loquitur, cur non potius illud referendum est ad episcopos & presbyteros, qui per diu antea cardinales, id est, pricipui, siue primarij, & nuncupati sunt, & res religionis ges-serunt: quod ipse testimonio Guidonis archidiaconi Bononiensis, Iurisconsulti non contemmen-di comprobat, dicens: Olim autem in quacun-que ecclesia principales sacerdotes seu episcopi, dicebantur cardinales, id est, principales. Et in-de pergit: Scriptum est in Deuterom. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, recurre

recurre ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: ipsi enim iudica-bunt tibi iudicij veritatem: Et subdit: Ecce nunc quod sacerdotes Leuitici tempore veteris testa-menti erant consiliarij, & sic fuerunt de iure di-uino, licet non sub nomine cardinalium: sed hu-iusmodi sacerdotes consiliarij sunt Domini car-dinales hodie sic appellati, &c. Non animaduertit Siculus illum locum apud nos, iam pridem ab episcopis & alijs sacerdotibus inferioribus occu-patum esse, qui unã cum episcopo Rom. amplius mille annis gubernarunt Romanam dioccesim, antequam quiquam illud sublime cardinalis no-men, quale nunc obsequia laqueos, tulisset, & propterea suos dominos cardinales tarde venisse, ut iure dici possint apud nos in lacum Leuitarum sacerdotiũ successisse. Haec enim de ~~...~~ Si-culi disputatione. Ceterum Guido archidiaconus proxime verum accessisse videtur, qui in cõ-mentarijs, quos in sextum iuris Pontificij librum scripsit, & Franciscus Zabarellus cardinalis ex-testimonio Martini Cisterciensis historici, qui In-no: entij quarti pontificis aequalis fuit, unã pro-duunt, anno circiter humana salutis ducentesimo trigesimo altero, sedente quodam Pontiano, qui in ordine Romanorum pontificum non ponitur, fuisse Romæ ducentos triginta sex sacerdotes car-dinales, & sexagesimo septimo deinde anno, Max-cellam, quem nos diximus diuifisse titulos presby-terij, constituisse quindecim cardinales, qui mor-



tuos sepelirent & infantes baptizarent. Hac non multum discrepant ab ijs, qua ex Bibliothecario, Damaso, & Platina, supra commemorauimus. Sane hi Marcellum aiunt quinque & viginti diaecesef constituisse, ad vsum baptizandi & sepulturae illi vero scribunt eundem pontificum quindecim fecisse cardinales, qui baptizandi infantes, atq; humandi demortuos curam sustinerent. Atque hac vera cardinalium ordinis origo est, non fuitque ab initio aliud cardinalium nomen, nisi excellentioris epitheti notatio, perinde ac id vsurpamus, cum dicimus, solanum, fauonium, austrum, & septentrionem quatuor esse ventos cardinales id est, primarios: veluti altissima partes coeli vocitantur cardines, quod circa illos mundus circumferatur, & ad similitudinem eorum nuncupantur cardines, circa quos valua voluuntur. Non fuit item aliquandiu deinde aliud esse cardinalem, nisi ante alios habere curam animarum: quod ut alius post iudicandum melius relinquam, testimonia quae iam etsi recentiora, ex duo Gregorio subiuciam, Is enim libro Epistolarum primo, Corsica insula sacerdotum coetui, & nobilibus ita scribit: Ea de re quoniam ecclesia Alariensis, Sagonenfis sacerdotis diu est auxilio destituta, necessarium duximus Martinum episcopum fratrem nostrum, ibidem cardinalem constituere sacerdotem Leoni vero fratri nostro operam visitationis iniungere. Ibidem ad Ianuarium archiepiscopum Carallia Sardinia: Liberatus

beratus igitur de quo nobis significasti, quia diaconi fungeretur officio, si antea non est factus cardinalis, ordinatis a te diaconis nulla debet ratione praeponi. Et infra subdit: Si eius obedientis fueris inuitatus, & eum posthac cardinalem facere volueris, &c. Item ad Iouannem episcopum Squillatinum: Pastoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum gubernent. Propterea te Iouannem Lissitana ciuitatis episcopum nostrum in Squillatina ecclesia cardinalem duximus constituere sacerdotem, ut animarum curam spe futurae retributionis susceptam impleas, & reliq. ~~Et ad Iouannem episcopum Squillatinum: Pastoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum gubernent. Propterea te Iouannem Lissitana ciuitatis episcopum nostrum in Squillatina ecclesia cardinalem duximus constituere sacerdotem, ut animarum curam spe futurae retributionis susceptam impleas, & reliq.~~ ~~Et ad Iouannem episcopum Squillatinum: Pastoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum gubernent. Propterea te Iouannem Lissitana ciuitatis episcopum nostrum in Squillatina ecclesia cardinalem duximus constituere sacerdotem, ut animarum curam spe futurae retributionis susceptam impleas, & reliq.~~ ~~Et ad Iouannem episcopum Squillatinum: Pastoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum gubernent. Propterea te Iouannem Lissitana ciuitatis episcopum nostrum in Squillatina ecclesia cardinalem duximus constituere sacerdotem, ut animarum curam spe futurae retributionis susceptam impleas, & reliq.~~ illi presbyteri, quibus olim tituli dati, quibus Christianorum animas curandi munus delatum fuerat, eo cardinalium nomine velut summa illius dignitate proprio, cum primis honestari coepere. Ac ita quod principio prorsum aueri fuit, summo tandem honori esse coepit: nec immerito, quando illi in administranda repub. Christiana, suo pontifici semper praesto aderant, sic vel ijs paulatim decus accessit, paulatimque inter contentiones Imperatorum, ac po-



~~Is autem ordo ex triplici initio-  
rum genere constat: sunt enim aut episcopi: & ij  
quidem numero sex, Offiensis, Sabinensis, Por-  
tuensis, Tusculanus, Praenestinus, & Albanensis:  
aut presbyteri, aut diaconi: neutrorum tamera  
certo praescripto numero.~~

De origine honorum qui Romano pontifici  
habentur, & de eius auctoritate in omnes  
Ecclesias, atque quibus illius & Episcoporum  
ac Imperatorum occidentalium eli-  
gendorum ius à principio fuerit.

Cap. x.

**P**rimus huius Romano pontifici habetur, ut  
si minus pulchro honestetur nomine, ei sta-  
tim creato licent illud mutare. Verbi gratia, non  
extra totum dictum sit. Si homo maleficus ante a  
forte fuerit, ut Bonifacius appelletur: si timidus,  
Leo: si iusticus, Fabianus: si improbus, Innocen-  
tius: si ferrox, Gelasius: si male medierit, Benedi-  
ctus: si saltem nomine pontifex ornamento sit,  
dignitate. Eius autem rei auctor, fuisse dicitur  
Sextus tertius cum dicitur: Os huius diceretur ad  
omnes, qui nomina vocati, tollentur, & non est  
ut illi nomina ponantur. Per hunc autem ex-  
iminatione Christi esse factam, qui Simon Bar-  
tholomaeum nomen Petrum indicasset. Nominis autem  
mos

mos ad posteros, ut qui pontifices crearentur, o-  
misso priore nomine, eligerent sibi unum aliquod  
ex pontificum qui antè fuissent, nominibus. Item  
Romanus pontifex humeris hominum circumfer-  
tur: hoc inde natum quidam arbitrantur, quod  
Stephanus secundus, ut populo Romano ob infi-  
gnes animi virtutes, vitasq; integritatem charis-  
simus statim factus, pontifex humeris omnium  
pra gaudio exultantium fuerit sublatus, atque  
in adem Servatoris ad Lateranum deportatus:  
quem ritum deinceps seruariunt successores, adeo  
semper veterum honorum ac pomparum magis  
quam morum tenax est posteritas. Ego tamen  
dixerim illud ab Ethnicis pontifices esse mutua-  
tos, quando apud Romanos cum primis mos fuit,  
ut pradiuites ac primarij viri lectica servis ge-  
stata veherentur. Iuuenalis:

Quadriniotum iam sexta ceruice feratur,  
Hinc atque inde patens, ac nuda penè ca-  
thetra.

Et lectica haec graecè dicitur hexaphorus, quia  
sexta ceruice hoc est, sex servus, sicut ait Iuue-  
nalis ferri solebat. Martialis lib. Epigram. 4.

Cum tibi non essent sex millia Caeciliana,

Ingenti late vectus es hexaphoro.

Ius autem creandi Romani pontificis usque ad  
tempora Constantini Imperatoris; cum ponti-  
ficatus potuit cruciatus potius dici, quam di-  
gnitas, haud dubie penes collegium Romano-  
rum sacerdotum fuit. Postea paulatim cepit

T 4

eiusdem

eiusdem collegij, cum populi suffragio, ea electio  
firma esse quam Constantinopolitanus probasset  
Imperator: idq; institutum duravit: quo ad  
annum salutis DCLXXXV. Quo quidem tem-  
pore Constantinus quartus Imperator sanctita-  
te Benedicti secundi peribitus statuit, ut quem  
iam inde sacerdotum senatus populusq; Roma-  
nus pontificem creasset, is vere successor Petri  
haberetur, cum antè id tempus, Constantinopoli-  
tani principis & Italia exarchi auctoritate, ea  
sit dignitas rata habita, id quod postea haud diu  
est seruatum: nam cum paucis post annis Grego-  
rius tertius, ac nonnulli alij deinceps pontifices  
Longobardorum iniuriis pressi, nihil auxilij à  
Constantinopolitanis principibus haberent, ad  
Carolum primò Martellum, & Pipinum, deinde  
ad Carolum magnum ipsius Pipini filium Fran-  
corum reges confugere coacti sunt. Quas ob res,  
Leo tertius ipsum magnum Carolum fecit Impe-  
ratorem, cuius successores consueuerunt eidem  
pontificis electionem confirmare. Atq; sic vsu-  
uenit, ut tum primùm tutela Romani pontificis  
ab Imperatoribus Constantinopolitanis ad alios  
translata sit. Postremò circiter annum salutis  
MLIX. Nicolaus secundus concilio celebrato,  
pontificum electionem ad cardinales illos, qui, ut  
suprà diximus, animarum curam gerebant, tan-  
tum reduxit, idq; hodie seruat. Quod autè per  
Nicolaum sanctum est, scriptũ leges in canonicis  
decretis, distinctione xxij. Sed ea electio tam à  
reliquis

reliquis sacerdotibus, quàm à populo Romano  
comprobanda erat, poteratq; optari, qui etiam  
illius non fuisset collegij. At utrunq; breui post  
tempore pene est antiquatum: nunc enim cardi-  
nales, & sine populi sacerdotumq; consensu, &  
cardinalem tantum faciunt pontificem Roma-  
num: quamuis nulla lege exceptum sit, quin iure  
queant cuiusvis ordinis virum pontificem crea-  
re. At ea prima, deinde altera tertiã ve electio-  
nis immutatio causa fuit, suspicor, quamobrem  
nonnulla Ecclesia posthac constat sunt pro suo iu-  
re, sine Romani pontificis auctoritate, agere: qua  
tamen paulatim ad officium rediere: nam Græci  
antistites, Simplicio sedente, Romanũ pontificem  
omnium caput esse vterò declararunt, qui fuit  
annus salutis quadringētēsimus septuagēsimus  
quintus. Is dein Ioanni Constantinopolitano epi-  
scopo id ad se honoris reuocare conanti, etiam iu-  
uante Mauritio principe, gnauiter restitit, ac  
breui post recuperata prorius dignitate, Phoca  
Imperatoris iussu, est rursus princeps omnium  
declaratus, etsi Græcis argumentantibus eo loci  
debere esse Christiana pietatis arcem, quoq; im-  
perij. Idem ut pater Rauennates episcopos ad of-  
ficium reuocauit, quos iam pridem Longobardo-  
rum ac exarcharum temeritas alienauerat. Itè  
& Mediolanenses eidem furoribus actos, post  
ducentos annos quàm desinerant, ad sanitatem  
reduxit. Quin vel Aquileienses nō nihil sub Gre-  
gorio aberrantes, breui ad obsequium retracti,

Et pallij usus post centum Et quinquaginta annos, quam eo fuerant privati, restitutus. Atq; sic Romanus pontifex cunctarum est Ecclesiarum caput, Et id quidem summo omnium gentium consensu, ita ut non sit vel impijs hominibus locus iam ullus aliter somnians, nedum disputandi relictus. Ius autem eligendorum episcoporum, sacerdotum, ac diaconorum, iam inde à principio penes Apostolos, Et deim apud sacerdotes civitatum non sine tamen suffragio plebis atq; iudicio vicinorum episcoporum fuit. Et hunc ritum diu servatum esse diuus Cyprianus non uno in loco, Et in epistola præsertim quarta ad Felicem presbyterum testatur, atq; inibi de ea re luculenter edisserit. Sed cum ista lex iam pridem refixerit, nihil est quod hic Cypriani verba ponamus. Episcopum verò ita electum ceteri provincie episcopi initiabant, idq; fiebat decreto Niceni conventus, quo sancitum erat, ut episcopus, si fieri posset, à totius provincie, sin verò difficile foret, rum non minus, quam à tribus initiaretur, Et id non sine metropolitani auctoritate. Virumque hodie penes Romanum pontificem est: ille enim creat episcopos, Et initiat, vel secundum Nicenæ præscriptum, initiari, id est, consecrari mandat. At post hæc, creatio episcoporum in aliam formam mutata est à Bonifacio tertio: us enim decrevit, ut ab urbius populo sacerdotumq; cæteris eligerentur, non refragante loci principe, Et pontifice Romano annuente his verbis, Velimus, Et iubemus,

iubemus. At illud decretum velut nimis utique laudabile citò obsolevit, curiis semper in peius nostris delabentibus rebus. Postea Imperator de ea re consuli cœpit, sed id ius Ludovicus Caroli Magni filius Paschali pontifici restituit, paulò antè Carolo patri ab Hadriano concessum. Veruntamen hodie bona principum nostrorum pars illud mordicus tenet, imò non modò episcopos passim quos volunt declarari, renuntiant, dicunt, sine sacerdotum populiq; suffragio, sed sunt, qui suis duntaxat diplomatibus possessionem minorum sacerdotiorum tradant, quod modis omnibus Simplicius ac Gregorius veterunt. Imperatores verò nostros, occidentales dico, iam inde ab initio penes Romanum Pontificem creandi potestas fuit, quando Leo tertius, sicut supra tradidimus, Carolum Magnum Imperatorem fecit, coronæque qua honestantur Imperatores, donavit, quam Platina diadema vocat; est enim fascia linea, qua insigni reges utuntur. Postea Ioannes duodecimus Othonem Germania regem Imperatorem creavit. Et postremò Gregorius quintus, ut suam gentem (fuit enim homo Germanus) singulari quopiam beneficio afficeret, auctoritatem in posterum eligendi Imperatoris fecit archiepiscopis, Moguntino, Treuerensi, Et Coloniensi, item Marchioni, Brandeburgensi, comiti Palatino, duci Saxonia, Et regi Boemia, ut qui ab eis renuntiatuisset, Casar Et Romanorum rex diceretur, ac deinde

deinde Imperator statim, ut electionem huiusmodi Romanus pontifex comprobasset. Fuit is annus humana salutis MIL. Atq; sic Germani principes in illud acquisuerunt, quod etiam nunc habent, retinent, conseruant.

Qui primi notarios in vrbe Roma constituerint, qui res martyrum gestas scriberent, & ibidem de protonotariorum, ac cubiculariorum origine.

Cap. xi.

**A**ugebatur principid assidue inter sauas Romanorum principum persecutiones, piorum numerus, & quò magis illa feritas debacchabatur, hoc plures quotidie eiusmodi tormenta subire non formidabant, ut iam multitudo Christianorum multò esset ipsis Imperatoribus suspectior quàm religio. Ne igitur memoria tot fortium factorum, quibus nunc fulget religio, instar solis, & luna, vllò vnquam tempore hominum mentibus excideret, ne ve posteritatem quãdoque lateret, quoniam pacto illa vbique gentium propagata fuisset, Iulius primus Romanus pontifex, omnia ad rem sacram pertinentia per notarios literarum monumentis mandanda curauit. Ij ab initio fuisse videri possunt, quos hodie protonotarios vocant quorum officium est, res precipue gestas conscribere ab hac opinione sunt qui dissentiant: ego tamen tam pium factum Clementi malim assignare, quem constat regiones septem notarios diuississe

diuississe, qui diligenter res martyrum gestas scriberent: sed illud postea Antherus stabilius reddidit: Quod sicut Clementis & Antheri fuit institutum, ita fieri potuit, ut successorum incuria intermissum, à Iulio postremò fuerit renouatum. Atque tale nostri protonotarj habuere principium. Reperio etiam Fabianum, qui Anthero successit, & Cuius deinde regiones diuississe diaconis, qui videm gesta martyrum literis mandarent. Verum hoc minus tempestate nostra excussa scribendi onera, in ordinem abijt, haudquaquam indecorum, et seruatis est. Sunt hodie protonotarj Apostolici numero septem, qui ut dictum est in illud collegium pretio cooptantur. Sunt praeterea extraordinarij sine numero à pontifice gratuito creati, qui eius dignitatis priuilegijs perinde gaudent, atque alij: commodum aliud non consequuntur. Omnes equitando pileo utuntur nigro: quod introductum dixerim, ut à cardinalibus & episcopis per hoc insigne internoscerentur, quando à què omnes linteam togam induunt. Ita coniectura percipiamus licet, cum minimè tradatur, quando primum petalati incedere coeperint, & eorum collegia à quo fuerint primum venata facta. Leo primus ad res diuinas intentus: cum populus frequens ex omni parte orbis Romam venia causa concurreret, Apostolorum sepulchris custodes ex Romanis addidit sacerdotibus, & eos cubicularios appellauit. Illud bonus pontifex ea de causa fecisse videtur, quò

quò augetur pietas eo loci orantium, cùm animaduertent diuorum reliquias non sine ueneratione seruari. Sed memoria nostra obsoleuit ista consuetudo, cùm pauci centum scilicet loci ipsa Apostolorum ossa inuenerunt: Quare à sepulchris ad cubiculum pontificis custodiendum, cubicularij huiusmodi traducti dicuntur, quos Leo x. in collegium redegit.

Vnde natum, cur sacerdotum ordo in varios abiuerit munerum gradus: & de primo pallij usu, eiusque forma, ac primordio collegij residentiariorum apud Anglos, & de antiquo iurandi modo, interdicendi que contumacibus sacris, hoc est, eos excommunicandi, ut dicitur.

#### Cap. XII.

**I**am inde ab initio, cùm ubique ferè gentium flamines sacerdotes praesent, & illis alij, qui archiflamines, id est, primarij sacerdotes nuncupati sunt, ad quos sacrorum omnium ratio referebatur, placuit auctore Apostolo Petro, sicut D. Clemens in sua Christiana religionis compendiaro libello perhibet, ut similiter in singulis gentium qua religionem in posterum completerentur, urbibus in locum flaminum episcopi substituerentur, & in qualibet prouincia archiflaminia vice, vnus archiepiscopus constitueretur, cui reliqui illius regionis episcopi subessent, id

id quod nos in historia nostra Anglica ostendimus in Britannia qua nunc Anglia est auctore diuo Gregorio esse factum. Innocentius quoque, ut in decretis canonicis est, hinc nostrorum sacerdotum & episcoporum differentiam introductam affirmat. Ij archiepiscopi modò primates, modò graia uoce patriarcha, hoc est, patrum principes dicti, quatuor principio fuere. Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitanus: postea translata Byzantium imperij sede, additus est & Constantinopolitanus. Verum postea ambitione tantum modestiam à potioribus hominum decedente, plures creati sunt, usque uenit, ut huiusmodi ordini plus aliquid dignitatis ac maiestatis accesserit. Et quoniam hisce pontificibus sedes in ijs praesertim locis, qui insigniores essent, data sunt, idcirco & metropolitanos uocamus, quod vnusquisque hodie in ea praesit urbe, qua eiusdem prouincia metropolis id est, mater ac caput est. Primates tamen ac patriarcha antecellunt auctoritate archiepiscopis metropolitanis, sicut patet ex decreto Aniceti, qui statuit, ne episcopus crimen metropolitani sui ad alium nisi ad primatem, aut ad sedem Apostolicam deferret. Et eisdem etiam decretum fuit, ne archiepiscopi nisi ex singulari titulo, primates nominarentur. Ij autem merito patriarcha uocantur ceteri archiepiscopi nominantur, uel, ut quidam uolunt, metropolitani. Hos Clemens primus pallia,

pallio, cuius usum introduxit ipse primus, ornauit, voluitq; ut eis cetera praeferretur, quibus nunc potissimum insignibus, ab reliquis episcopis distinguntur. Marcus tamen pontifex instituit, ut episcopus Ostiensis, quod ab eo Romanus consecraretur, pallio quoque uteretur. Est autem pallium vestis summa lanea & candida cui utrinque pendent duae fasciae, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus insignita est. Huius sane insignis rationem diuus Gregorius ad Maximum episcopum Salonitanum Scribens, sciēter reddit, qui dicit illud humanitatem & iustitiam significare, ut ij qui illo utuntur foris summisse se gerant, id est, mitis sint, & intus animum aequum habeant, hoc est, iustitiam colant. Ex eodem quoque fonte manauit inter reliquos imitatorum ordines, diuisio officiorum, ut archidiaconi diaconis, archiepiscopi presbyteri presbyteris & ijs omnibus praepositi vel decani quos vocant, praesent, quibus pars quoque creuit honor. Hinc etiam instituta sunt collegia sacerdotum, qui in templis praesertim cathedralibus omni tempore sacris operam darent. Hos graecis canonicos, hoc est, regulares vocamus, ut qui ritū instituit, ceteris viuendi normam praeberent. horum autem collegiarum abbas &c. &c. & complures annis, apud nostros Anglos tempore regis Ioannis, cum humana pars ex ac diuina permixta forent, diuortium factum est: sed auctor sectae non traditur, quod sciam, si non fuerit discordia, qua for-

re uoluerit, aliquot ex collegio peruenire faceret, pretio sanctos alios dominari. Id enim tempore cum regis Ioannis e dicitur uacua passim templa spoliarentur, aliqua diruerentur sacerdotum bona praeda darentur, facile omnis administrorum grex dissipatus est: postea mortuo rege accidit, ut canonici ad sua redierint collegia, & eos qui primi fuerunt, oportuerit erogare pecuniam tam ad aedes sacras, sarcinudas, quam ad ea comparanda, quae ad cultum pertinerent diuinum. Hinc igitur factum est, ut nonnulli canonici curam rerum omnium collegij susceperint, reliquis collegis forsitan sua causa in dormientibus, solique emolumenta capere ceperint, quae patres olim cunctis iuxta collegis canonicis constituerint, qui suo tempore sacris operam dedissent: ita republica collegiarum in paucorum potestatem deducta, aut tunc, aut statim post, ij noui principes canonici, nullos ex canonicis episcopo factis, in suam societatem admittentibus nisi pretio, quod partim ad sacra templorum restructenda, partim sibi, partim uero templi ministerijs pertinebant, & ut ea emptio non uideretur fieri contra ne liceret, a Romano pontifice impetrarunt, ut a uenicibus in suum nouum collegium, sine criminis nota, pecuniam acciperent, si quae in collegijs sacerdotum ita diminuantur, uulgo residuarij uocantur, quod ad templa soli manerent: nam licet alij canonici dies non est quae in templis, ad res sacras la-



borem, curam & operam impenderent, nihil ta-  
men lucrifacerent. Durus institutum, varijs legi-  
bus ab ipsis residentibus corroboratum: sed vera  
quidem lex illa primaria est, ut domos maxime  
hospitales habeant & praesertim diuitibus, qui  
ad eos spatio suo iure continentur, onerantur, id quod  
inuidiam illis reprimat, cum ita mensis feruore  
cogantur. Atque ex co. instituto factum est, ut bo-  
na pars canonicorum ex suis collegijs expulsa sit,  
quando multi illorum seu religionis, seu pauper-  
tatis causa, uolunt, neque possunt pecuniam dare,  
qui non prohibiti dubio protul, in obeunda sa-  
cris tam libentissime quam diligentissime summa  
officium praestarent. Quapropter haud fortasse  
ab eo esset si patres praescriptum canonicis quon-  
dam a collegiorum fundatoribus datum, tan-  
dem aliquando seruandum curarent, prout ali-  
bi ubique gendium, illud ipsum inualatum esse  
constat. Item ut homo homini facile semper praes-  
tat, ita expedit, ut maiora munia praesertim sa-  
cra, illis adferantur obeunda, qui doctrina & vi-  
ta sanctimoniam alijs antecellunt, id quod Chri-  
stus admonuit, cum dixit: Homo quidem pere-  
gre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit  
illis bona sua, & huic quidem dedit quinque  
talenta, alij autem duo, alij uero unum, uni-  
cuique secundum propriam uirtutem. Qua-  
propter Antherus pontifex censuit episcopum, o-  
misso primo episcopatu, ad alterum necessita-  
tis causa, & utilitatis, non suuipsum, sed credi-  
tarum

tarum ouium, posse transferri; quod antea per  
decretum Nicena. synodi, fieri minime licebat. Et  
Antherus illud mouisse crediderim, quod Petrus  
ea de causa, relicta episcopali sede Antiochena,  
se Romam contulerit, ibique aliquot annos episcop-  
atum obiuerit. Ceterum haud a plerisque cor-  
fit ad utilitatem suam, non ad seipsum mir-  
nus respectibus, ut habeant, quando se mollius  
curent, quibus haud dubie dominus tempore  
sua dicit, Serui mali tollite iug, seruos inuites,  
& eicite in tenebras exteriores, illic erit fletus  
& stridor dentium. Quia per hunc modum episcop-  
um in suorum sacerdotum esse duce-  
re, illud dicitur, illud dicitur, illud dicitur. Ca-  
pulus inuenit, in sacerdotibus ne coram iudice  
prophano conueniri possent, quod si constaret, detex-  
reret, ne Christos domini tangerent. At ut quis  
quam fraude dolove circumueniretur, Euty-  
nius sanxit, ut accusatio coram iudice scripto con-  
tineretur, ut Cornelianum decretum est, ne quis a  
sacerdote, nisi re, & iuris causa, exigeret ius iuran-  
dum quod non credentibus & suspiciosus facien-  
da fidei causa, institutum constat, cuius apud  
ueteres talis fuit forma. Cicero ad Appium Pul-  
chrum, tibi sic contestans omnes deos,  
Vir-  
gilium:

Tuneris haec tibi causa fuit, per sydera iuues,  
Rex superos.

Aut per rē charam mos fuit iurare. Ouidius ad amicam, qua peierauerat:

Pér que suos illam auer iurasse recordor,  
Pérq; meos oculos, & doluere mei.

Item teste Festo, lapidem silem tenebant iuraturi per Iouem, hac verba loquentes: Si sciens fallo, tū me Diespiter salua urbe, ac cōque bonis eiciat, ut ego hunc lapidem. Præterea nulli, quem admodum testatur Linius, licebat magistratum plus quinq; dies, nisi qui iurasset in leges, gerere. Hunc penè morem pontifices nostri, reges, sacerdotes, prætore, ac ceteri iurantes seruauit, qui ita iurantes quædam ad ea iuramenta ad iuranda admittuntur. Sed illud maximum ius erat iurandum, quod quisque iurantis habere iura ut, teste Dionysio, magistratus prætorumque disceptationes, si de diiudicarent. Quapropter Numam Fidei dea templum posuisse, iuracq; instituisse idem tradit. Apud Hebraeos talis fuit usus. Hieremias: Et iurabis, uiuit dominus in veritate, & iudicio, & iustitia. Hos enim ut ait Hieronymus, iusiurandum habet comites, quibus si caruerit, periurium erit. Et Abigail uxor Nabal ad Dauid, Nunc ergo domine mi, uiuit dominus, & uiuit anima tua. Historia est in primo Regum lib. Apud nos iurandi modus iurandi modus est, per euangelium, quem Iustinianus Imperator, ut in eo libro est quæ Authenticum appellauit, titulo de sanctissimis episcopis, instituit.

instituit. Postea ita usu uenit, ut hodie qui iusiurandum iurat, coram magistratibus ut plurimū euangeliorum librum aut dextra manu tangat, aut osculetur, dicens: Ita me Deus, & hac sancta euangelia iuuent: quod admodum euangelium nostra religionis fundamentum, nulla de causa uiolari debet, ita iusiurandum nullo pacto frangendum sit. Quod autem nostri pontifices solent contumaces, hoc est superbos ac idcirco iuris contemptores, minimeq; obedientes, aut delictum aliquod delinquentes excommunicare, ut uulgò dicunt, illisq; simul interdicare sacris, hoc ex Iudais sumptum est, quorum moris fuit, eos ignominia causa extra synagogam, id est, congregationem eicere, qui dicto minus audientes, contra legem, uel pontificum, seu populi mandatum aliquid fecissent, quod per inde erat atque apud nos interdicare sacris illudq; uerū esse Euangelista Ioānes affirmat, scribens: Iam enim cōspirauerāt Iudai, ut si quis eum cōfiteretur esse Christū, extra synagogā fieret. Alludit ad illud & Paulus ad Corinthios epistola priorē, cap. 5. cum iubet, ut stuprator sua nossera excommunicetur, quod sic poenitendo tanti sceleris animam non amittat, ita scribens: Tradatur satana ad interitum carnis, quod spiritus saluus sit in die domini Iesu. Hos religionis hostes diuus Cyprianus absentos passim appellat, quod reliqui homines ab eis absentia debent: qui tamē uentur supino istius uerbi abstineo, minime uisitato. Reperio hunc puniedi more

à Druidibus Gallorum sapientibus quondam usurpatum: illi enim uti Casar in suis commentarijs testatur, si quis aut priuatus aut publicus eorum decreto non stetit, sacrificijs interdicebant. Et hac poena apud eos grauissima, quoniã quibus ita erat interdictum, ij numero impiorum ac sceleratorum habebantur, ab ijs omnes decedebant, aditum sermonemque defugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent, neque ijs petentibus ius reddebatur, neque honos ullus communicabatur. Hac omnia ita cum nostra religione consentiunt, ut non temerè quis crederet nos huiusmodi deuouendi execrandiq; modum potius ab ipsis Druidibus, quàm à Iudais esse mutatos. Atque hoc unicum telum, terrificumq; fulmen est quo pontifices nostri solent, maximè animarum ultra tartara mittunt, propter quo minus utique est in quamquam precipitanter torquendum. Istud censura, inest, correctionis genus apud veteres Christianos in usu fuit, id quod Tertul. in Apologet. aperitè demonstrat, cum meminit de eorum conuètijs, ita scribens: Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina: nam indicatur magno cum pondere, si quis deliquerit, ut à communicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij reuegetur: praesident probatissimi quique seniores honorem istum non pretio, sed testimonio adepti.

Qui

Qui primi instituerint, ut virgines consecrarentur, & vnde fluxerit mos velandì caput, illudque aperienti viris principibus, atque osculandi pontificum pedes & manus, item osculo saluandi, ac ipsos pedes mutuo lauandi.

## Cap. XIII.

QVod virgines sacrantur, id est, vota castitatis facientes religioni addicuntur, Pij primi praescriptum esse videtur quod in decretis canonicis est: Virgines non velentur ante xxv. annos, nisi fortè necessitate periclitantis pudicitia virginalis. Et non sunt consecrandae, nisi in Epiphania, & in sabbatho Pascha, & in Apostolorum natalitijs, nisi mortis causa urgente, & reliq;. Porro eam praerogatiuam Apostolorum festis diebus datam aiunt, quod illi ante omnes, virginitatis amatores cultoreq; fuissent. Id initium fuisse monacharum, ac incrementum inde suum sensisse declarat decretum Soteri, qui secundo loco successit Pio. Is instituit, ne monacha ulla palam, quam vocant, attrètare, nè vbi thus in accerram poneret, dum sacrificia fierent. Fuit ille annus salutis circiter C L X xv. Vnde videtur monacharum institutum iam tum apud Romanos non fuisse ignotum. Quare miror quosdã esse, qui tradant Marcellam, quae cum Hieronymo familiaritatem habuit, primam feminarum

Z 4

attans

ausam esse illud Roma profiteri. Verum ab ipsi  
Apostolis ortum videtur, ut mulierum sacrarū  
congregatio in Christiana religione esse cœperit.  
Cum enim Paulus priore Epist. ad Timoth. scri-  
bat: Viduas honora, quæ vera viduæ sunt: porro,  
quæ vera vidua est ac desolata, sperat in Deo, &  
subiiciat: Vidua eligatur non minor annis sexa-  
ginta, quæ fuerit unius viri uxor, in operib. bo-  
nis hominum testimonio comprobata, si filios edu-  
cauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit,  
si afflictis subministravit, si in omni opere bono  
fuit assidua: item pergit. Quod si quis fidelis, aut  
si quæ fidelis habet viduas, suppeditet illis, &  
non oneretur ecclesia, &c. apparet, viduas veras  
& desolatas, hoc est, ut Chrysostr. sentit, rerum o-  
mnium humanarum curas negligentes, spēs q̄ suas  
in Domino ponentes: iam tum electas, ac ecclesie,  
id est, communitatis sumptibus nutritas, & de-  
nique tales propemodum fuisse, quales nos hodie  
habemus monachas, excepto quod nostra nō mo-  
do secundum Apostolicum præscriptum, sexagin-  
ta annis, sed ut plurimum viginti. minores eli-  
gantur: quæ cum aliquando carnis titillatione  
impulsa à continentia legibus aberrent, profectò  
religio non mediocriter inde damnum sui honoris  
facit. Quippe ideo Apostolus, teste Ambrosio, in  
libro de Viduis, iuniores viduas minus recipien-  
das in numerum ecclesie viduarū decreuit, quod  
illa haud facile possent præstare officia, quæ ad  
veras viduas pertineret. Hinc perspicue intel-  
ligere

ligere liceret, iam tū cœpisse feminas per hūc mo-  
dum deo dedicari, & Apostolos primum, ac de-  
inde nostros pontifices exemplo Vestalium virgi-  
num, induxisse feminarum religionem, in eccle-  
siâ Dei, ut uterq; sexus domino in castitate ser-  
uiret. Sicuti velare caput, secundum Apostoli sen-  
tentiam est, qui ad Corinthios ait: Omnis verò  
mulier orans aut prophetans non velato capite,  
dehonestat caput suum. Vnde Linus ex manda-  
to Petri constituit, ne quæ mulier nisi velato ca-  
pite, templū ingrederetur: quod videtur ab Ha-  
brais accepisse, quorum feminis, sicut ait Tertul.  
lib. de Corona militis, tam solenne fuit velamen  
capitis, ut inde intrescerentur. Item pontifici  
non licebat caput aperire, dicente Mose: Ponti-  
fex caput suum nō discooperiet: vel à Latinis sa-  
cerdotibus mutuatus, ut per hoc quoq; sic eorum  
ritus ad honestiores verteret usus. In sacrificijs  
enim, quemadmodum ait Plutarch. in Proble-  
mat. Itali, auctore Ænea, obnubebant caput,  
quod is cū rem diuinam faceret, prætereunte  
Diomede, qui, teste Servio, Palladium quod ex  
oraculo iussus erat reddere Troianis, tunc refere-  
bat, ne cognitus interrumperet sacrificium, caput  
velavit, atque ita conspectum hostis evitavit.  
Commemorat rem hanc Maronius Helenus  
in tertio Æneid.

Et postis aris, iam vota in litore solues,  
Purpureo velare comas adopertus amittit,  
Ne quæ inter sanctos ignes, in honore deorum

Hoftilis facies occurrat, & omnia turbet.

Hunc ſocj morem ſacrorum hunc ipſe teneto

Hac caſſi maneant in religione nepotes.

Ceterum apud Arabes & Carthaginenſes, femina non modo religionis, ſed honeſtatis cauſa, caput & faciem velabam, quod velamen pro galea illis eſſet: auctor Tertullianus, qui de ea re librum ſcripſit Magiſtratibus verò & alijs potè-  
rioribus caput aperimus, tãquam omnia noſtra illis patère debeant. Idem Plutar. auctor. Hinc haud dubiè nobis mos eſt, & orare aperto capite, & ſuperiores reuereri, id quod Apoſtolus voluit dicens: Omnis vir orans, aut prophetans velato capite probro afficit caput ſuum. Hac ille. Sed ad rem redeamus. Eſt igitur ſacrandarum monacharum inſtitutum multò vetuſtius, quàm quauis alia monachorum religio: eſt item ex-  
lentius: quippe nulla, vt ait Auguſtinus de Bono virginali, virgo ſacra naſcitur, nec eſt hac proles carnis & ſanguinis. Si harum quaritur mater, religio eſt. Non parit virgines ſacras niſi virgo ſacra, virgo illa, qua deſponsata eſt vni viro, id eſt, Chriſto. Talis virgo ſacra fuit Petronilla talis Cæcilia talis Agnes. Poſtea in collegia conuere, ac ſanctiſſimis viuendi legibus à patribus acceptis, vitam virginitate dignam agere ceperunt. Mos deſculandi pedes pontificum, ne longè exempla petamus, à Chriſto præceptore noſtro cepit. Is ſummus ſacerdos & pontifex maximus tulit, vt mulier qua erat in ciuitate peccatrix,

trix, ſicut teſtis eſt Lucas ſibi pedes primum ſcàs lachrymis rigaret, capillisq; tergeret, ac deinde deſcularetur, veluti apud Hebraos mos fuerat Chriſtos Domini venerari. Voluit item proculdubio Cornelius Cèturio pedes Apoſtoli Petri oſculari, ſed pater manuſuetudinis plenus id fieri non eſt poſſus, qui etiam cum ſibi ad pedes incontinentem dixit Surge, & ego ipſe homo ſum. O vos em memorabilem, atque ſalutarem, ſi bene miti hodie ſeſe quoque homines tantum oſſo perpendeant, qui propterea quod ſacerdotio traditi ſunt, plura ſe reliquorum mortalium, longè poſt hominum memoriam imperioſſimos dominos præbent, non communes patres, vt ſerui debent. Ita uſu venit, vt nos pontificum noſtrorum pedes oſculemur: illudque inſtitutum à Romanis pontificibus duxerim, quò mos ille oſculandi antiquus à deorum etiam cultoribus ſeruatus, ad veram pietatem uſurparetur. Perinde quandoque expedit, ad alliciendos hominum animos ad veram religionem, vt quod apud illos honori antea fuerat, non tollatur penitus, ſed ſanctiore inſtituto ad conſimilem adhibeatur cultum. Nam, vt Plutarchus teſtatur ſacerdotibus Romanis nec habere, nec petere magiſtratum per-  
mittebatur, liſtore tamen & ſella curuli utebantur, vt iſs delinipi vltra non quærerent: in templis prope ianuam lecticam habebant, tantquam cuſtodes & reſugiũ: pedes iſs reliqui oſculabatur. Quin & alijs ſummis viris id genus hono-  
ris

noris habebatur, cuius rei testis est Seneca, scribens Caium Caesarem porrexisse ad osculandum sinistrum pedem Pompeio Paeno, ut ita ostenderet ocellum auratum, margaritisque distinctū. Idem Pöponius Latus affirmat, ita scribens: Imperatores antea manus exosculandas nobilibus praebebant, post suis manibus subleuabant ad oris osculum, vulgus genua exosculabatur. Diocletianus edicto sanxit, uti omnes sine generis discrimine prostrati pedes sibi exoscularentur, quibus etiam venerationem quandam adhibuit, exornans calcamenta auro, gemmis, & margaritis, quod fecisse antea Caium Caligulam memorant. Is honos hodie Romano pontifici fit, qui aducentes se ad sacra pedum oscula admittit: ceteri vero antistites dexteram manum auersam aduentibus religiosè osculandam porrigunt, quod vel ab ethnicis sumptum constat. Plinius enim lib. II. dicit religionem aliquam esse in dextera, qua in fide porrigitur, qua oculis auersa appetitur. Testatur idem Apuleius libro Asini sui secundo, ubi cum de propheta Aegypto meminit, ait: Et cum aucto iuuenem quempiam linteis ammiculis interectum, pedesq; palmeis baccis indutū adusque, dura so capite producit in medium, huius diu manus deosculatus, & cetera. At contrà faciebant Numidia reges, qui, teste Valerio Max. more gentis suae, nulli mortaliū osculum ferebant. Solemus insuper & osculo salutare, id quod antiquum est, quando satis constat He-

braos

braos sic cōsueuisse in osculum excipere hospites, atq; hoc pacto salutare aducentes se. Ad hunc modum Iacob ut vidit puellā Rachel, ore est prius osculatus, quā illi indicaret se eius esse amicitium. Et Laban pater ipsius Rachel ut nouit Iacob filium Rebecca sororis suae, complexus est eū ruens in osculum. Sic Christus salutantes se osculari solitus erat: sic Paulus beneuolentia animorūque charitatis osculo salutandum censuit, qui in extrema secunda epistola ad Corinthos scripsit: Salutate vos in uicinis sancto osculo. Hinc ego dixerim apud Romanos institutum fuisse, ut mulieres cognatas ore oscularentur: cuius rei etsi Plutarchus in Problemat. alias ponit causas, quod mulieribus Romanis uini usus interdictus esset, & idcirco ne bibentes latērent, sed domesticorum congressu redarguerentur, osculandi consuetudinem introductam. An quod mulieres Troiana cum ad Italia littus accessissent, & uiri ad unum omnes in terram descendissent, naues incenderunt, quia se iam diuturni laboris pertasas maris taderet, quae metu aeterni uirorum pauido, osculando ac blandè appellando mitigassent eorum animos, sibi que reconciliassent? Hinc marsit postea conuetudo, ut hac inter se comitate uterentur, fuitq; praecipuum cognationis signum post cognatorum conubia lege prohibita: quod nunc ubique gentiū seruetur, & praesertim apud Anglos, quorum mulieres non cognatas modo, sed quoscunq; generatim osculo timent

salu

salutant, resalutantque, & illud quidem prioribus, ut dicitur, labris, tam decentissime quam honestissime faciunt. At qua regio sunt sanguine edita, non oscula inferioribus libant, sed manuum auersam porrigunt, perinde ac viri inter se salutationis causa, solent dextram iungere dextra. Quod sacerdotes ante aërem festum Pascha sibi iniuicem, quodque prophani qui superiores sunt, inferioribus pedes lauant, id fuit etiam Christi institutum, qui ut humanitatis documentum omnibus praberet, Apostolis pedes eodem die lauit, quibus, prout Ioannes commemorat, & dixit: Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Quod institutum mansit postea cum oculandi ritu, & utrunque commemorat Tertullianus libro ad uxorem altero.

Qui primi apud Romanos instituerint sacerdotes flamines, virgines vestales, pontificem maximum, salios, feciales, patrem patratus, regem sacrificulium, augures, epulones, sodales, Tirios, & aruales, ac singulorum officia, & quæ precurentur sacra, & de primo lectisternio, atque librorum Sibyllinorum origine.

Cap.

Cap. XIII.

Flamines, id est, sacerdotes, Numæ Pompilius secundus Romanorum rex instituit: is enim rex creatus nihil prius habuit, quam præferocem populum ad pacis & iustitiæ cultum à rei bellicæ studijs auertere, sacrisque obli-gare. Itaque primum constituit annum ad cursum luna, digestum in duodecim menses, uti alio est loco à nobis dictum, festosque deinde dies: flaminem unum Ioui creauit, qui diu-lis est dictus, eum insigni vestæ curulisque sella ornauit. Is mortua uxore, ut ait Plutarchus in Problemat. sacerdotio se abdicabat, velut alter censor vitæ priuato collega, magistratus abibat. Non uehebatur equo, neque noctem unam extra Urbem manebat, ut si longius profectus esset, ne sacra, eius absentia negligenterentur. Item iurare eidem minime licebat, ed quod tormenti quoddam genus sit homini libero iusiurandum, præsertim sacerdoti, cui-cum diuina credita sint, paruam habere fi-dem, absurdum censetur. Vinam utrunque nostri attenderent episcopi in primis, qui ad-suum munus fungendum haud semper præstò sunt, propter quod res religionis meliore in-casu minus sunt: & nostri magistratus, qui volunt pro re etiam minima, sacerdotes iureiu-rando adigere, eum ijs in primis illud tantum-fari liceat. Est, est, non, non, Sed domum repe-temus.

demus. Duos deinceps Numa adiecit flamines, Marti unum, alterum Quirino. Plutarchus huius rei auctorem facit Romulum, atque ab eo flamines Ioui & Marti, non à Numa creatos: cui opinioni Livius minimè assentitur. Hos ab insigni quod capite gestabant, quasi flamines dictos existimant quidam, alij à pileis, quasi pilamines: sed infula qua illorum capitibus habebat, qua flamina, ut Dionysius scribit, est dicta, ijs verius, quam vox alia, nomen dedit. Item virgines vestales Numa legit. Quae sacra in Italiam per Æneam adducta fuerunt. Virgilius:

Sic ait, & manibus vittas Vestamq; potètem,  
Æternamq; adytis effert penetralibus ignem.  
Vestam matrem Saturni, & alteram ex Ope  
filiam ferunt: de hac Virgine Ovidius in Fast.

Semine Saturni tertia Vesta fuit.

Et modò eam ignem ponit, dicens:

Nec tu aliud Vestam, quam vinam intellige  
flammam.

Modò terram:

Sic incesta perit: quia quam violavit, in illa  
Conditur, & tellus Vestaque numen idem  
est.

Bene convenit, ut Vesta terra sit, & ignis, quia  
terra inclusus est ignis, id est, naturalis calor,  
quibus cuncta producuntur. Pasuit illi templum  
Alba Arcanum. Fuit & Roma ades inter Pala-  
tium & Capitolium, forma penè sphaerica, qua  
terra

terra pingitur, constituta. Tradit Aulus Gellius  
prima qua huiusmodi sit adhibita ministerio A-  
matam nomen fuisse, ac propterea reliquas deinceps  
omnes Amatas appellatas, dicique non electas,  
neque creatas vestales, sed captas, eò quòd  
capiebatur à pontifice de manu patris vestalis  
virgo: neque capi poterat minor annis sex, neque  
maior decem, & qua ex seruis nata, aut corpore  
màco, sensu ve dimittito foret. Roma primò Giga-  
nia & Berenicia capta, mox eorunde addita, Cami-  
lia & Tarpeia: Huic numero Servius Tullius  
duas novissimè adiecit. Hæ decem primos annos sa-  
cerotum ritum perdiscerant, & eorundem deinceps operã da-  
bant sacris, tertio decennio rudes & nuper captas  
instruebant: postea verò si qua id ætatis nubere  
voluisset, sui erat alterum mallet sequi. Caterum  
quando illæ qua coniugium secuta fuissent, male  
vertisset, plures ad mortem usque in religione per-  
seuerabant. Stipendium ijs Numa de publico sta-  
tuit, & eas demum perpetua virginitate aliisq;  
ceremoniis venerabiles fecit: carpento veherantur,  
magistratusque illis assurgerebant, ac fortuito  
occursum fontem supplicio eximebant: ignem per-  
petuum servabant, qui si per incuriam extinctus  
esset, custos flagro à pontifice maximo cui sube-  
rant, cadebatur. Si qua incestu convicta esset, ar-  
te ora civium, moesto silentio efferebatur, & in aqua  
circa Collinam portam, in subterraneum specum  
dimissa, terraque statim superinecta necabatur.  
Atque hoc sacerdotium Alba oriundum per hunc  
Aa: modum



modum fuit Roma instauratum. Pōtificem prætereā maximum Numa Martium Marci filium ex patribus creauit, cuius potestati omnia sacrorū iura subiecit, ac quibus hostijs, quibus diebus, ad qua tēpla sacra fieri oporteret, formulam docuit, constituitq; eum, teste Festo, iudicem ac arbitrum rerum a quē diuinarum ut humanarum. Fuit id, credo, certum portentum, quo est significatum, urbem Romam postremū perinde pontificia maiestāte, qua nunc latē patet gentibus moderaturam atque olim potentia imperasset. Idem Gradino Marti duodecim sacrauit salios, tunicāq; pictā insigne dedit, & super tunicam, aneū pictori tegumentum, cōlestiāque arma, qua ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canētes carmina, cum tripodijs solenni q; saltu, unde nomen traxerūt, iussit. Videtur Numa in hoc, velut in plerisque alijs, Habreos amulatus; legimus enim Dauid ante arcam fœderis saltando processisse. Ancile scutum breue ac rotundum, regnāte ipso Numa, è cœlo lapsum in saeuientis pestis remediū, vulgō crediderunt. Quidius in Fastis:

Et ce leui scutum versatū leuiter aura

Décidit, à populo clamor ad astra venit.

Et infert:

Atque ancile vocant, quod ab omni parte  
recisum est.

Quaque oculis spectes, angulus omnis abest.  
Et cum aruspices respondissent, illic fore orbit  
imperium, ubi ancile illud consisteret, diligentia

Numa

Numa ne ab hominibus unquam ferri posset, à Mamurio fabro multa similia facta sunt, & in tēplo Martis posita. Inter tot sacros ordines, posuit & faciales sacerdotes, quibus id dedit negotium, ut Romani nullum iniuste bellum inferrēt cuiquam. Cneus Gellius Annalium scriptor, id ab Ardeatibus prodidit acceptum, alij ab Equiculorum gente. Satis constat Numam bellum Fidenatibus inditūrum ob excursionses in Romanum agrum factas, ne non omnia riuē fierent, faciale ius, & collegium postremū constituisse. Ij si qua per iniuriam Romanis adempta essent, repetebant ab hoste: qua si minus reddita essent, bellum composito ad id carmine indicēbat. Pari potestate petentibus iuste res, dabant fontes ad supplicium, legatorum iniurias vindicabant. Ad hoc item pertinebat fœdera iure percussa tueri, pacē sancire, eādem si minus legitime pacta esset, irritā facere, & si quid Imperator vel exercitus deliquisset, scelus expiare. Faciales autem à fero siue à facio dicti, quod apud eos belli pacisq; ferenda seu facienda ius esset. Fuit & sacerdotiū Patris patrati, qui Romæ ad insurādum patrandū, hoc est, ad fœdus sanciendum eligēbatur: facialis eum faciebat, verbera caput capillosq; tangens. Primus Romæ facialis Marcus Valerius patrem patratum Spuriū Fusum fecit. Post exactos reges, cœpit rex sacrificulus creari: is primus fuit Manius Papyrius, q̄ ne in re vlla regis præsentia desideraretur, ea sacra obibat, qua reges facere

consueuissent. Et id sacerdotiū pontifici maximo subiecere, ne quid regium nomen recenti libertati offerret. Erant præterea augures, de quorum origine alibi diximus. Epulones qui induendi Ioui ceterisque dijs epulas potestati habebant, veteres pontifices instituerunt: nam, ut inquit Cicero, pontifices propter multitudinem sacrificiorum, tres viros epulones esse voluerūt, qui triumuiui epulones appellabantur. Itaque postea præpositus est rex sacrorum, id est sacrificulus. Aditi deinde fuerūt alij tres viri, qui sacris libris legendis, carminibusque Sibylla præessent. Isti quoties prodigia magnos aliquos rerū euētus auspiciāria emergerent, lecti sternis ad puluincaria deorum factis, sacris suppliciiisque placabant, qui et sodales Titij vocabantur, sic septemuiui epulones dicti sunt. Hos Titios sodales, auctore Cornelio Tacito, Romulus inita cum Tito Tacio societate, primus creauit. Idem primus, uti Plinius perhibet, aruales sodales instituit, seorsumque alios, duodecimum fratrem appellauit, ut arua fruges ferrent: et propterea eius sacerdotij insigne fuit epicea corona: auctor Gellius. Sacra qua istiusmodi sacerdotibus in primis cura esset, hac fuisse reperio, Lupercalia, saturnalia, de quibus alibi meminimus. Bona dea, quam alij aliam fuisse dicunt, sacra in Aventino in eius templo fiebant, ad qua viri non ingrediebantur. Floralia dea Floræ pridie calendæ Maij dicata. Hanc Lilius et Dionysius meretricem fuisse tradunt, cui ut dea ob id magnus est

est habitus bonos, quod populum Romanum fecisset heredem, qua et fructibus cunctis præesse credebatur: colebatur autem a meretricibus coronis et vestium varietate, temporis lætitiarum florumque significantibus. Terminalia, quod Numæ rex Ioui Terminali lapides sacrasset, terminosque posuisset in agris quod unusquisque suis finibus contentus esset, Romani postea eius pietatis monumenta diu seruarunt, terminos ipsos deos vocantes, ut fidos agrorum finium custodes, quibus sacrificabant, non animal ullum immolantes: (nam impium ducebant sacros cruentare lapides) sed liba fructuumque primitias offerentes. Vinalia, qua causa vini sicut Robigalia cunctorum, circiter VII. calendæ Maij celebrabantur, quia tunc robigo segetes soleat occupare. Bacchanalia, qua nos supra lib. 3. et Lilius dicit ex senatusconsulto, ut bonis moribus pestifera, Roma expulsa fuisse: noctu enim fiebant, ubi nudus uterque sexus impurissime commiscebatur. Cerealia, Cerevis dea sacra, qua Triptolemus primus instituit. Sacerdotes vestibus utebantur albis et noctu cum facibus currebant, vinum non bibebant. Insuper et ieiunium institutum quinto quoque anno, prodigiorum causa. Ouidius etiam à Venere abstineri dicit, quod castitati præsit. Solitaurilia, quum tribus hostijs diuersi generis, tauro, ariete, et verre, immolabatur. Festum diem septimontium Plutarchus in Problematicis ponit, cum septimus mons est urbi quasi tum demum finis

additus. *Quinquatria*, quæ Minerva calendis Martij quinq; dies fiebat, quo tempore, ut testatur Hieronymus, munus Minervæ appellatum, pueri quando vacabant, magistro offerebant. Itæ *Quinquatres* minores eidem Minervæ sacri, Idibus Iuniis: quando tibicines personati per urbem incedebant, ut illi qui alias ebrij Tybure Romæ rediit fuissent, indicarentur personati esse inter alios ignotos. *Ovidius*:

*Cnr vagus incedat tota tibicen in urbe:*

*Quid sibi persona, quid toga longa velint?*

*Callidus ut possit specie numerog; senatus*

*Fallere: personis imperatore regi,*

*Admiscetq; alios: ut hunc tibicina turba*

*Augeat: in longis vestibus ire iubet.*

Ac plura alia festorū dierū genera vana superstitione observabatur, quæ exponere nimis omnino otiosum foret. Erant & ludorū varia genera, ut *Circenses*, *gladiatorij*, *Megalenses*, ita *diiti*, quod in honorem Magnæ matris deorū fiebant: *Græci* enim *ἡτῆρα* magnum dicunt. De ijs *Herodianus* in *Commodo* ita scribit: Veris initio stato solennique die: pompam Matri deum Romani celebrabant: in ea quæ apud quemque sunt divitiarum præcipua suppelleçq; pleraque imperatoria materie aut artis spectanda præferri ante deam solent: passimq; omnibus ludendi licentiæ permissa, sic, ut, ut personas induat quas cuiq; libitum, nullamque nõ magistratū quoque imaginem prout cuiusque studium representent: ita ut

non

non temerè à falsis veros dignoscas, &c. Sed pro hominū salute ludi in primis seculares celebrabantur, cum lætisternijs, quorum initium damonum utriusque malorum operatione factū constat. Siquidem *Valesius* quidam vir locuples, tribus quos habebat filijs pestilentia laborantibus, dum ante forum suos penates orat, ut salvis pueris in suū caput id mali vertatur, ecce tibi, vox repente audita filios saluos fore, si *Terentium* duxerit, ibiq; ex *Diti* patris & *Proserpina* ara petita aqua recrearit Pater quamvis anxius, quod longius sibi eundū esset, tamè ex sua villa ire pergit, alteraque nocte ad cæpū *Martiū* per *Tyberim* delatus, cum in navi nõ esset ignis, iubetur à gubernatore ire *Terentium* ad locum proximum: qui audito *Terenti* nomine, ita certò sciens eò se pervenisse, quò deorum vocaret oraculum, aquam calefacit, datq; bibendā pueris. Illi epota aqua, saluari quiete sepiti, continuo omni morbo liberantur, vocatq; parenti narrant se à dijs adiutos, admonitq; ut eo loci mactatis suruis id est nigris hostiis, lætisternia ac ludi nocturni ad arā *Diti* & *Proserpina* fierent. *Valesius* maiorem in modum gavisus incipit primo quoque die terram fodere ara erigenda causa, sed ibidè reperta sub terra ara *Diti* patri & *Proserpina* inscripta hostias mox immolat, tribuq; cõtinuis noctibus, quia totidem filij morbo leuati fuerant, lætisternia atq; ludos, facit, aramq; terra obruit, prout ante fuerat. Post hæc *Valerius*

de publi

Publicola, qui primus fuit Roma consul, idem sacrum agrotantibus succurrēdi gratia celebrasse dicitur, sed non solemnī pompa. Ex quo Liuius lib. 5. de iis ludis ita scribit: Tristē hyemem grauis & pestilens omnibus animalibus aetas excepit, cuius insanabilis perniciē, quando nec causa, nec finis inueniebatur, libri Sibyllini ex senatus-consulto additi sunt, duum viri sacris faciendis lectisternio tunc primū factō per dies octo, Apollinem, Latonamq; & Dianam Hercule, Mercurium, atq; Neptunum, tribus quā amplissimē tum apparari poterat, stratis lectis, placanere. Priuatum quoq; id sacrum celebratum. Lectis enim antiqui cubantes epulabantur, aut deorum ita placanda causa, in templis conuiuia celebrabantur tribus diis, Ioui, Iunoni, & Minerua: & simulacrum Iouis in lectulo ponebatur, Iuno verō & Minerua in sellis sedebant siquidem femina cum viris cubantibus, auctore Valerio sedentes conuocabant. Ita septem epulones conuiuia celebrabant, ad deorum puluinaria, quae lectisternia appellata sunt. Et hac origo lectisterniorum, atq; ludorum secularium, qui ita vocati sunt, quod semel in vno seculo (est enim seculum centum annorum spatium) fierent, tamen si mos non semper seruatus est. Iam oportet demonstrare, & unde libri Sibyllini, de quibus supra facta est mentio, ad Romanos allati fuerint, quos summa religione iuxta ac obseruantiā custodiebant, & cum dij publicē consulendi essent, ad eos libros tanquam

tanquam ad oraculum quindēcim viri adire solebant. Itaque Dionysius lib. 4. scribit annus quandam incognitam tulisse libros nouem ad Tarquiniū Superbum, affirmatē esse eos deorum oraculis plenos, dixisseq; velle se vendere non minus trecentis Philippiis aureis, & regem ludibrio habente, illam tres coram combustisse: ac rursus pro reliquis idem pretium postulante, regetum magis anus insaniam deridente, tres alios exussisse, atq; iterum rogasse, ut pretium daret, tum regem miratum constantiam mulieris emisse libros tres; & quia annus accepto pretio nusquam posthac visā est, iam tum creditum, eam Sibyllam fuisse, cui, quemadmodū poēta ait, magnam mentem, animumq; Delius inspirasset vates: nam Sibylla dicta est, quod Dei nosset consilium: vnde enim lingua Æolica Deus vocatur; vnde autem consilium. Curabant & Apollinares ludus, qui, teste Liuiο, lib. decadis tertia quinto, primū instituti sunt bello Punico secundo, voti Apollini ob victoriam adipiscendam, hoc est, ad expellendum Annibalem ex Italia. Data sunt pratori duodecim millia aris, ad rem diuinam, & dua hōstia maiores, ac iussim, ut ex auro ritu sacrū faceret Apollini, boue aurato, & capris duabus albis auratis: Latona boue femina aurata, & in circo maximo populū coronatus ludos spectaret, atq; marrona supplicaret, vulgoq; apertis ianuis, in propatulo epularētur, quod dies celebrer omni caremōntiarū genere fieret. Plebei

constituti post exactos reges, pro plebis libertates, seu pro reconciliatione post secessum ab ea factū in Aventinū montem. Et demum id genus permulti fuere qui penitus obsoleuerunt. Tantūm ex omnibus vsq; ad hunc diem, durant taurij sive taurilia ludi apud portam Tergerinam quotannis celebrati, qui prius, sicut tradit Varro, in circo Flamini edebantur, & auctore Festo instituti dicuntur, quōd regnante Tarquinio Superbo, magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas, qua contracta fuerat ex carne taurorum diu vendita populo: ob hoc ludi taurij dicti: & dijs inferis dicati sunt. Habebant insuper & conuiuorum celebrationes, qua aut erant conuiuia pontificalia, qua in sacrificiis à sacerdotibus parabantur: aut triumphalia, qua post victoriam Imperator, vel dux populo dabat: aut funebria, ut ita honor haberetur demor tuo. Dabantur item viscerationes, id est, caro cruda, congiaria & missilia, qua spargebantur, ut puta linea, odores, unguenta, cum alijs temporibus, tum maxime Saturnalibus in theatro, ut Suetonius in Caligula: Sparfit & missilia variarum rerum. Atque tale fuit apud Romanos rerum sacrarum initium, quarum bonam nos partē accepimus: uti appositē per nos explicatur.

LIBRI QUARTI FINIS.  
POLY.



POLYDORI VER-  
GILII VRBINATIS  
de inuentoribus rerum  
LIBER V.

Vnde nostris consuetudo sit festis diebus exornare templa, ac in illis offerre cereas imagines, tabellasque miraculorum ponere stem coniuari, cum quis ~~quidam~~ sacerdos primam celebrat missam.

Cap. I.

**S**uperiore volumine, quo denique pacto Christiana religio propagata fuserit inter mortales & de initio sacerdotij apud Hebræos & Romanos ac nouissime apud nos, & illud in quot officiorum gradus abiiret, abunde explicauimus: nunc autem peregrinos ritus ab ethnicis, id est gentibus non Christianis (id est enim gens dicitur) acceptos, atque reliqua persequemur, qua nostri iam suscepti sunt muneris. Cum igitur multa ab Hebræis, & non pauca ab Romanis ceterisque ethnicis ad nos instituta manauerint, poscit locus, ut appositē ea perinde commemoremus: qua ab his acceperimus: ac que mini-

minimè conuenit tacitè relinquere, quæ ab illis  
simus mutati, cum præsertim illa ipsa meliora  
fecerimus, ad melioremq; usum adhibuerimus,  
Sunt itaque multi ritus propè germani, ex qui-  
bus & hic est. Porro apud nos festis diebus tē-  
pla & domus nuptiales anleis exornantur: lau-  
ro, hedera, alijsq; festis frondibus uestiuntur fo-  
res, ac vestibula decorantur coronis, spar-  
ganturq; floribus. Quæ hercè omnia ipsi idolorum  
cultores antea seruabant. Virgilius:

Nos delubra deum miseri quibus ultimus esset  
Ille dies: festa uelamus fronde per orbem.

Et alibi:

Et ubi florentia limina fertis,

Item Iuuenalis testatur:

Postibus & densos per limina tende corymbos,  
Lauros quoq; adhiberi solitas causa gaudiorum,  
indicat, cum ait:

Pone domi lauros, duc in capitolia magnum  
Cretatumq; bouem. Tradit idem

Tertul. Quid quod Martinus primus Romanus  
pontifex hac eadem qua in canonicis decretis,  
can. 26. quæst. 7. scripta leges, & testatur, & ve-  
tat? Consimiliter ritus offerendi cereas imagines  
ab ipsa est profectus: cum enim Pelasgi, testè  
Dionysio Halicarn. quem etiam alibi super hac  
re citauimus, sedibus pulsi Dodonam peruenis-  
sent, ibi accepto responso, quo admoniti sunt,  
ut Siculorum continentem terram quaerent, in  
Latium demum post multos errores venientes in  
lacu

lacu Cotilliepsi enatam deprehenderunt insulâ,  
quam Cotilliam nominarunt. Hoc igitur, quasi  
omine suscepto has sibi prædicias esse sedes didi-  
cerunt, pulsissq; inde Siciliensibus incolis, regionē  
ipsi tenuerunt: decima præda secundum respon-  
sum Apollini consecrata: erectoq; Diti sacello, &  
Saturno ara, illum humanis capitibus, hunc vi-  
rorum uictimis placare se existimabant, propter  
oraculum in quo erat:

Et capita inferno, & patri transmittite lumen,  
Saturni sacra, ut quidam uolūt, Saturnalia no-  
minantes. Post hæc ferunt Herculem cū Geryo-  
nis pecore per Italiam redeuntem, suasse illorū  
posteris, ut faustis sacrificijs, infausta mutaret,  
offerentes Diti non hominum capita, sed oscilla  
ad humanam effigiem formata, quasi parua o-  
re, ut pars pro toto foret: & Saturni aras non  
mactatis uiris, sed accensis cereis excelētes, quia  
quæ non solum uirū, sed etiam lumen significat.  
Inde ergo ualuit consuetudo, ut Saturnalibus &  
cerei missarentur, & sigilla, id est, oscilla, arte  
ficiili fingerentur, ac uenalia exponerentur, qua  
homines pro se ac suis piaculis Diti & Saturno  
offerrent. Hac quodammodo nostra uaticinabā-  
tur sacra: nā sic & nos eadem ex cera sigillaria,  
hoc est imagunculas templis offerimus, & oscilla:  
quoties enim pars aliqua corporis laesa fuerit,  
ut puta manus, pes, mamilla: statim vota faci-  
mus Deo, & eius diuis, quibus mox recuperata sa-  
nitate, illam manū, illum pedem, illam mamillam

ex cere formatam offerimus. Quae consuetudo sic increbuit hactenus, ut istiusmodi sigillaria ab hominibus ad reliqua animalia transierint: sane sic pro boue, sic pro equo, sic pro oue, oscilla templis ponimus: in qua re quibusque uerecunde seruis per se fortasse dicit, se plane nefario, et nos priorum religionem potius, et superstitioem amulemur, cum talia Christianae ecclesiae rectores etiamnum admittant, quando, auctore Catone de Re rustica, se Romanorum moxum fuit, pro tribus, et ualerent, vota facere, cuius rei modum et doctores, et uidentes, ille ibidem ponit. Hinc etiam consentaneum est fluxisse, ut nos quoque cereos offeramus, illisque accessus calicolas colamus, sicuti ad Saturni aram est factitatum, quod praesertim in festo Purgationis virginis die obseruatur, ut quasi ipsi cerei sint apud nos loco agni arniculi, columbarum, et turturum, qua munera Moses constituit à puerperis Iustitiae die ad templum deferenda. At usus pensilium lychnorum, siue, ut Seruio placet, lychnorum, hoc est, lucernarum, uel lampadum, quas uocant, à lucernis uenisse uidetur, quas Moses in tabernaculo accensas seruari instituerat. Quod uero tabellas in templis affigimus, quibus miracula inscripta sunt, ut ea ad posteros testatoria sint, hoc ex Graecis est, apud quos, teste Strabone lib. Geograph. 8. mos fuit in templo eius Dei qui auxiliatus esset, et praesertim Aesculapij, quod Epidauri insigne erat, tabellas appendere, in quibus morbi sanati

erant

erant inscripti. Sic à Romanis sumptum est, ut et sacerdotes pariter atque profani diebus conuiuia non ternis aut senis ferculis, sed uicenis, si fieri possit, suis praebeant amicis. Quinetiam iam is, et uiuuunt, ut non censeatur esse facta ac solennis dies, nisi sit opiparo comitatu conuiuio. Est et illud ab iisdem ethnicis, ut sacerdotes nostri cum primum rem diuinam faciunt, hoc est, primam celebrant missam, sacerdotes et amicos conuiuio accipiant, eundemque diem non minus religiose quam natalem colant, uti auspicio sacerdotalem introitum aduunt: et id quidem non immerito, quoniam ex illa uita tantum, ex hoc uero uita sancta producit. Ita apud ueteres, idem dies quo quis sacris initiabatur, natalis sacrorum appellabatur, religio quoque ientaculo celebrabatur. Vtrunq; Apuleius libro Asini 11. testificatur cum ita scribit: Ex hinc festissimum celebrari natalem sacrorum, et suauis fuerunt epulae, et facta conuiuia: dies etiam tertius pari caeremoniarum ritu celebratus, et ientaculum religiosum. Caeterum nostri iam inde à principio consueuerunt in templis die Caena Domini epulari, testis Tertullianus, qui in Apologetico, et lib. ad uxorem 2. de ethnico ait: Quis enim coniugem suam ad dominicum conuiuium dimittet? Sed de ritu hoc plura mox infra lib. sexto, cap. 4. commemorabuntur.

Vnde

Vnde apud nostros moris sit, spargere pecuniam in populum, dare epulum & tinenam, ducere choreas, edere spectacula, exire Calend. Maij in agr. s, currere Calend. Martijs per arua cum faculis accensis, & per dominica natalia ministrum quempiam facere dominum, ac autem initium quadragesimæ inducere personas.

## Cap. II:

**P**ater ea qua proxime exposuimus ex eodem ethnicorum luxuria fonte manavit, ut cum corona redimitur Romanus pontifex, Imperator & rex, alivve principes aliquo insigni honestantur honore, mos sit spargere in populum non vestes non unguenta, id quod Romanos Imperatores factitasse superiore capite ostendimus, sed nimos argenteos, vel aureos, quod sic futura liberalitatis signum ab inita statim dignitate appareat. Solent simul epulum, hoc est, publicum convivium civibus, & praesertim in nuptiis, dare: quod veteres praecipue Romani sine in triumpis, sine in ludis, sine in funere ad sepulchrum, pro hereditatum facultatibus, facere consueverant. Iuvenalis:

Vnde epulum possis centum dare Pitagoreis.  
Et Tranquillus idem passim attestatur. Est laud dubio procul & ab iisdem usus dandi strenam, id est, munus quod in principio anni, boni omnis gratia

gratia datur: quando idem Tranquillus scribit, equites Romani solitos fuisse quotannis strenam Augusto Casari in Capitolio etiam absenti Cal. Ianua. conferre, quod hadie etiamnum apud nos ubiq; servatur, diuerso tamen modo. Itali enim summi viri dant infimis, in Anglia vero inferiores deferunt strenam superioribus, & regi cuncti principes, qui tamen dantibus aliquid contra donat, quod liberalitas ut boni omnis nuntia mutud communicetur. Quod etiam sine munere, eū primum anni incipientis diem more veterum, ut est testis Plin. latis precibus nobis vicissim faustū generatim ominamur. Item imitatur & nautae ipsos priscos in psallendo saltandq;: nam illi ita in statuis ferijs factitabant, testis Virgilius:

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Idem:

Immemores nostri festas duxere choreas.

Morem autem eiusmodi choreas ducendi Livijs ab Hetruscis ad Romanos profectū dicit. Sed & hac omnia Zacharias pontifex simul testatur, simul prohibet: Si quis calend. Ianuarij ritu ethnicorū colere, vel aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut mensas cum lampadibus vel epulas in donibus preparare, & per vicos & plateas cantatores & choreas ducere ausus fuerit, anathema sit. Scriptum leges hoc praescriptum in decretis canonic. caus. quam supra in consimilem rem adduximus. Verū quā bellè seruetur, ex eo licet existimare, quod nunc nulla alia de



~~cupis, & in honore festis, nites inuentuti, quam ut~~  
~~omni seruitu oboreca duocinas, & id cum primis~~  
 apud Italos. Solemus vel more prisicorū, spectacula edere populo, ut ludos venationes, palastras, cursus hastarum equorumq; ad metam ē carceribus, recitare cōmedias, idē in templis vitas diuorum ac martyrum representare, in quibus ut cunctis par sit voluptas, quae ~~est~~ am, vernaculā linguam canitum usurpant. Sic olim apud Romanos in primis, in theatris poetarum recitabantur poemata, in amphitheatris bestiarum gladiatorūve ludicra fiebant, varijsq; per urbem ludis, quibus plebs oblectaretur. Est item consuetudinis, ut iuuenius promiscui sexus latibunda Cal. Maij exeat in agros, & cantans inde virides reportet arborum ramos, eōsq; ante domorium foras ponat, & denique vnusquisq; eo die aliquid viridis ramusculi vel herba serat, quod nō fecisse poena est, praesertim apud Italos, ut madefiat. Hae vel à Romanis accepta videtur, apud quos sic Flora cunctorum fructuum dea mense Maio lasciuē colebatur, sicut supra diximus: vel ab Atheniensibus sunt, quod illi in fame in templo Delphico, εὐρωτιον, id est, iresonem ponebant, hoc est, ramum oliuae, sive lauri, plenum varijs fructibus: auctor Herodotus. Sic nos tunc eo anni tempore, cum virent omnia, quasi per hūc modum, fructuum libertatem omnimamur, ac bene precamur. Item in Vmbria praesertim in signi regione Italia, vnde nos oriundi sumus, consue-

tudo est, ut quotannis pridie Calend. Martias, id est, ea nocte qua primū diem mensis Martij praecedat, crebros passim faciunt ignes, & pueri facibus, quae ex arundinibus iam aridis ut plurimū fiunt, accensis per arundinuriant, ut praecites fecunditatem agrorum, cum terra iam factum partinente, quod acceptum, ~~nam tunc ab ipso quoque~~ Romanis, qui quae per manus talia nobis sacra, seu celebritates, vel obseruationes tradiderunt, illi enim, ut antea ostendimus, cerealia Cerevisera colentes, cum facibus noctu currebant, quod Ceres ipsa gerendis fructibus, prout Ciceroni placet, & nos alibi docuimus, praesit, & quasi Ceres nominata sit. Est & illud ab eisdem ad posteros profectum, quamobrem nunc per aduenticā natalia, nostri ministri potestatem in dominis habent, atque vnus eorum dominus creetur, cui cum et domesticis simul lasciuī & hilares pareant, vna cum ipsis dominis, hoc est, patribus familias. Siquidem haec libertatem serui apud Romanos vti in Iustini epitome est, Saturnalibus habebat. Instituit hoc apud Anglos praecipue custoditur. Sed aliud fuit olim apud gentes seruorum nomen, quod bellorum leges attulerant, vbi capiti essent: nos autem Dei benignitate ac providentia liberae ferē omnes ac fratres, auctore Christo, vniūsq; ciuitatis Dei ciues sumus, ac propterea quos habemus domi nimirum, serui appellatū nō sunt, nedit habent, quod per multi impudentes faciūt. Atq; hoc libertatis munus vni Christiana religioni

duntaxat acceptum referre debemus. Post hunc, alius paris propè lasciuia ludus ad nos transijt: nam vt illi in quinquatrijs minoribus, & megalensibus, personati per urbem ludendo incedebant, ita nostri morem induendi personas non solum vel altero die, nec sacrorum causa, sed turpi insidendi studio, alios continuos menses ante quadragesima initium, solite seruant, sub quibus inueterata iam delirandi licentia, sexcenta flagitia quotidie faciunt, & illud impune, perinde quasi eo modo cuiq; liceat esse scelerato, nihilve maleficij credatur committit, si vera hominis facies non videatur, perinde ac non pateamus etiam Deo, quam nemo ambigit falsi atque nefandi iustum esse iudicem, qui & improbos pœna, & probos premio semper afficiat. Vna omnium regionũ Anglia eiusmodi personatas belluas habet, non vidit, nec quidem vult videre: quando apud Anglos, in re hac præ alijs certè sapientiores, lex est, vt capitale sit si quis personas induerit. Et quia sub idem tempus illud ieiunium quadragesima sex dierum nobis anniuersariũ indicitur, ideo quotannis cuncti ubiq; gentium in nostro Christi no orbe, studiosius solito ad patia vescuntur cibis, & non parũ multi quibus præcipua ventris cura est, ad vomitum saturantur, quasi expleturi futurã famem, cum tamen eorũ etiam, intemperatior futura sit abstinentia: nam quamuis ab esu panis & carniũ abstineant, bel-lariũ se faciunt, & azymũ panẽ pro fermentato

deuo-

deuorantes, de ieiunio gloriãtur. Sic peccata vndique accu mulant, ne aduentante Pascha, vacui aut frustra ad suos sacerdotes adeant, à quibus per confessionem maleficiorum onere leuãdi sunt. Et hæc omnia ex Romanorum Bacchanalib. ad nos fluxisse dixerim.

Vnde fluxerit mos vngendi sacerdotes & reges, item baptizatos, id est, confirmandi, ac morbo periculosè laborantes.

## Cap. III.

Cum Moses tabernaculum edificaret, fuit illi à Deo præceptum, vt sacrum conficeret vnguentũ, quo ipsum opus vnã cũ vasib. ac simul sacerdotes & reges perungi possent, qui vocarentur ad sacerdotium, vel regnum. Quo factõ, vsus deinde increbuit, vt quemadmodum olim Romanis Imperatoribus indumentum purpura insignis fuit regia dignitatis imita, sic Hebrais vntio sacri vnguenti nomen ac potestatem regiam conferret: auctõr Lactantius. Quapropter Aaron & filij eius primum à Mose, postea Saul primus Hebraorum rex à Samuele propheta vntus est: auctõr Iosephus lib. Antiq. 6. Dúmque Saul perurum pramississet, sumens propheta (de Samuele loquitur) vas olei super iuuenis caput effudit, eumq; complexus ait: Esto tu rex constitutus à Deo, &c. Ita mos inoleuit, vt hoc deinde modo tã reges, quã sacerdotes, cõsecrarentur, quib. propterea summa ab omnibus haberetur reuerentia.

B b

3

D d

ut charioribus Deo, dicente Domino Psal. centesimo quarto, Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Vocat Christos perunctos, hoc est, reges & sacerdotes. Docet Cyprianus huius rei mysterium: Hoc oleo, inquit, antiquitus sacerdotes sacrabantur, & reges: & ipsi altarium lapides delibari, spiritalem intelligi volebant sacris mysterijs inesse pinguedinem: & sicut oleum fluentibus & humidis quibuslibet superfertur, ita excellentia sacerdotalis & regia dignitatis secundum formam Dei & Christi, sub se omnia continens, regimen & munimen tam actiua quam contemplatiua vita obtinet, & reliqua. Manauit & ad posteros huiusmodi regum atq; sacerdotum consecrationis ratio, qui nunc apud nos similiter sacro perunguntur chrismate, etsi longè alijs caremonijs, prout à patribus institutum est. Sic Christiani omnes cum baptizantur sic ad es cum sacrantur, vnà cum calicibus, chrismate linuntur, quod primum diuus Siluester, teste Innocentio tertio in epistolis decretalibus, fieri præscripsit. Sed iam ad Christi vnctionem veniamus. Solet à studiosis quæri, quoniam pacto Iesus fuerit vnctus & à quo: quam sanè rem cum Eusebius in historia nõ minus verè quàm doctè explicet, idcirco placuit eius verba subiicere, ut rei pl<sup>9</sup> fidei esset, quæ hæc sunt: Quislibet Christus effectus sit, Dauid testatur dicens: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propter eam vnxit te Deus Deus tuus. oleo latitiae præparticipi

ticipibus tuis. Sic indicat, quòd vnctus sit Deus à Deo, nõ oleo communi, sed oleo latitiae: nec sicut participes eius, id est, illi qui in imagine processerant, sed præ participibus eius. Per oleum verò latitiae in sacris literis, mystico sensu Spiritus sanctus designatur. Sed de pontificatu eius, idem Dauid alio in loco tale aliquid arcanis designat eloquijs, tanquam ex persona patris de filio pronuntiantis: De ventre, inquit, ante luciferum genuite. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Hic autem Melchisedech sacerdos fuisse Dei sumi refertur, sed quia nõ oleo communi perunctus, neq; ex successione generis suscepit sacerdotiũ, sicut apud Hebraeos mos erat, ideo secundum ordinem eius sacerdos futurus dicitur Christus, qui non olei liquore, sed virtute celestis Spiritus consecratur. Hæc Eusebius. Diuus quoque Hieronymus differens locum Psalmi, Nolite tangere christos meos, quem supra citauimus, si modò Hieronymi sint commentarij in omnes Psalmos scripti, de eadè re perbellè docet, aiens: Errabescit ergo Iudæi, qui dicunt quoniam si nõ aliquis vngetur regali vnguento, nõ potest Christus vocari: hoc enim dicunt, quoniam dominus noster non est Christus, quia non est vnctus vnguento regali. Ecce ante legem patriarche nõ vncti regali vnguento, Christi dicuntur. Christi autem sunt, qui Spiritu sancto vnguntur: Ergo & Dominus noster iustè vocatur Christus, & reliqua. Origenes

idem latè meminit de hac Christi unctione, in homilia 12. super Leuiticum. Iam liquidò cõstat, quod exponere polliciti sumus. *Chrisma* verò graeca vox est, & idem latine est, atque unguentum, ἀπὸ τῆς χρισίως, quæ est unctio. Fiebat autem ex myrrha electa, ireo, cinnamomo, & calamis, qui teste Plinio, in Arabia, India, & Syria, odorati nascuntur, quæ simul contusa oliuarum oleo miscbantur: sic unguentum suauissimum conficiebatur, quo Moyses ipse sacerdotem, & tabernaculum illiniens purgauit: auctor Iosephus lib. 3. Antiquitat. At nostri ex oleo & opobalsamo, quod est, ut idem Plin. lib. 12. tradit, balsami arbusculæ succus, *chrisma* faciunt, quod Fabianus, Põr. decreuit, ut quotannis renouaretur in Cœna Domini vetus combureretur: Quidam qui de ijs rebus minus sciendè scribunt, hunc errorem nõ animaduertunt, arbitrantes balsamũ succũ esse, non arborem, quod omnibus odoribus præfertur, vni terrarum Iudæa concessum. Dioscorides etiam in Aegypto nasci ait. Lignũ verò balsami xylobalsamum nuncupatur. Quòd autem episcopi baptizatos postea *chrismate* inungunt, id Clementis primi præceptum est, qui iusserat infantes à baptismo statim confirmatum iri, ratus non esse perfectum Christianum, qui illud sacrum per incuriam, non inuitus pratermississet. Et hoc ea ratione fit, ut in eos per impositionem manus pontificis, Spiritus sanctus infundatur uberius: quod ab Apostolis fieri cœptũ, in Actũ testatur Lucas,

scri

scribens: Cum autem audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quòd recepisset Samaria sermonem Dei, miserunt ad eos Petrũ ac Ioannem, qui cum descendissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum: nondum enim in quenquam illorum illapsus fuserat, sed baptizati tantum erant in nomine Christi I E S V. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebãt Spiritum sanctum. Atque hoc initium fuit confirmationis, quæ à solo episcopo administratur in hunc planè modum: Primum quod infantis nomen sit rogat: postea in fronte eius circumducit suo pollice signum crucis, unguendo *chrismate*, dicens, Verbi gratia: Paule, vel Paula, signo te signo crucis, & confirmo te *chrismate* salutis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, ut replearis eodẽ Spiritu sancto, ac habeas vitam æternam, Amen. Postremò alteram infantis malam leuiter manu tangit: si verò sit adultus, grauius verberat, ut eius mysterij reddatur perpetuò memor, dicens, Pax tecũ. Sic quoq; ab ijsdem Apostolis vsus unguendi periculose laborãtes manauit, dicente euãgelista Marco, cum de discipulis loquitur: Egredi sã predicabant, ut penitentiam agerent, & demonia multa eiiciebant, & ungebant oleo multos agros, & sanabant. Hinc igitur apparet natum, ut hodie oleo, non admisto opobalsamo, animas ex morbo agentes unguãtur. Cuius rei meminit & beatus Iacobus in epistola sua, vnde quidam malunt illum morem unguendi agrotos ma-

B h s nasse.

nasse. Ea ratione posthac Felix quartus mandavit, ut morientes ungerentur.

De initio coniugij sacerdotalis apud Hebraeos, & quando illud occidentalibus sacerdotibus interdictum fuerit.

## Cap. IIII.

Poscit locus, ut antequam ad alia irāseamus, aliquid appositè de initio coniugij sacerdotalis speciatim dicamus. Itaq; Hebraeis studium in primis fuit propagare genus, quò fortasse orbis, qui post diluuium habitatoribus vacuus erat, oppleteretur hominibus. Māsit & ea cura posteris: quamobrem, ut ait Augustinus de Bono cōiugij, fas ijs esset plures habere uxores. Arguit idè, quòd eorū legumlator Moses omnibus aequè coniugij concessit ipsis etiam sacerdotibus, ne nascatur ali mulierum coniunctione priuati, ad minus licita temerè prolaberentur. Propterea si qua mulier non genuisset, probro habebatur: quòd Anna Helcana uxor dolens, sicut in principio primi regum libri legitur, uouit Domino Samuelem filium, prius quàm cōciperet. Sed ad Mosē redeo. Is auctore Iosepho libro Antiquit. 3. cap. 4. constituit, ut sacerdotes uxores ducerent, etiam uinduas, quæ neque captiua, neque ancilla, neq; quibusuis de causis per factum diuortium, repudiata à prioribus uiris essent: summo uerò pontifici uoluit uirginem nupium dari. Et hac apud Hebraeos, matrimonij etiam sacerdotalis ratio fuit, quam

quam ab omnibus obseruari oportet. Seruātor noster demonstrat, dicens: Scriptum est propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhaerebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Quòd ergo Deus cōiunxit, homo nō separet. Nō stris autè sacerdotibus. Apostolus in primis Paulus (quia Deus, uti Cyprinus ait, omnimentiam suadet, non nubet) modum contrahendi matrimonij prescripsit, ita ad Timotheum scribens: Oportet igitur episcopum irreprensibilem esse, & unius uxoris maritum. Et paulo inferius: Diaconi sint unius uxoris mariti. Sic cōplexus est omnes sacris initiatus ordinibus. Quid episcopus est concessum illud ipsum & presbyteris datum, quando quidem ex testimonio Hieronymi alibi diximus, olim episcopos uocitari presbyteras. De subdiaconis fletur, quorum tunc ordo haud sacer erat. Item Soluester primus gradus in ordinibus sacerdotalibus constituit, ut unusquisq; uno tantum ordine contentus esset, & unius solum uxoris uir. Est operæ pretium audire quosdā ex nostris theologis superstitiosè uerecundos detorquere hunc locū ad uero familiarem moderandā, asserentes per hoc Apostolum significare, episcopum non debere nisi unum habere episcopatum, & presbyterum in idem unum sacerdotium possidere. Super qua re Hieronymus ad Occurum ita differit: Quidam eadē interpretantur, uxores pra. Ecclesijs, uiros pro episcopis debere accipi, & hoc in Nicena quoque synoda à patribus esse decre

decretum, ne de ultra in aliam ecclesiam episcopus transferatur, ne a virginibus pauperes scilicet te contempta, divioris adultera, quarat amplectitur, & reliqua. Sed multo firmiter nuptias detestantur, neque perhorrescunt, nec volunt credere Paulum fornicatum esse uxori, cum scripserit. Sane rogo & te compungo, ut in ista causa, & c. Id quod vobis quatuor, ut mulieres, ut nuptias detestentur. Hoc obstat quod Hieronymus ad Eusebium scribens aliter sentire videtur, nempe sic docuit, ut virginis auribus ut neque matronum exemplis virginum in rem inculcaret. Et denique apostolum virginem predicant, ex ea potissimum quod dicit, etiam velim omnes homines esse, ut scripserim: cum apostolus per hoc innoverat, sciam a complexio & commercio uxoris abstinere, & mente & corpore casti esse, quod vel Augustinus de Bono coniugij declarat, dicens: Sed noni quodam, qui murmurant: Quid, inquit, si omnes vellent ab omni concubitu abstinere, unde subsisteret genus humanum? Vtinam omnes hoc vellent, dumtaxat in charitate de corde puro, & conscientia bona, & fide perfecta, multo citius Dei civitas completeret, & acceleraretur terminus saeculi. Quid enim aliud horari apparat apostolum, ubi ait: Velim omnes esse, ut & ipse sum, & aut alio loco: Hoc autem dico fratres, tempus breve est, estis perest, ut qui habent uxores, tanquam non habeant, hoc Augustinus: Arguit Paulus, ita se fecisse dicens: An non habemus po-

testa

testat, uxorem mulierem circumdandi sunt, & ceteri apostoli, & fratres Domini, & Cephas, appellat uxorem Paulus uxorem, quod in istis locis uxoris laborer equum. Hieronymus adversus Iovinianum, hinc locum magis per quam ex ecclesia tractet, quippe qui in illi contra omnem inter, qua secundum in istis morem ecclesiae facultatibus, quod opus erat, magis in istis administrabant, sicut Summanus Heliseo supradixit, quod omnino a sancti viri mente non differat. Sed propositum sequamur. Testatur idem Clemens Alexandrinus episcopus, quem Eusebius libro Ecclesiae historiae tertio citat, & ait: Sed & Paulum non dicit apostoli, in quadam epistola sua monitionem, et abstinentiam facere carnis sua, quam se idem negat circumducere, ut ad predicandam uxorem evangelij et predictior finit. Affirmat illud item Ignatius Antiochenus episcopus, qui cum Paulam vidit. Si dubitantes adhuc, audi que idem Clemens adnotat, hinc scripturam, sanctos, qui nuptias spernunt, feriunt. An & apostolos improbant? Petrus enim ac Philippus, & uxores habuerunt, & filias etiam viris nupturum dederunt. Et sequitur: Ait beatus Petrus cum vidisset uxorem suam dixi ad passionem, gavisum esse electionis gratia, & post eam proprio nomine appellatam dixisse: O consors mentis Domini. Sed quid est, cur in re clara more, quando Paulus ita ad Titum scribit: Eius rei gratia reliqui te in Creta, ut constituas presbyteros per

testa

singulari civitates. Si quis est sine crimine, unius  
 uxoris vir, habens filios fideles. Huc ille. Hunc  
 igitur Apostolicum contrahendi matrimonij ritum,  
 diu servatum constat. At postea res adstricta est,  
 ea quidem ratione, ut sacerdotibus & diaconis  
 liceret virginem habere uxorem, qua se prior na-  
 turam coevisisset, nequaquam fas esset viro alteram  
 ducere, si nulla superstes foret, tum vidua perpe-  
 tuo facuados non contaminaret hymenaeos. Sic  
 virginis sublebat, spe & voti uxoris femeltra si-  
 genes, & adhaeret ad unum maritum, & ma-  
 ritus ad unam uxorem, ut ad unum corpus, unam  
 que vitam, ne vlla cogitatio ultra, ut ve longior  
 cupiditas esset. Gracianus modi inptiarum morem  
 hodie retinet: nam cum olim, teste Gratiano di-  
 stinctione 31. habita Nicea synodo, qua prima  
 fuit, quam terra vidit Gracianus, agitur effectus, ut  
 sacerdotes, diaconi & subdiaconi, se cum uxori-  
 bus non amplius commiserent, rectam ante in pri-  
 mis Paphnutio, antistite ex Aegyptii partibus,  
 viro sancto ac calibe, qui iam tunc, ut ex historia  
 Russini constat, miraculis clarebat, illud non al-  
 liud esse, nisi praebere cum viris, tum mulieribus  
 peccati occasionem, vnicuique postremo datum fuit  
 testimonium, utrum mallet sequendi. Ita sacra iurati  
 matrimonium continuarunt. Post haec sextus co-  
 nstitutus, qui notissimus & celebratissimus fuit, or-  
 diei ubi populo, auctore eodem Gratiano, vni-  
 versis regulam praescripsit, ac demum permisit sacer-  
 dotes, diaconos atque subdiaconos, uxores habere,

quas

quas prius qua sacre initiarentur ordinibus du-  
 xissent. Verum quemadmodum decet, ut sacer-  
 dos manus abstineat ab omni macula peccati,  
 qui semotus intra templum, a sibus sacerdotali-  
 bus, ac Dei ministerio vacet, eum praesertim est  
 sacrificium facturus, quod dies & noctes medite-  
 tur de lege Domini, qui ait: Sancti estote, quia  
 & ego sanctus sum dominus Deus vester: ita pa-  
 ri ratione in eadem synodo decretum fuit, ut sa-  
 cerdotes cum diaconis & subdiaconis, & aliis  
 vicissim facerent, aut in templis ministrarent,  
 & unusquisque sine viciis tempore, religionis cau-  
 sa secubaret. Quod ab Eleazar sumptum con-  
 stat, id etiam quod Apostolus praecipit dicens: Ne  
 fraudetis vos invicem, nisi quod ex consensu, pro  
 tempore, ut vacetis ieiunio, & orationi, & rur-  
 sum ad id ipsum convenitis, &c. Quin & et huius-  
 ce religionis causas, a facinorae complexu secubare  
 solebant, in sacris praesertim cerealibus: testis est  
 Ovidius: At occidet alibus paulatim est convulsum  
 abrogatum. Syricius enim primus sacerdotibus  
 & diaconis, & subdiaconis distinctione octoge-  
 sima secunda, coniugia invidit, qui circiter  
 annum salutis humanae 666. LXXXVII. se-  
 dero cepit. Idem instituit, ut quicumque, aut  
 viduam, aut secundam duxisset uxorem, ab or-  
 dine sacerdotali pellere omnino per hoc voluit, ut  
 deinceps dignus ad officium sacerdotis non ad-  
 mitteretur, prout supra commemoratum. Re-  
 legitur secutus deinde statuit, ut subdiaconi vel

uxores:

uxores à se separarent, vel illis cōtenti, sacerdotiorum possessione cederent: & cum neutrum admisissent, iussit, ut omnino uxores, exemplo post homines natos importunissimo, ab se ablegarent. Verum id decretum Gregorius, qui Pelagio successit, iniquum censuit, ut Evangelio cōtrarium, quod iubet uxorem stupri causa tantum dimitti, & idcirco sanxit, ut nullus amplius fieret subdiaconus, nisi se caste victurum prius promississet, quod sic cunctis legem cōtinentis imponeret. Voluit, opinor, Gregorius minores coercere, ut illorū exemplo, maiores ex Syriacū decreto, mox sua sponte matrimonia spernerent. Eò quoque pertinet, cum in suo dialogo laudat presbyterum quendam, qui presbyteram suam, id est uxorem, ut fororem abstinendo coleret. Ceterum non tenuit quicquam tum primum ista Gregoriana lex, sicut antea Calisti decretum non est servatum, quem idem Gratianus auctor est primum sacerdotibus universis indixisse ealibatum. Alij id Eugenio post Gregorium attribuūt. Præterea illud ipsum cum Meldensi synodo, in Carthagenensi est magno omnium consensu statutum, sicut in canonicis decretis distinctione tricesima secunda & octogesima quarta legimus. Ita alijs denique, super alijs prorsus legibus, non ante pontificatum Gregorij septimi, qui anno salutis M L X X I est pōtifer creatus, coniugiū admitti occidit alibi sacerdotibus potuit. Quod verissimū esse testatur. Leo nonus, qui paulo ante istū

Grego

Gregorium sedente tenuit Apostolica iura aduersus quemdam abbatem nomine Nicotam ierbes. Omnino censetur, non licere episcopo, presbytero, & diacono propriam uxorem causa religio- nis abicere de eua sua, sed & relictam. Ver- sicutum largitur, ac non ut cum illa carnaliter concubaret, sicut & sanctos Apostolos legimus fecisse, bene Paulo Apostolo dicitur: & non habere uxorem, potestatem fororem mulierem circum- ducendi. Hæc ille apud Gratianum. Sed ne plura, ut contra atq; nostrum est institutum, ne videamur res potius de finire, quam earum initia prædare. Item tamen dicimus, tantum abfuisse, ut ista castra castitatis itam conjugalem auerit, ut, ut iam nullius delicti in manus ordini de- dicat, plus in religione, plus ad totis omnibus bonis impofficit, infferit, attulerit, quam sacerdotum libidinis habes. Proinde sacrificant tam de re publica Christiana, quam de ordinis, si res esset, ut tandem aliquando ius prohibet matrimonij sacerdotibus, castitatem, quod illi sine infamia sancte potius colerent, quam in sacrilegione eius, oemodi nature vitio turpiscerent. Quod ne id accideret summa curæ & curæ fuisse constat, quando apud Romanos, Avam diatris, uti supra demonstravi, animam de rebus, mortua uxores sacerdotio se abstrahunt, quia iura sacerdotii non quæ debet esse, quam castissima, & veritatem omni turpioris intemperantis suspitione carere.

Ccc

Qui



Qua ratione ab initio inter mortales matrimonium fuerit contractum, & intra quos cognationis gradus tam apud illos, quam pōst apud nos; ac ibidem, au vlli vquam per leges licuerit plures simul habere vxores, & ius connubij filiorum esse in potestate parentum, atque vnde mos sit, vt puerperæ purgentur.

Cap. v.

**V**T supra de sacerdotali coniugio est non in-  
tēpestiuē explicatū, sic hoc loco de reliquo-  
rū Christianorū, deq; cōtrahendi modo aptē dis-  
serendum, quō in ducēdis vxoribus pateat, quo-  
tus necessitudinis gradus legitimus sit, quādo vxo-  
rum multitudo fuerit interdicta. Itaque iam  
inde à principio orbis, cōepere fratres & sorores  
inter se matrimonio iungere, cum non haberent  
remotiorem propinquitatem, cum qua copularē-  
tur. Vnde contigit, vt Adam vnus homo, simul  
pater, simul socer esset: & Eua eius vxor simi-  
liter vtrique liberorum sexui & mater & so-  
rus. Durauit vsq; eō hac apud Hebraos cōiugij  
ratio, dum paulatim charitas effecit, vt homines  
quibus cordi esset concordia, diuersarum necessi-  
tudinum vinculis nectērentur, ne vnus in vna  
multas haberet, sed singula diffunderentur in  
singulos, ac sic ad societatem vitæ studiosius con-  
siliandam, plurima necessitudines plurimos com-  
plectē

plectērentur. Hinc deniq; ad consobrinat & ne-  
pres, ad aliasq; minis propinquas transitum est.  
Sic Abraham Saram ex Aram fratre neptem  
in matrimonium duxit; sic Iacob Liā & Rachel  
filias Laban auunculi; sic alij alias postremō nul-  
lo sibi genere propinquas. Fuit tamen illū cura,  
teste Augustino de Ciuitate Dei lib. 11. propin-  
quitatem, ne propaginum ordinibus se sensim di-  
rimens longius abiret, & propinquitas esse desi-  
neret, nondum procul locatam rursus matrimo-  
nij vinculo colligare, & quodammodo reuocare  
fugientem, quō per id in vna familia, vel tribu,  
opes in perpetuū remanerent. Ac ideo de suo ge-  
nere virorum & feminarum paria iungi voluit  
Moses, dicens: Omnes viri ducant vxores de tri-  
bu & cognatione sua, & cuncta femina de ea-  
dem tribu maritos accipiant, vt hereditas per-  
maneant in familijs. Hoc scriptum leges in Nume-  
ris. At nunquam licuit plures simul habere vxo-  
res, vt ante Domino ac dicēte Adam primo pa-  
renti, cui Eua copulauit vxorem: Propterea  
deseret homo patrem & matrem, & adhaerebit  
uxori sua, & erant duo in carne vna. Sic  
Deus per vnum par hominum hoc est, maris &  
femina voluit cōiugium confici. Verum vti mu-  
lierum inopia in causa fuit, quamobrem fratres  
à principio sibi sorores coniugio sociarint, sic  
paucitate populi factum videtur, vt Hebrao-  
rum quidam propagandæ sobolis studio, plures  
interdum vxores simul haberunt: primūsq; que

eam legem violare ausus fuerit Lamech, qui, ut in Genesios libro est, duas simul habuit in matrimonio feminas, cuius postea complures extiterunt imitatores. Quod facinus diuus Augustinus ita diluit, differens: Obiiciuntur Iacob quatuor uxores, quia mos erat, crimen non erat. Sicut patriarcha coniugibus accipientibus semen suum miscabantur, non concupiscentia perficienda voluptatis, sed providentia propaganda successiois: sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non audacitate consequenda laudis, sed charitate seminandae veritatis. Haecenus ille. Tertullianus vero lib. ad Vxorem primo, ait id factum, ut esset quod noua lex rescinderet. Et Chrysostomus. homil. 55. in Genesim, de ea rescribit: Tum. n. quia principia erant, permissum fuit cum duabus, vel tribus, vel pluribus. uxoribus, misceri, ut humanum genus propagaretur, & pietas incrementum acciperet. At Christus adueniens omnem illam veterem consuetudinem aboleuit. Vides, quomodo non oporteat consuetudinem pratexere, sed quod iustum est, inquirere, & inde par est credere, ad barbaros eum ritum mansisse, qui, velut supra ostendimus, singuli binas plures, que pro opibus, uxores ducebant, quod Saraceni ex Machumeti precepto turpiter seruant. Sed ad propositum redeamus. Postremo. Moses moderaturus nuptijs, statuit, ne quisquam primo, vel altero cognationis gradu propinquam duceret uxorem, ut ipsa

necef-

necessitudo libidine concumbendi non turparetur, quam ethnici eo modo maxime inquinabāt: nam Medij, Arabes, & pleriq; alij, sicut in primo huius operis volumine, cum de matrimony origine prodidimus, est demonstratum, sorores cum matribus ducebant uxores. Romani vero neptes ad vltimum sibi copulabant, eiusq; rei initium Plutarchus in Problem. ponit scribens: Superioribus enim temporibus qui se aliqua necessitudine attigissent, uxores non ducebant, quemadmodum nec nunc quidem sorores. Sed non ita pridem factum, ut neptes uxores ducere permitterent. Vir quidam sane pauper ceterum bonus & comprimita popularibus acceptus, cum neptem cui dos ampla esset relicta, in matrimonium accepisset, locuples. ex eo & copiosus factus est: eius rei accusatus, iudicio multitudinis absolutus est. Plebiscitum deinde factum, ut in duendis uxoribus, ad neptes vsque ascendere liceret, superiore necessitudine prohibita. At nostris, quorum iustitia secundum preceptum Christi, plus quam Pharisaeorum nedum aliorum, abundare semper debuit, modus contrahendi matrimony multo honestior est datum, quo per mulieres & honore & potestate auergerentur si multos habere viderentur affines, ut ve ne barbarico more singuli plures ducebant uxores, aut nulla habita propinquitatis ratione, cum quibus suis mulieribus sese matrimonio iungerent, ne ve libidine forte flagrantes puellas spe connubij ad

Cc 3

stuprum

stuprum illecebras violarent, ac max. oprati com-  
potes cum remotis arbitris fidem dedissent, eas  
desiderio fraudare volentes, pacto stare, quod sa-  
pe fit, negarent. Itaq; primò Apostolus uxorum  
multitudine interdixit, ad Corint. scribens: At-  
tamen propter supra vitada, unusquisque suam  
habeat uxorem, ut unaquaque virum suum ha-  
beat. Deinde Fabianus, teste Gratiano, prater  
illos duos gradus, primum & secundum per Mo-  
sen prohibuit, primus tertio & quarto nostris  
interdixit, quo deinceps nemini fas esset, mulie-  
rem affinitate coniunctam citra quintum gra-  
dum, vinculo sibi coniugali sociare, propterea  
quod est nescio quid naturalis verecundia nobis  
innatum, quod facile abhorreamus ab eiusmodi  
propinquorum colligatione, corporum commiscē-  
dorum causa. At Iulius deinde ut populo Chri-  
stiano arctiores paulatim morum limites pone-  
ret, prohibuit, ne usq; ad septimum gradum ma-  
trimonia cōtraherent: quod & diuus Gregorius  
comprobavit. Ad extremū verò cum istiusmodi  
patrum severitas efficeret, ut in sua iam quisq;  
eiuitate minus connubium sibi inueniret, cogere-  
turq; per hoc, aut à finitimis petere, aut illis da-  
re, unde hereditas sapenumero distraheret, et  
placuit Innocentio tertio, Christiani populi com-  
modo tempestivè providere. Is enim Fabiani de-  
cretum iam pridem antiquatum reuocans, sta-  
tuit ut euntis deim in perpetuum liceret eas in  
matrimonium ducere, qua neque cognationis,  
neque

neque affinitatis gradu primo, altero, tertio, &  
quarto ipsos attingerent: quod hodie ritè serua-  
tur. Extat id decretum in libro decretalium epi-  
stolarum 4 eo capite, cuius principium est, Non  
debet. Est etiam modus inter cognationē, quam  
dicunt spirituale, copulatos, positis à Theodato  
pontifice, qui primus sanxit, ne quis eam puellam  
duceret uxorem, quam ex baptismi fonte leuaf-  
set pater. Est & ex quadam honestate à Grego-  
rio, & post eum ab Alexandro tertio statutum,  
ne sponsam fratris relictam, frater in matrimo-  
nio haberet, ne Hebræorum videretur imitatio,  
apud quos, ut frater fratris sine liberis mortui  
uxorem duceret, sobolis suscipienda atq; perpe-  
tuanda causa, fas erat. Item Euaristus primus  
decreuit, incestum haberi connubium, cui sacer-  
dos non adfuisse, consecrassetq; illud, ac nisi pael-  
la à parentibus solenni more viro desponsa fo-  
ret: non nemo Sotero id assignat. Sic nuptiarum  
arbitrium iam inde ab initio in parentum po-  
tate fuit quando Moses de ea re ita sanxerat in  
Exodo statuens: Si seduxerit quis virginem non-  
dum desponsatam, dormieritq; cum ea, dotabit  
eam, & habebit uxorem: si pater virginis dare  
noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis,  
quam virgines accipere consueverunt. Sic filius  
Thobia Saram, tradente Raguel patre puella,  
duxit uxorem. Talia ethnici quoq; seruabant,  
vel teste Terentio, qui in sua Andria facit Sima-  
nem patrē parantē nuptias filio Pamphilo val-  
neque

de inuito. Idem testificatur Apuleius, qui sexto Asi mi lib. facit etiam Venerem argumentantem, non videri legitimas inter Cupidinem & Plychen nuptias, propter disparilem generis conditionem, & quod res acta esset furtim, sine testibus, patre non cognoscente. Sed Carullus praeclare quidem carmine suo nuptiali, eam ipsam, ut ita dicam, naturam legem cui parendum sit, edocet:

At tu ne pugna cum tali coniuge virgo,  
Non aequus est pugnare, pater cui tradidit  
ipse,  
Ipse pater, cum matre, quibus parere necesse  
est.

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,  
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,  
Tertia sola tua est, noli pugnare duobus,  
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Vnde merito iam pudeat Christiani nominis viros, qui posthabitis tam nostris quam priscorum legibus, clandestina quotidie sponsalia faciunt, qui propterea nihil mirentur, si matrimonia ipsa minus sibi prospera sint. Ea sponsalia postea vtriusq; sponsi & sponsae consensione rata fiebāt. Et illud etiā ab Hebraeis acceptum videtur: ita enim Rebecca cum peteretur uxor Isaac filio Abraham, à Bathucl patre interrogata est, num

velleret

velleret nuptum dari ipsi Isaac. Sic nunc apud nos consensus in matrimonij scedere faciundo exquiritur, quia satis constat Christum de ea re nihil innovasse, cum apud Matthaum dixerit: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Caterum haud una est istiusmodi consensionis verba proferendi formula: nam apud Italos, vir abate grauis interrogat virum & feminam, num alter alteri velit nubere. Apud Anglos ipsi pactum faciunt: vir enim ita ait, ut eorum verbis utar, Ego te mihi uxorem accipio: & illa, Ego te mihi maritum. Post haec, iunctis dexteris, inter se osculantur, & vir anulum insignem vel ut rei gesta testem, ac coniunctionis pignus sponsa digito, qui minimo dextra manus proximus est, indit. Vtrunq; à veteribus, qui ante initium nostra religionis eo ritu utebantur, quemadmodum supra in primo libro demonstrauius, ad nos manauit, teste Tertulliano, qui lib. de Virginibus velandis ita scribit: Si autem ad desponsationem velatur, quia & corpore & spiritu masculo mixta sunt, per osculū, & dexteras. Et in Apologético, cum de continentia mulierum Romanarum amissa, inquit: Circa feminas quidem, etiam illa maiorum instituta ceciderūt, qua modestia, qua sobrietati patrocinabantur, cum aurum nulla norat, praeterquam vnico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annulo. Haec ille. Quod autem fuerit purgantur, hoc ab Hebraeis est acceptum: in Leuitico enim scriptum legitur, Si

Cc 5 mulier

mulier suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, & die octavo circumcidetur infans: ipsa vero trīgintatribus diebus manebit in sanguine purificationis suae: si feminam pepererit, immunda erit duobus hebdomadis, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suae. Cum expleti fuerint dies lustrationis eius pro filio, siue pro filia, deferret agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbae siue tarturem pro peccato, & reli. Ceterum apud nos non est eius modi lustrationi statutum tempus, ne mulieribus diutius expectando, ut Innocentius ait, poena qua pariendo afficiuntur, conuerti videatur in culpam. Solent tamen hodie honestatis causa, non ante mensē à partu exactum purgari, qua tunc matronis aliquot comitata templum adeunt, & loco agni columbae, vel turturis, ceream candelam offerunt: & cum alibi, tum in Anglia, illud etiam lineum, quo infans ex sacro baptismatis fonte susceptus inuoluitur, quod vulgè crismatorium vocant, quod abstergetur chrisma, quo infans est unctus, qui si fortè ante diem purificationis matris moriatur, eo ipso linteo circumscriptus ad sepulturam datur.

De principio sacrarum aedium, atque ubi sit praecipuus orandi locus, ac de altarium & caemeteriorum initio, & quando primum  
CRUX

crux coeperit haberi honori atque venerationi.  
Cap. VI.

**H**Actenus de fundamento templi spiritualis, deinde eius, quod est ex materia, dicendum. Illius apud nos conditor fuit Christus, qui docuit, ut Deum spiritu coleremus, Apostolo dicente: Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mente. Et quoniam spiritus noster corpore continetur, hinc factum est, ut continens corpus dictum sit templum. Vtrumque affirmat idem Apostolus, suis ita scribens Corinthiis: An nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitet in vobis? Templum tale ex carne & ossibus constans, rerum omnium opifex Deus principid iunxit. Is fuit Adam noster primus parens, ut supra diximus. Ex materia post hac Moses primè tabernaculum Deo posuit, ubi preces & pia vota illi exoluerentur, & in eo facta est arca, in qua lapideas clauserunt tabulas, in quibus incisae erant leges. Deinde Salomon rex templū Hierosolymis magnificentissimo apparatu adificauit. Hac fuit synagoga materia, ut vulgè nunc vocatur: Spiritualem nominat Dominus, ita alloquens Moysen: Summe Aaron & filios eius, & omnem synagogam conuoca, &c. Salomon autè iussu Dei, qui patrè eius David eo opere factūdo prohibuerat, mandauerat, ut filio condendum relinqueret, templum illud sanctum, ac religiosum fecit, consecrauitq; ipsi Deo, hostiarum numeram penè

penè infinito, cui Dominus nocte apparuit, & ita  
 fatus est, audiui preces tuas, & elegi locum  
 istum mihi domum sacrificij: Si clausero caelum,  
 & pluuia non fluxerit, & praecepero locustis ut  
 deuorent terram, & immiserò pestilentiam in  
 populum meum: Còuersus autem populus meus,  
 super quem inuocatum est nomen meum, & de-  
 precatus me fuerit, & eum penituerit, ego exau-  
 diam de caelo, & propitiuus ero peccatis eorum,  
 atq; sanabo terram eorum: Oculi quoq; mei erunt  
 aperti, ac aures meae erectae ad preces eius, qui in  
 loco isto orauerit. Hæc ex lib. Paralip. 2. quæ eò  
 pertinent, ut cuncti mortales intelligant præci-  
 pium præcandi locum esse templum Deo dica-  
 tum, id quod Christus apud Matth. cap. 23. com-  
 probat, usurpans illud Esaiæ, Domus mea domus  
 deprecationis uocabitur. Et cap. 23. idem affir-  
 mat, reprehendendo auaritiam, ac impietatem  
 Pharisaorum, quibus pluris erat aurum, quàm  
 sacrosanctum templum, cùm inquit: Va uobis,  
 quia dicitis: Quicumque iurauerit per templum,  
 nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi,  
 reus est. Stulti & cæci, utrum enim maius est,  
 aurum, an templum, quod sanctificat aurum? Et  
 subiicit: Qui ergo iurauerit per templum, iurat  
 per illud & per eum qui habitat in ipso. Post e-  
 uangelicum dogma inter gætes diuulgatum, ubi  
 loci prima ades Seruatori nostro dicata fuerit,  
 pro certo ponere non ausim, ne diuinare potius  
 quàm ueritati inharere dicar: sed in re parum  
 nota

nota coniectare licet. Porro à Christi statim ascen-  
 sù in caelum, Iudæi cœperunt Christianos cru-  
 deliter persequi, deinde Nero princeps, deinde  
 Domitianus, deinde alij, & postremo Diocletia-  
 nus, ac Maximianus acerbissimè afflitarunt.  
 Quo ferè è toto temporis interuallo, tantum abe-  
 rat ut aliquod templum à nostris Christianis  
 publicè edificaretur, ut etiam omnia essent oc-  
 culta, & sacella potius atque eadem abdita, &  
 plerumque subterranea, quàm aperta in locis, ac  
 publicè fierent. Est tamen consentaneum crede-  
 re, in remotis locis, quò non facildè peruasorèt ille  
 tyrannorum furor, fana aliqua intorim aut edi-  
 ficata, aut qua primùm dæmonum fuerant,  
 Christo dicata ab Apostolis fuisse, qui ubique  
 gentium omni tempore ad propagandam religio-  
 nem totis uiribus incubuerant: quod aut in Æ-  
 thiopia à Matthæo, aut in India citeriore à Bar-  
 tholomæo, aut in Scythia ab Andrea, quorum  
 predicatione istæ gentibus Christianæ pietatis lux  
 ab initio affulsit factum esse, & cœnididerim, &  
 dixerim. Non abhorret præterea à fide, aliquam  
 eadem fuisse principio à Iacobo Hierosolymis Deo  
 dicatam, qui ibidem cathedram primus locauit,  
 primusq; rem diuinam ritu Apostolico facere  
 cepit: auctor Eusebius. Nec mirum alicui esse  
 debet, si talia ac huiusmodi bene multa alia mi-  
 nus literis prodita sùnt, quòd scriptorum inopia  
 factum est. Roma non reperio, quòd sciam, aliud  
 antiquius templum edificatum, aut dicatum, uel  
 ad

ad usum sacrorum fuisse cōuersum, quàm Themas Nouati in vico parvicio, quas Pius pontifex Praxedis eximia sanctitatis femina rogatu, diua Pudentiana eius sorori consecrauit: qui fuit annus circiter C L. ab eo qui humana salutis fuit primus. Iginus tamen qui pius precesserat, auctor fuit ut templa sacris dedicarentur ceremoniis, ut alibi fufius dicitur, cum de festorum dierum celebratione ageretur: quod fidem facit, iam antea loca aliqua Deo dicata fuisse: sed ubi id loci factum fuerit, parum liquad traditur. Nec ita multo post Calistus iam sese tyrannorum odio sensim remittente, ad eam in transyberina regione beata Virgini struxit, cœmeteriumq; ex suo nomine condidit via Appia, ubi multorum martyrum repositi erant cineres. Visuntur hodie iis in locis & sacella quadam, quibus occultè rem diuinam prisca illi pietatis cultores fecisse dicuntur, quod, uti ostendimus, publicè non liceret. Cœmeterij condendi institutum Abraba assignant, qui, sicut patet apud Iosephum, dicitur emisse ab Ephron Etheo filio Saor prope Hebrũ, quadringentis scelis speluncam duplicem & agrum circa eam, sepelisseq; in ea Saram uxorem suam inibiq; ipse deinde repositus fuisse. De vario apud alias gentes olim sepeliendi usu, alibi suo dictum est loco. Altare, ut legitur in Genesi, Noè primus omnium fecit, & super illud Domino holocausta obtulit. Quod institutum etiam hodie seruatur, Bonifacius verò tertius auctor fuit, ut altaris candi

candidis operirentur ac linteis pannis. Crux olim fontium supplicium erat, & id quidem infame: quod ideo seruator noster iubere voluit, ut qui mitis aduenerat & humilibus & infirmis opem ferret, & omnibus spem salutis ostenderet, quando nihil ei in morte separatim ab alijs accidisse cernerent. Proinde eo genere mortis afficiendus fuit, quo humiles & infirmi solent, ne quis esset omnino, qui eum non possit imitari. Huic rei postea honor accessit. Eusebius lib. Ecclesiastica historia nono, auctor est Constantinum Imperatorem eo die, quo cum Maxentio ad pontem Miluium conflixit, sereno, puroq; coelo crucem vidisse, eamq; coluisse, ac auditam supernè vocem, Constantine, in hoc signo vinces. Non defuit oraculo euentus: vicit cum hostem insigniter, tum ceteris bellis qua deinceps gessit, par felicitas adfuit. Helena post hæc eius mater, religione insigni, ac pietate mulier, per quietem monita, Hierosolyma petijt, quæsitum dominicam crucem. Ita fortè accidit, ut Veneris simulachrum eodem esset loci ab impijs Christiani nominis inimicis collocatum, quò omne dominica passionis monumentum aboleretur, Christianique Venerem loco seruatoris colerent. Caterum loco ruderibus purgato crux reperta est, & cum illa due alia, unde duo pependerant latrones, sed titulus IESVS Nazarenus, rex Iudaorum, etsi vetustate propemodum aboliuit, iudicio fuit, ut crux vera internosceretur, qua adnota mu-

lieri

lieri mortua vitam illico restitui. His Constan-  
tinus princeps motus, edicto vetuit quenuquam  
deinceps eo supplicio necari. Sic res qua antea  
mortalibus probro fuerat, venerationi esse cepit:  
& ob illud in primis, quod Christus in cruce vul-  
nera passus est, & eius sanguis propter nostram  
salutem effusus, in quo qui Dei mandata obser-  
uauerit is spem certam ponere potest. Idem postea  
voluit Theodosius seruari, qui (vt in Codice  
iuris civilis est) lege prohibuit: signum Seruatoris  
in solo vel in silice, aut in marmore humi posito  
in sculpi, ne hominum pedibus tereretur. Vide  
quam importunum sit, videre passim hodie in  
templis signum illud, id est, nomen ipsius serua-  
toris in as vel lapidibus quibus mortuorum sepul-  
chra teguntur, incisum, item cruces ac diuorum  
imagines impressas, qua assiduus calcantium ve-  
stigijs obtrita late respondent, quod sic nostram  
notiorem faciant religionis negligentiam, cum prae-  
sertim res eiusmodi antiquis etiam religionis fuerint.  
Sanè Roma olim locus fuit Doliola vocatus: quia  
inuadentibus Gallis Senonibus urbem, sacra in  
eodem loco doliolis reposita fuerunt: qua de causa, eo  
loci ne spueri quidem alicui licebat: auctor Festus.

De primo, ac vetustissimo apud Hebraeos sa-  
crificandi ritu, ac festorum dierum obser-  
uatione, dedicandique templa instituto,  
deque ignis mysterio.

Cap. VII.

Adam<sup>us</sup>

**A**Dam primus parens ex Eva duos suscepit  
filios, Cain & Abel: pietatis hic cultor, con-  
tempтор ille: hic pastor, ille agricola fuit: hic mero  
lacte & primogenitis gregum, vel ut tradidit Iose-  
phus, primum litauit, ille frugum primitias Deo  
obtulit. Secundum hac, sacerdotio instituto. Aa-  
ron cum filijs, ac deinde alij varijs caeremonijs sa-  
crificarunt. Qua ferè omnia ex Iosepho in vnum  
collecta, opera pretiū duxi quam breuissimè po-  
tero explicare. Tribus ab initio sacrorum generi-  
bus Hebraei vsi sunt quorum vnum holocaustum  
dixerunt, quando primores gentis siue bouem, si-  
ue agnum, siue aliquod aliud animal, modò an-  
niculum masculinūq; fuisset, immolabant: tum  
sacerdos victimali cruore oram altaris per-  
fundebat, inde hostiam membratim dissectam  
super aram cremabant. Alterum genus plebeiū,  
& pro gratiarum actione fiebat, in quo anima-  
lia maiora anniculis offerebant, cruoreq; super  
aram diffuso, renes, adipem, omenta imponebant  
flammi: pectora & crura dextera sacerdotibus  
dabantur: qua supererant intra biduum illi e-  
debant, qui sacrificium fecissent. Inopes colum-  
bas aut duas turtures offerebant, quarum alte-  
ra in holocaustum abibat, alteram sacerdotes sor-  
tiebantur. Tertium longè perfectissimum omni-  
bus aquè mortalibus commune, quod Laudis sa-  
crificium dixerunt. In Psalmo 115. Dirupisti vin-  
cula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Et in  
epistola ad Hebraeos: Per ipsum ergo offeramus  
Da hostie



hostiam laudis semper Deo, id est fructum labio-  
rum conscientium nomini eius. Peccata verò sic  
expiabant: qui imprudens deliquisset, agnam  
aut hœdum anniculum offerebat: qui occulsi cri-  
minis conficiis, ariete eum expiari oportebat. Om-  
nibus sacrificijs farina mundissima ex prescri-  
pto legis adiciebatur, adhibebatur, & oleum,  
quod sacris infundebatur. Agnus mane & ve-  
sperti immolabatur: sabbatis gemmata hostia ad  
aras admovebantur. Principio mensis duo boues  
cum uno ariete, hœdo uno & septem anniculis  
agnis, piaculi nomine mactabantur. Septimo in-  
eunte mense, taurū arietem, & septenas agnas  
cum uno hœdo immolabant. Adiciebantur bini  
hœdi: horum unus extra fines missus multitudi-  
nem expiabat, alter in suburbanis cum totis  
velleribus cremebatur: pontifex taurum in id  
sacrum, & arietem in holocaustum dabat, &c.  
qua ipse Iosephus latè prosequitur. Item habe-  
bant & certos dies festos, qui secundum eundem  
Iosephum, & Origenem super Numeros, ita  
observabantur. Primus solennis Dei erat, qui  
appellabatur indefinens: de ijs enim manda-  
batur, qua sine ulla prorsus interruptione, ma-  
tutinis & vespertinis sacrificijs offerebantur,  
quia iustus debet semper diem festum agere, id  
est orare. Alter erat sabbati, quo die nihil age-  
re licebat. Tertius neomenia tubarum, primo  
die mensis septimi, in quo offerebatur & ho-  
stia. Neomenia autem dicitur nova luna: erat

erge

ergo iste dies festus, cum luna innouabatur.  
Quarto loco Xantico mense, unde principium  
sumebat annus, sub plenilunij diem, id est, circi-  
ter XIIII, diem luna, sole in arietem transeun-  
te, quia ijs diebus ex Ægypto egredi contigit.  
mysticum agnus occidebant. a pascha diceba-  
tur, id est, transitus. Et in eo mense primo aliud so-  
lenne pascha, ut dictum est, aliud azymorum e-  
rat: & licet coniuncta videretur azymis pascha  
solennia sacra, principium tamen azymorū tan-  
tū ad finem pascha coniungebatur. Et pascha  
ille solus dies appellabatur, in quo agnus occide-  
batur: reliqui verò azymorum dies vocabantur:  
& id solenne septē diebus celebrabatur. Altera  
die primitias frugum offerebant, & ex eo dice-  
batur celebratio novorum, qua festa dies ordine  
sexta habebatur. Post septem autem hebdoma-  
das pascha: pentecostes & id tempus asarca, id  
est, quinquagesimam vocabant, tum panes si-  
mentatos offerebant. Deinde sequebantur solen-  
nia sacra septimorum: sicut enim inter dies septi-  
mus quisq; festus agebatur sabbatum, ita inter  
menses septimus quisq; mensis sabbatum erat, &  
vocabantur ea sacra sabbata sabbatorum. Post  
hac septimo mense alij agebantur festi dies. Sa-  
nā decima quinta die, tempore ad hyemem ver-  
gente, tabernacula fiebant, qua dies gracē Sce-  
nopegia dicebatur, quia in umbraculis essent  
escas septem diebus, ob id, quòd eorum maiores  
ex Ægypto remigrantes domum, tabernacu-

D. d. 2. his

lis usi essent. Decima verò die solenne erat reprobationis: in hac sola die pontifex induebatur omnibus pontificalibus indumentis, & tunc ingrediebatur sancta sanctorum: auctor Origenes super Leuiticum. Die quintadecima Decembris encenia, id est, festi dies initiales, hoc est, dedicationis templi, quia tum templum Hierosolymis ab Antiocho pollutum, postremò Iuda Machabæo expiatum, rursumq; dedicatum est: nam antea Salomon circiter decimum diem septimi mensis, id est, Septembris id fecerat, simulatque illud edificasset, & dein à Iudais illis qui illud ipsum instaurarant, circiter diem duodecimum mensis primi, est rursus consecratum, quos seruitute Babylonia liberatos per Esdram in suas sedes restitutos constat. Sic semper ille dies postrema expiationis dedicationisq; solennis fuerat apud posteros. Caterum dedicationis institutum multò antiquissimum est, quando iam inde à principio tabernaculum à Mose factum ita dedicatum fuit, cum ipse primùm eo iam perfectò uti cœpit: nam sicut Chrysostomus in epist. Pauli ad Hebræos ait, dedicare aliud nihil est, nisi veendi initium facere. Atque hic tum Iudeorum fuit sacrorum ritus, qui animalia tantùm propter conuiuia nata absolvebant. Ignis autem, ut in Leuitico est, semper in altari ardebat, quam sacerdos nutriebat, sine quo nullum fas erat sacrificium facere. Sic in igne præter alia elementa, sacra omnia consistebant, quòd is, credo, proximus cele

alo sit, quòd in specie ignis: Deus Mosen primùm allocutus, quòd de cœlo holocausta accepta rapuisset. Apud nos iridè nullo magis honore, quam cereis candelis decorantur extrinsecus calicula. Eadem in primis ratione, irà opinor, à Vestalibus perpetuus seruabatur, ac ante Romanos Imperatores deferrebat: quoniam denique Deus noster ignis comburens est, ac propterea meritò sacer habetur. Ita Persæ, teste Herodoto, ignem Deum esse arbitrabantur: contra Egyptij belluam animatam vocabant, quòd omnia voret. Item ex Mosis præcepto in omni sacrificio adiciebatur sal, quia is sit præcipuus corruptionis expulso.

Cunctas ferè gentes quondam dæmonibus malis humanas immolasse hostias: & ibidem, quid esset ver sacrum, & quando primùm eorum oracula obmutuerint, ac de primo vsu aquæ, quam dicimus sanctam.

## Cap. VIII.

Sed age, iam dicamus de dÿs gentium, de que eorum sacrificijs ac mysterijs, qui tamen tantum aberat, ut dÿj essent, ut etiam cacodæmones sese præberent, nullâque alia hostia nisi humana litari vellent, quasi cruoris humani repleti tum demum propitiij essent, cum maxime lassissent. O dementiam hominum, ô infelicitatem vitam! Ecqui erant isti dÿj, qui suos cultores

res parricidij inquinabant, omnibus generatim malo erant? Pater filium unicum mater dilectā filiam demonibus tanquam ouem mactabat. Iudai qui lege neglecta aberrauerāt in valle filiorum Hennon, teste Hieronymo, quam Christus apud Matthæum gehennam nominat, filius igni exusos deuouebant, immolabantque demonio Moloch: Rhodij hominem Saturno immolabant. In Salamine insula, homo Agrauala Cecropis filia cadebatur. Diomedes in tēplo Palladis, quod etiam ipsi Diomedes & Agrauala commune erat, homo offerebatur, qui ab adolescentibus ter circum aram ductus, tandem à sacerdote hasta percussus, & in rogo impositus cremabatur. Apud Cypros, humanam hostiam Ioui Teucrus immolauit, idque genus sacrificij posteris tradidit, quod postea imperante Hadriano, est sublatum. Erat lex apud Tauros gentem inhumanam feraxque, ut Diana hospites immolarentur. Galli Hesium atque Teutatem humano cruore placabant, Vnde Lucanus:

Et quibus immittis placatur sanguine diro  
Teutates, horrēnsque feris altaribus Hesus.  
Apud Chios, Dionysio Oradio dicto, homo etiam crudeliter discerptus immolabatur. Apud Aegyptios, Helio poli tres in die homines quos inquirebant, si mundi essent, Iuroni mactabant. Lacedæmonios etiam Apollodorus scribit hominem Marti immolare solitos. Phœnicæ bellorum aut pestilentie calamitatibus laberan-

borantes amicissimos Saturno solebant immolare. Histrus, qui res Cretensum scripsit, auctor est, Curetas olim Saturno puerorum hostis sacrificia fecisse. Laodicea, quæ Syria urbs est, Palladi virgo immolabatur. Et apud Arabas, in singulos annos puer immolatus sub ara sepeliebatur. Item Thracæ, Scythæ, Carthaginenses, & omnes ferè Græci, cum præsertim in bella essent exituri, hominem mactantes sacrificabant. Item Gallis mos fuit, ut qui essent affecti grauioribus morbis, quicquid in prælijs periculisque versarentur, aut pro victimis homines immolarent, aut seipos immolatuos vouerent. Germani itidem Mercurio certis diebus humanis litare hostijs fas habebant: auctores Casar & Tacitus. Quid, quod illud idem omnes cōmuniter barbari faciebant? At Romani, qui semper mansuetudinis & humanitatis gloriam sibi vendicabant, nōne ipsi dem sacris immaniores reperiuntur? siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificij cultus est, non quidem ut homo ad aram immolaretur, sed uti in Tyberim de ponte Miluio mitteretur, quod ex responso quondam factitatum, Varro auctor est, cuius responsi vltimus versus erat:

Et capita inferno & pari trāsmitte lumen,  
id est, hominem. Verū id genus sacrificij postea ab Hercule est immutatum, ut pro veris hominibus, imagines ex scirpo iacerentur sicut supra demonstrauimus: quod in Fast. Ouidius latè docet. Fuit vel mos quondam cū Italis alijs, tū Romanis

ubi res suas in periculo versari cernerent, uouent  
 ſi quacunq; proximo uere nata eſſent apud ſe  
 animalia immolaturos: unde id uer ſacrum di-  
 ctum eſt. Linius li. 4. Decad. quarta: Ver ſacrum  
 factum erat priore anno, id cum P. Licinius pon-  
 tificex non eſſe recte factum renuntiaret, patres  
 de integro faciendum cenſuerunt. & uidentium  
 quod natum eſſet pecus inter Cal. Martias, &  
 Idus Maias. Feſtus inter alia animalia, pueros  
 etiam conuotos ait, ſcribens: Sed cum crudele ui-  
 deretur pueros ac puellas innocentes interficere,  
 perductos in adultam aetatem uelabant, atque ira  
 extra fines ſuos exigebant. Quod ſane inſtitu-  
 tum tamenſi humano parcebat ſanguini, non ed  
 tamen à crudelitate uacuum erat: ecquid enim  
 crudelius cenſeri debet, quam priuare homines  
 innocentes patria, qua cunctis mortalibus cha-  
 rarius eſt nihil? Ita facinus pariter crudele ut im-  
 pium, deorum cauſa edebatur. Philo, qui Phoeni  
 cum hiſtoriam ſcripſit, priſcis more ſuiſſe tradit,  
 ut in magnis periculis princeps dilectiſſimum ex  
 liberis, uolſcenti damoni quaſi redēptionis pra-  
 mium traderet. & ſic traditum myſtice iugula-  
 ret. Non erant prater ea contenti mali demones  
 multiugibus hominum cadibus, niſi etiam mu-  
 lieres pro ſuo iure ſupradas curarent. Sande Ale-  
 xadria ſimulachrū Saturni religioſiſſime celebra-  
 tur, cuius ſacerdos Tyrānus nomine, matrona e-  
 ius ciuitatis quas elegiſſet, tanquā à Deo accitas,  
 noctu ad ſimulachrū ductabat, ibiq; extinctis re-  
 pen

pende luminibus, cum eis uera habebat. Sic Tyrā-  
 nus communis adulter libidinem explebat, Dei  
 mentitus perſonam: teſtis Ruffinus libro II. Eccle-  
 ſiaſtica hiſtoria. Item apud Naſamones, uti ſu-  
 pra commemorauimus, cum de coniugij origine  
 prodidimus, mos erat, uti ſponſa prima nocte cum  
 ſingulis conuiuis coiret: dea Veneris gratia. Ca-  
 terum ſi homines ueluti ſapientiores ab huiusmo-  
 di truculentis ſimilib; ſociisq; immolationibus  
 paululum abſtinuiſſent, quid pramij conſeque-  
 rentur, imò quid noxae, quid ue ſupplicij ſubire  
 cogerentur, offendamus. Dionyſius Halicarnaſ-  
 ſeus in primo Antiquitat. ait, Iouē & Apollinem,  
 quoniam decima hominum non fuiſſet eis immo-  
 lata, magnas Italis calamitates induxiſſe, uſque  
 ed ut nulli fructus ad maturitatem uſq; perman-  
 nerent, ſed immaturi deſtuerent, fontes alij bibi  
 non poſſent, alij deſcicerent, mulieres abortum fa-  
 cerent, homines & pecora paſſim varijs morbis  
 perirent, donec decima reddita ſit. Diodorus iti-  
 dem teſtis eſt, Carthaginēſes, ut diximus, Sa-  
 turno humanas hoſtias ſolitoſ immolare, & cum  
 uicti eſſent ab Agathocle rege Siculorum, irat-  
 tum ſibi Deum putauiſſe, atque ut diligentius  
 piaculum ſoluerent, ducentos nobilitum filios, ex-  
 emplo longè poſt homines, natos crudeliſſimo, et-  
 ſi reipub. nomine edito, immolaſſe. Einſmo di ſec-  
 da facinora iam ante in Pſat. centeſimo quinta  
 pradiſta ſunt: Et immolauerunt filios ſuos &  
 filias ſuas demonijs. Poſſem adducere plura

tanti sceleris exempla, qua breuitatis studio praerire libuit. Fallebant praeterea mortales eiusmodi daemones amphibologiis, uadosis & flexilioribus responsis, id est, ita ambiguis, ut in ambas partes agi possent. Vnde Virgilius:

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla  
Horrendas canit ambages, anproq; remugit,  
Obscuris uera inuoluens.

Quale fuit illud Apollinis ad Pyrrhum Epiri regem responsum:

Aio te Edicida Romanos vincere posse.

Et ad Cræsum Lydorum regem:

Intrepidus si Cræsus Halim transierit  
annem,

2 Imperium perdet magnum regnumque superbum.

Ambo uicti sunt, hic à Cyro Persarum rege, ille à Romanis, qui ex oraculo se superiores fore sperauerant: & talia id genus sexcenta sunt. Sed & à nostris recentioribus unum petimus exemplum. Syluester enim secundus Rom. pontifex haud bonis artibus pontificatum adeptus, ut cupidus regnandi malum daemone de longitudine uita consuluit, ille respondit, ut si caueret Hierusalem diu uiueret. Imprudens Syluester statuit Hierosolyma urbem Iudae non adire, sed cum in ade sanctae crucis dicta in Hierusalem, quarto demum post anno rem diuinam faceret, oraculi statim memor, fato moriturum se cognouit. Fessus igitur delictum publice, iussit moriens ut suum cauer

aduer equis daretur trahendum, & quo loci illi deum constitissent, eodem humari. Diuino igitur nutu, ad templum Lateranense peruenere, ubi & sepultus est. Sic Deus ostendit apud se locum uenia unicuique, quamuis scelerato relictum esse, si in uita aliquando poenituerit. Atque talis erat inter gentes religio, qua non parcebat piis scelerare manus. Sed meliora canamus. Qui eos deos tam maleficos domesticatim suas cultores iugulantes, de medio mortalium omnium sustulit, nisi Seruator noster? Quippe sic ipse apud Io. cap. 12. inquit: Nunc princeps mundi huius eiecitur foras. Siquidem diabolus ante id tempus amplam habebat in homines potestatem. Conciderunt itaque post eius aduentum uetustatis tenebrae, & quae figuris tegebantur, diuina retexit sententia. Nam dum in Aegypto cum Ioseph & matre fuit, eo temporis spatio, simulachra, deorum quos id temporis gens illa stulta & omnium errorum mater toluit, sua sponte cecidisse dicuntur. Posthac imperante Hadriano, tum demum ubique gentium perniciose nefariaque sublata sunt immolationes, tum Delphici Apollinis, tum Ammonis, aliorumque uanorum deorum oracula penitus mutua extiterunt: nam teste Cic. lib. de Diuinatione, 2. iam diu ante sensim silere coeperant sic, ut eius etate, qui paulo ante Christi aduentum uixit, ferme coticerent. At tum denique potentia demonum infracta iacuit: quod Porphyrius, uti Eusebius dicit, Christiani nominis hostis, in libro quem aduersus religionem nostram scripsit, hoc modo testatur

do testatur: Nunc verò mirantur, inquit, *stam* multos annos peste ciuitas vexetur, cum & Aesculapius, & alij dij longè absint ab ea: postea enim quàm IESVS colitur, nihil utilitatis à dijs consequi possumus. Hac verba illius sunt, Christus ergo IESVS dijs illis potentior est: ita demum secutū est, quod Dominus apud Zachariam prophetam, per diu antea annuntiaret esse futurum, dicens: Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Ecce magnum vera religionis argumentum, ecce certum veritatis elogium, ecce vniuerso humano generi redditam libertatem, ac mundo fulgentissimum lumen, qua vniam gentes, qua in tenebras paulatim relapsa sunt, agnoscerēt, ne perpetuò aberrarent: non cessant enim oracula nostra: est Deus nobiscum, dum bene agimus, semper. Daemoniaci quos vocamus, si qui sint, à nostris sacerdotibus nomine IESV liberantur, demones procul effugantur, solo etiam sacra aqua aspersu. Fuit iam olim vsus lustralis aque, in Leuitis cōsecrandis: nam sic Dominus, veluti est in Num. cap. 8. praecepit Mosi: Tolle Leuitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suae. Quo factum est, ut Alexander primus Romanus pontifex auctor fuerit, ut huiusmodi lustralis aqua consecraretur, & ad demones effugandos in templo domique seruarietur.

Qui

Qui primus docuerit modum orandi, ac de loco, assiduâque precatione, & cur in orientem versi oremus, templâque nostra eodem spectent, ac vnde mos concionandi, & de perfecto concionandi modo.

Cap. IX.

Proximum est, ut vel de nostrarum ceremoniarum ratione dicamus, qua non animalium cruorem, nō hominum cadem, sed sinceram fidem, puramque mētem poscit. Et quia Deus ea potissimum de causa, vti supra exposuimus, nos fecit, ut statim geniti ipsū coleremus, atque ut Chrysostomus homilia 23. in Mattheum ait, bonis potiremur aeternis, eaq; tantum precando postularem, ideo à perfecto orandi modo initium faciemus. Duo sunt, Laetantio restificante, qua Deo à nobis offerri debeant, Donum & sacrificium: donum in perpetuum, sacrificium ad tempus: de hoc paulo post. Donum est integritas animi: si enim Deus non videtur, ijs rebus coli debet, qua non videntur, cuiusmodi sunt virtutes animi, & iustitia, ad quam haud dubiè, sicut Cicero de Legib. suspicatur, nos esse natos intelligere debemus. Sumus igitur colēdi Dei ritus est, ex ore iusti hominis ad Deum directā laudatio: qua tamen ipsa ut Deo sit accepta, & mansuetudine, & timore, & pietate maxima opus est. Quod in primis illi prisca Hebraei, prout non vno in loco supra

suprà demonstrauimus, factitarunt, atque ut nos illud ipsum faceremus, Seruator noster Christus primus iussit, dicens: Estote ergo perfecti, quem admodum & pater uester celestis perfectus est. Et inde subiungit: Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio tuo, ora patrem tuum qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, reddet tibi. Orantes uero nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt: putant enim quidam in multiloquio suo exaudiantur. Et subdit. Sic ergo uos orate. PATER noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua, sicut in caelo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis rebita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amen. Hac ex euangelista Matthao, apud quos Hieronymus non quotidianum, secundum Cypriani sententiam, sed super substantialem panem legit. Contrà & Cyprianus legit non dimitte, sed remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus. Et hac admonui, ut utraque lectione intelligas haud quaquam ex recitioribus esse, & relictis legi remitte, quam dimitte. Cyprianus in expositione huius dominice precationis non iniuria quosdam admonet, qui plus sapere quam oporteat, uideri uolentes, hanc ut uulgare & currentis communem minus usurpant, qui inquit: Quis enim potest magis spiritalis esse oratio, quam qua

à Christo nobis data est? à quo nobis & spiritus sanctus missus est? Quia uera magis apud patrem precatio, quam qua à filio qui est ueritas, de eius ore prolata est: ut aliter orare quam docuit, non ignorantia sola sit, sed culpa: quando ipse posuerit, & dixerit, Reuicis mādaturum Dei, ut traditionē uestrā statuatis. Oremus itaq; fratres dilectissimi, sicut magister Deus docuit. Hac ille, Quomodo autē orādū sit, Christus ipse apud Ioannē docet, dicens: Spiritus est Deus, & eos qui adorāt eū, spiritū ac ueritate oportet adorare. Cyprianus itē secretū orandū esse ex præcepto dominico demonstrat, quia Deus nō uocis, sed cordis auditor est: nec admonēdus est clamoribus, qui cogitationes uidet. Hoc planum sit ex eplō. Anna, ut in Regū est, qua loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & uox eius non audiebatur, & exaudiuit eā Dominus. In Psalmis quoque legitur. Dicite in cordibus uestris, & in stratis uestris, & trāspūgimini. Hieremias itē admonēs, ait: In sensu tibi debet adorari Deus. At precationis locus, cū primis est templū Dei, ut suprā ca. 6. memini, quod Christus demonstrat apud Luc. cap. 19. ex Esaiā: Domus mea, domus precationis est. Hoc institutum etiam Apostoli conseruauerunt, quando Petrus & Ioannes ascenderunt in templum ad horam precationis nonā, ut est in Act. Debent item esse assidue preces, id quod testatur parabola Christi de uidua, qua orando iniquum iudicem ad iustitiam flexerat. Ceterum

ut rationem cum Deo habere possemus, quoties ipsam dominicam precem cum angelica salutatione recitarem, est modus orandi postremo inueniens per calculos, ut ita dicam, ligneos: quos vulgus modò preculas, modò paternostros appellat. Li numero quinquaginta quinque ita ordine distinguuntur, ut post denos, singuli maiusculi affigantur filo: sunt .n. perforati, & quot hi sunt, toties dominicam precem, quot illi, toties angelicam salutationē ter numerum ineundo recitent, terque symbolū breuius inferant. Et id diua Maria virginis Psalterium nuncupant. Eius rei auctor fertur Petrus eremita, homo Gallus, cuius Ambianēsis, qui abhinc annos ccccxx.boo est, circiter annum salutis humana Mxc. sanctitate floruit, egitque cū Urbano Romano pontifice, ut bellum Asiaticum à nostris sumptū fuerit, quo Hierosolyma recepta sunt. Hodie tantus honor eiusmodi calculis accessit, ut non modò ex ligno, succino, & corallio sed ex auro argentoque fiant, sintq; mulieribus instar ornamenti, & ~~quod~~ ~~ponitur~~ ~~in~~ ~~capiti~~ ~~in~~ ~~signum~~ ~~bonitatis~~ ~~instrumenti~~. Mos est praxerea, ut in oranda ac salutando Deo, quis in orientem solem conuertatur. Vtrunque apud priscos seruabatur, dicente Apuleio in secundo: Tunc in orientem obuersus vel incrementa solis angusti tacitus imprecatus, &c. Quod proprium est veri oratoris ex mystica religione, quoniam Christus sol est iustitia: testis diuus Hieronym. in Exchielem. Ea nempe de causa,

causa, templa nostra ita adificata sunt, ut eorū princeps altare in Orientem versus vergat, in quos sacerdos rem diuinā faciendo semper ipsum Orientem aspiciat: unde precatioes nostra ingiter velut instar solis orientur. Aiqui apud Hebraos hoc fieri non licebat, quibus praecepit Dominus per Moſen in Deuteronomio, nequaquam more aliarū gentium contra Orientem, sed quoquo versus intuentes contra templum, Deum orarent, ne videretur solem, uti faciliabant idolorum cultores, colere idem: Hieronymus testis. Unde Danielem apud Babylonios ad eum modum orasse legimus. Item cum apud Marcum ca. iij. legamus: Et cum sceteritū orantes, remittit, &c. videtur precantiū quoq; moris fuisse, ut stādō orarent; quis qui stat, diligentius animum intendit in rem, quam agit. Idem Seruator iussit, ut praecepta legis diuina à Deo per Moſen populo Hebraico data à nobis itidem seruarentur, cum, inquit: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: quorū capita haec sunt: Vnum Deum colito, Nihil in nimis efficere colito. Per Dei nomen haud frustra deierabis, Festos dies p̄d & ritū celebrato. Parentes venerare. Hominē ne occideris. Adulteriū fuge. Furtū non feceris. Nihil alienū concupieris. Nec falsum dixeris testimoniū. Haec igitur sunt praeagationis materia, unde est concionandi mos natus. Moſes enim postea primus habita: conione, populum de eiusmodi praeceptis & lege Dei docuit, eumq; per hac ad bene-



beateque viuendū instituit. Ioannes baptista ex-  
 in in desertis iudæa locis concionatus est, concio-  
 natus & Seruator noster, eiusque muneris obeun-  
 di negotiū Apostolis mandauit, dicens: *ite in mū-  
 dum vniuersum, & predicare Euangelium omni  
 creatura. Quod tōdie nonnullas ex nostris theo-  
 logos, cum concionantur, facere videt, seu tadei;*  
 quippe qui ut narrationis vice, cursum ac car-  
 pim aliquid in Euangelio interpretantur, *terri-  
 da quasi nihil sit, quod de eo amplius doceatur,*  
 quo facto ad suas confutas quasi siuiculas trahū-  
 tur, ibi digladiantur, veluti furoribus acti sese  
 macerant, deiarquentes quod volunt sacra feri-  
 ptam conuicia rumpunt, omnia clamoribus mi-  
 fecerit, deim euangefente furorē, ad humiliora ve-  
 niunt, rationem auuona agitant, ruc iocas ferar  
 giunt, nunc ceptant, circulatores plane agunt, &  
 ob illud ipsum ab insipiente plebe colantur. At  
 que hic concionandi modus & frequentius u-  
 surpatur, & saulgē summus habetur. Sed uimā  
 nou peiora exētra dileminarent, ut enim nullum  
 hominū genus est salutarius religioni, si uera ca-  
 nant, cōtra fse nō est, pestilentius aliud se ad gra-  
 riam conciones ad populum habeant, quippe u-  
 bi semel sanctitatis nomen sum adēptum ma-  
 ximū omnium nacent, quia eis maxime creditur.  
 Facebant proinde, qui docere nihil uolunt quod  
 melius uiuatur. At nōnulli quorum inter est hoc  
 fungi officio, nihil omnino docent, adeo, ut est in  
 proverbio, *Canes muti non iniuria appellari  
 possunt.*

possunt. Ita aut uanitate aut silentio Christum  
 oblitescere inter piūm populūm fiunt. Quare  
 longē multum religioni uile foret, si doctores no-  
 stri tam sape quam grauitur concionando Euan-  
 gelium declararent, ac aliud præterea nihil, nisi  
 quod mater ecclesia firmissimum ueritatis fun-  
 damentum iam pridem accepisset, probasset, con-  
 firmasset. Sed iam modum ipsum concionandi  
 quā breuissimum ponamus: Concionator qui  
 ea docet, quæ ad religionem pertinent qui debet  
 docendo formulam tenere per quā sermōne, uoce  
 & gestu auditorem facilius instruat, est idē atque  
 orator causarū forensium, de quo artem dicen-  
 di mutuetur necesse est, si uelis rōtē ac ornate di-  
 cere. In concionatore itaque nostro oportet esse elo-  
 cutionem, memoriam & pronuntiationem. Elo-  
 cutio, est accommodatio uerborum idoneorum ad  
 inuentionem. Memoria, firma animi uerborum  
 ac rerum dispositionis perceptio. Pronuntiatio  
 uerō, uocis & uultus gestūque moderatio. Con-  
 cionator sic præparatus primū omnium de-  
 bet inuenire, hoc est, excogitare res ueras. Quæ  
 quidem inuentio in plures diuiditur partes: in  
 exordium narrationem, diuisionem, confirma-  
 tionem, conclusionem & consutationem. Exor-  
 dium est principium orationis, per quod animus  
 auditoris apparatus ad audiendum. Narratio,  
 per quam exponitur res, de qua est dicendum,  
 ut auditor fiat beneuolus, docilis, atque attentus.  
 Diuisio, siue dispositio, est distributio ac rerum

ordo, qui demonstrat, quid quibusq; locis sit collocandum. Et in partes duas tréve ad summum res ipsa dividitur. Ac ita ex ordine, oratio hos duos, vel tres habet locos, ad quos eundo contendat, seque recipiat, qua in cursum concitata sine his, nisi quam consistere poterit, & ob id turpe in medio cursu turbabitur, quam auditoris animus continenter implicabitur, nec memoria retinebit, qua audierit: quapropter concionator eiusmodi partitionem facere debet, ut nullo ferè negotio reminisci queat, quoro quodq; loco posuerit: atque idem etiam faciet auditor, qui suo loco expectabit quod scire cupit. Confirmatio, est probatio argumenti, id est, materia vel rei tractata, cum asseveratione. Conclusio, cum breviter colligitur, repetiturque, quibus de rebus verba facta sint, quod auditor, si memoria mandauerit, ad idè quod ipse meminerit, reducat. Atqui cavèndū, ne conclusio ab exordio, aut à narratione repetatur; quod extra propositum foret: idcirco initium enumerationis, repetitionisque istiusmodi à divisione faciendum est. Item vel illud est curandum, ut in partitione nihil omittatur, quod ad rem attinet, neque qui equam redundet: redundabit autem, si quid ponatur in una parte, quod in alia sit comprehensum. Si, exempli causa, ponas sic: Primum dicam de origine matrimonij: deinde de autore ipsius matrimonij. Vide, ista posterior pars superuacanea est, quia continetur in superiore: nam ille qui primus matrimonium instituit,

stituit, eius rei auctor fuit. Est itidem vitiosa, si proponas sic: Demonstrabo me hoc non fecisse, demonstrabo me nō potuisse si voluisssem: hoc probato, illud alterum vacat. Igitur partitio debet esse clara, aperta, brevis, nullis fulta inuolucris, aut verbis superuacaneis. Rursum si de veritate religionis contra hereticos agas, & diuidas varios eorum errores in partes, tum partitio nimis implicata erit: quare diuidèdo generales tantum complecti oportebit. Confutatio est locorum contrariorum dissolutio, qua nostri theologi in suggestis sermocinando nonnunquam utuntur, magis ad ostentationem doctrina, quam ad utilitatem veritatis, qui tale quid saepe dedita opera in disceptationem quaestionemq; vocant. Virum Deus sit causa peccati, nec ne: & contrariū quod est veritatis, tantis primò corroborant argumentis, tamq; neruose obligant, ut non infundere in aures auditorum modo, sed in animis videantur inscribere, qui potest non facile dissoluere possunt. Ita tantum abest, ut vile sit tales habere quaestiones, quibus rudioris ingenij homines sapius in errorem trahuntur, in eosq; versantur diu. Post hac ediciori nostro opus est pronuntiatio, quae in vocis figuram, & corporis motum dividitur. In principio itaq; orationis, vox se dat a demissaq; esse debet: nam si acuta foret, fauces vulneraret, ac seipsum defatigaret oculus: In narratione, vocum varietate utendum est, ut quo quidque pacto gestum actumq; ac scriptum sit, ita narrari

videatur: quare verba modò claviora, modò grauiora vsurpanda sunt, quò omnium personarum sensus atq; animi exprimantur. In diuisione vocem quam clarissimam adhibere oportet, vt auditor planè intelligat, quid sibi sit attendendum. In confirmatione argumenti sono vocis medio-criter adaueto vti decet, & strenuè probando quod volumus, interdum acriter, interdum leniter dicemus. In conclusione vox continèns & modica sit, vt voci iam defatigata auxilium ferre queat. Cõcionator præterea debet hortari, & id quidem plenis faucibus, voce quàm clementissimam: item castigare, voce acriori, raris intervallis cum vociferatione non vtiq; muliebri, sed virili, quò magis auditorem deterreat. Item consolari, voce lamentabili: item conqueri, cum vocis molliudine, vt auditoris animum ad misericordiam perducatur: ac iocari interdum, voce faceta, cum tenuis significatione risus, ad recreandos animos aliquandiu ad audiendum intentos. Hanc vocis figuram sequi debet motus corporis, qui est gestus & vultus moderatio quadam, qua pronuntiantii concionatori conuenit, ac reddit probabiliora, qua pronuntiantur. Itaque si eris sermo in exordio, standum est in vestigio, dimissis oculis, recta carice: si in narratione, leui dextera motu ac collo paululum à cervicibus dimisso: si in partitione, brachio & digitis celeriter porrectis: si in confirmatione, vultu graui, gestuq; constanti: si in conclusione aspectu minime mobili: si in

cohor-

cohortatione, gestu paulò celeriore: si in castigatione, vultu acriori, capitiq; ictus frequenti: si in consolatione, vultu tristi: si in conquestione, moesto ac turbato: si verò in ioco, hilariore, vel vt à natura ipsa nobis datum est, vt eiusmodi nostras actiones voce pariter atque corporis motu iuuaueremus. Istæ autem natura & ars eximia, ad nostrum maxime omnium pertinet concionatorem religionis patronum qui id officium facit, vt pietatem, vt charitatem, vt iustitiam in auditorum animis inserat, eosq; à cunctis simul deterreat vitiiis: ac omnes illorum malas præcidat affectiones: quem idcirco si mouere velit, oportet in dicendo esse modò grauem, atrem, ardentem, acutum, subtilom, copiosum, ornatum, modò verò tenuem, submissum, modicum, temperatum, quæ admodum res postularit. At ea ipsa omnia præstabitne concionator ille, qui dicendo nihil narrat, quod proposuerit, nihil probat, nihil conciudit, quia sermonem suum in nullas diuisit partes, nihil animum auditoris mouet, excitat, flebit, quod vno eodemq; vocis sono, sine vllò corporis motu continenter loquitur sic, vt magis assonans, quàm hominem esse iudices? Verum idem domi officium grauius facit: si minister enim paulum peccauerit eum vultu aspicit acriore, idè voce acriori reprehendit, corripit, atque castigat, quò scilicet errore aueratur. Ceterum forsitan inquires, Non vsq; iam est quiquam omnium qui ita concionatur. Imò cerè quidem cum apud alios

E e 4

duar.

tum apud nostros Anglos, nonnulli minuti theologi haud aliter sermonem habent in celeberrimo etiam hominum cōuentu, qui contra sui prisci rudioris seculi morem & consuetudinem facere nolentes, rhetorica, quam atsi callent, uti non sibi licitum esse putant. Bone Deus, quantum in suggesto laborant, sudant, pugnant, cum aliud ex alio. ex tempore suggerentes, illi ipsi tanquam volitantes auicula, ne sciat quod dicendo sint perueniuri. Hinc profecto scire licet, quam commodum tibi, quamq; frugiferum & fructuosum auditori sit, si, verbi gratia, ex ea Euangelij parabola, Exiit qui sementem faciebat, ad seminandum semen suum. argumentum sermonis habendi sumas, deinde in partes diuidas, dein propositas partes rite declares, subtiliterq; confirmes, & enucleate explices, atq; postremo cōcludas, id est, breuiter repetas, quid circa eiuscemodi partes docueris. At tu per hunc modum, tam facillime tui sermonis sementem facies, quam commodissime auditores eius fructum capient. Atqui ut omnino orationis pars ex suo genere cōstet, illud in primis nostri Christiani concionatoris interest nō ignorare, tria esse genera causarum, demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale: & se ut illa duo superiora recipere debere, ita in tertio nihil esse, quod ipse versetur. Demonstratiuum enim est, quod in laudem, vel vituperationē cuiuspiam attribuitur: hoc cōcionator utitur, cum, verbi causa, demonstrat quanta sit Dei maiestas.

quam

quanta potentia, quanta iustitia, quanta misericordia, ut ne quis diffidat eius promissis, ne quis existimet aut speret posse se meritis effugere poenas, ne quis desperet, si respiciat: aut ubi detur peccantes cum reprehensione culpa, & vituperatione facti. Ex huiusce praeerea demonstratiui generis fonte manat omnis vis funebris orationis, quae hodie est in vsu, quando tota in demortui laude versatur. Deliberatiuum autem positum in consultatione, habet in se persuasionem & dissuasionem: hoc in genere concionator permanet, quando hortatur populum ad bene, beateq; viuendū: tunc etenim suadet pariter atq; dissuadet, cum castigat, vitiq; detestatur. In his duobus dicendi generibus versatus est Apostolus Paulus, in ea oratione, quam, ut est in Actis, cap. 13. ad plebem habuit, ubi primum laudat Deū, ac potentiam eius offendit, dicens: Deus populi huius delegit patres nostros, & populum in altitū extulit, cum essent incolae in terra Aegypti, & brachio excelso eduxit eos ex ea. Deinde auctores necis Iesu vituperat, cum ait: Principes eorū nulla causa mortis inuenta, petierūt à Pilato, ut interficeret eum. Post persuadet, ut Christo credā, cum inquit: Notum igitur sit vobis viri fratres, quod per hunc vobis remissio peccatorū annuntietur, & ab omnibus à quibus non potuistis per legem Moysi iustificari, per hunc omnis qui credit, iustificatur. Postremo dissuadet de errore, in quo vsq; ad id temporis fuissent, ubi ait:

E e § Videte

Videte ergo ne superveniat vobis, quod dictum est in prophetis: Videte contemptores, & admiramini & euascescite, quia opus operor ego in diebus vestris, quod non credetis, si quis enarrauerit vobis, &c. Quod vocis figura atq; corpora motu dicendo sit. Utendum Christus ipse passim in Euangelio demonstrat: sed ne longum sit, cum Lazarum à mortuis excitauit, illud fecit: primò enim attollens sursum versus oculos, dixit: Pater, gratias tibi ago, quoniam audisti me. Deinde voce magna clamauit, Lazare veni foras. Sic voce & gestu rem peregit. Hæc breuiter dicere habui de recto concionandi modo.

De initio sacrificij nostri, hoc est, Eucharistie, ac primo eius vsus, tam specie panis & vini, quam panis tantum: atque cur mane, non vesperi more Christi, ea sumatur: & quibus sacrificij huius faciendi, administrandique potestas data fuerit.

Cap. x.

**S**acrificium nostrum est orare & colere Deum, Sac eundem semper habere in corde consecratum: quoniam Dei templum sumus. Hoc sacrificium Seruator noster Deo patri obtulit pro salute nostra, reliquitq; nobis illud idem faciendum. Et si sunt, qui sentiant Eucharistiam à Christo institutam, non rectè sacrificium appellari, quòd per hoc aliquid Deo ex rebus nostris offeramus, per

per illud verò beneficium à Deo accipiamus: tamen quia iam inde ab initio ita vsuuenit, ut, teste Tertulliano sacrificium vocaretur, nos religionis morem seruandum discimus. Ad rem redeo. Is qui omnia qua ventura erant, ab aeterno nauerat, posteaquam appropinquare tempus viderat, quo pati oportebat: affatur discipulos, quos totius mysterij sibi testes delegerat, qui deinde omnia qua facta essent, inter omnes gentes pia predicatione vulgarent: Pascha, inquit, dilectissimi, post biduum, ut scitis, fiet, & iam simul illud futurum est, ut Iudæis traditus patiar: ceterum cupio prius quàm hac fiant, id solenne vobiscum celebrare. Hac ait, eodem momento duos ex discipulis Hierosolyma mittit, qui locum parent, nec multò post ipse cum aliis secutus in urbem venit. Hic ubi coeptum est discumbi, accepit panem, & cum egisset gratias fregit, deditq; discipulis suis, & ait. Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum. Sic sub panis & vini specie corpus suum & sanguinem verbo consecratum singulis sumendum obtulit, mandauitq; ut tale sacrificium fieret: deinceps in sui memoriam. At mox postquam è morte surrexerat, accubuit incognitus ad Emaus castellum, cum duobus suis discipulis, accepitq; panem, & benedixit, ac fregit, atq; porrexit illis. Tum discipuli fecerunt

sicut Lucas perhibet, cognouerunt eum & ipse  
 euauit à conspectu eorum. Hic discipuli corpus  
 Christi sub vna panis specie sumpserunt, nulla  
 vini ab Euangelista mentione facta. Quem sane  
 institutum ritum Ecclesia deinceps retinuit, quæ  
 ad hunc modum censuit profanis hominibus eu-  
 charistiam administrandam, quod tum demum  
 nouum instrumentum, id est, mysteria omnia re-  
 ligiousi perfecta, consummata, stabilitaq; essent  
 per mortem Christi. Namq; non fuerat Euange-  
 lium ante crucem, ut diuus Hieronymus aduer-  
 sus Iouinianū affirmat, & Christus testatus est,  
 qui in cruce moriens inclaimauit, Consummatum  
 est. Sed reliqua persequamur. Alexander post hoc  
 septimus à Petro pontifex consecraturus primum  
 aqua & uino misceuit, instituitq; ut oblatio ex azy-  
 mo non fermentato, ut antea consueuit, fieret  
 pane; & hoc ut purior materia esset, vel quia  
 Christus azymo consecrasset, aut quod Dominus  
 per Moysen precepisset, ut omnis oblatio absq; fer-  
 mento fieret, seu quia ex eius latere, dum in cru-  
 ce pederet, exisset sanguis & aqua. At diuus Cy-  
 prianus lib. Epist. 2. aliam huiusce rei rationem  
 ponit. Legimus enim in Apocalypsi, Aqua quas  
 uidiſti, super quas sedet meretrix populi, &c.  
 Hinc ait in sacris literis sepe aquas significare  
 populum, & proinde inquit; Sic autem in sacri-  
 ficando, in calice Domini offerri aqua sola non  
 potest, quomodo nec uinum solum potest; nam si  
 uinum tantum quis offerat sanguis Christi inci-

*ut antea uer fuerit*

pit esse sine nobis: sin uero aqua sit sola, plebs inci-  
 pirit esse sine Christo: quando autem utrunque  
 miscetur, tunc sacramentum spirituale & coele-  
 ste perficitur. Sumpserunt autem Eucharistiam  
 Christiani id inde ab initio in dies singulos mane  
 & ieiuni, quod testatur Tertullianus lib. altero  
 ad uxorem de muliere Christiana ethnico homi-  
 ni nupta: Non sciet, inquit, maritus quid secreto  
 ante omnem cibum gustes? Item lib. Definitionū  
 Ecclesiasticarum dogmatum: Quotidie Eucha-  
 ristia communionem percipere, nec laudo, nec re-  
 prehendo: omnibus tamen dominicis diebus com-  
 municandum suadeo, & hortor, si rament mens  
 in affectu peccandi nō sit. Hæc ille. Chr uero ma-  
 ne & non uespera, apud nos sacrificetur cum sa-  
 tis constet Christum post Cœnam mysticum cali-  
 cem obtulisse, id causa est, quod a teste eodem Ter-  
 tulliano, Christum offerri oportebat circa uespe-  
 ram diei, ut hora ipsa sacrificij ostenderet occa-  
 sum & uesperam mundi, sicut in Psalmo scriptū  
 legitur: Eleuatio manuum mearum sacrificium  
 uespertinum. Nos uero resurrectionem Domini  
 mane celebramus, quia passionis eius memoriam  
 in sacrificij omnibus imprimis conseruamus. Sed  
 in salutare institutum, postea non continuatum  
 primus omnium suo decreto renouauit Anacle-  
 tus, iussitq; ut qui sumere nollent, tanquam im-  
 piij à sacris adibus excorerentur: quemadmodū Vi-  
 ctor uoluit, ut illis qui capturi essent, si ob acce-  
 ptam iniuriam, aut uetus odium reconciliari-

prius

prius recusassent, sacris interdiceretur. Verū frigidescere paulatim deinceps hominum pietate illud antiquatum est. Ex quo Zephyrinus, qui cetero circiter post anno, Anacleum est secutus, statuit, ut omnes Christiani, qui pubertatis annos attigissent, minimum semel quotannis caperēt Paschalis die. Fabianus vero ut ter id fieret, post ea sanxit. Sed Zephyrini decretū ut factū minus difficile, steterit constantius: quod Innocentius tertius dein sua corroboravit auctoritate. Eucharistia autem in templis continenter asservatur ad agrotantium commoditatem, ut sine eo viatico, ne hinc abeat, ut est de conse. distict. prima. Quod postmodum scitum Innocentius idē III. & Honorius III. confirmarunt. Cum ita paulatim à pietate tantum discessum foret, ut nisi quisq; semel quotannis Eucharistiam caperet, mos tamen antiquus mansit, quandoquidem & sacerdos qui rem divinam faciebat, & diaconi cum reliquis sacrorum ministris quocunq; solenni die Eucharistiam sumebant. Quam consuetudinem nūc prænachi nostri in primis retinent, quod sic populus ad pristinum institutum exemplo si minus, excitatur, cohortatione tandem aliquando reuocatur. Potestatem verò noui sacrificij faciēdi corporis & sanguinis sui, administrationisq; eiusdē seruator noster Apostolicus noua legis sacerdotibus ab initio dedit, & concessit, veluti supra dictum est, sicut Christianus populus ex manibus sacerdotum accipere suo tempore, Eucharistiā semper post

posthac paratus fuerit. Quod porro Tertullianus libro de corona militis, praclare demonstrat, ubi ita scribit; Eucharistia sacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatam à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quàm presidentium sumimus. Auctor hic & alibi presidentes appellat presbyteros.

Qui primū post Christum eo ritu sacrificare cœperint, quem ille docuisset, & qui deinceps modum rei diuinæ faciendæ, quam missam vocant, auxerint, & de osculo pacis inter sacra, atque quando id fieri non liceat, ac de benedictione sacerdotis post sacra, & de circunuerfione frequenti eiusdem in altari.

## Cap. XI.

**N**ota ab initio omnia & simpliciter mysteria à Christo tradita apud Apostolos erant, nulla omnis caeremoniarum ratio, plus pietatis habens quàm apparatus; nam satis constat Petrum, qui est primus omnium, ut Apostolorum princeps, vel eundē cū aliis Apostolis, rem divinā caritu quem à Christo accepisset idē idem fecerat, post consecrationem continuo inferre solitum dominicis precem. Auxit inde hæc mysteria Iacobus Hierosolymitanus, emittes, auxit Basilium, alijq; alia subinde instituerunt. Galestinus missa introitura, cuius initium est Psalmus, *Indica me*

in Deum Damasus confessionem, que sit à sacer-  
dote, prius quàm altare conscendat: quidam ta-  
men. Pontiano a. signant. Gregorius antiphonam,  
que introitū sequitur, & ob id vulgò eodem no-  
mine nuncupatur: item ut nouis Kyrie diceret-  
tur, & antiphona post epistolam, Euangeliū,  
& communionem. At antiphonam post episto-  
lam gradualē appellant, quod diaconus ascen-  
dat in editiorem gradum ad pronuntiandum  
Euangeliū. Telesphorus hymnū, Gloria in excel-  
sis Deo, Gelasius primus orationes, id est, precum  
clausulas, quas vocant, Epistolam & Euangeliū  
Hieronymus, & cum id legeretur, ut curōr qui  
sacris interessent, curui no venerātes starent, ut  
expeditiores ad euangelicum dogma defenden-  
dum, vel animam defendendam, quod stando ma-  
gis, quàm sedendo facere solebas, Anastasius pri-  
mum constituit. Attolitur ex Hierosolymis trans-  
latitium est. Symboli de canatio fuit Marci pon-  
tificis primi decretum, ut festis diebus post Euan-  
gelium decāretur, ac idem recitaretur à popu-  
lo, qui sacrorū causa adesset. Ianouauit & in de-  
cretum, postea Damasus. Antiphonā, quam Tra-  
ctum vulgò appellant, & hymnos Gelasius fecit,  
ac prefationes que Canonem præcedunt, eā-  
quidem & sermone eleganti composuit, que, ut  
refertur, Belagius, nouem numero, sunt decimam  
ad honorem deipara virginis Kithanus addidit.  
Quod thus adoletur ad altare, id primus fecit  
Aaron, dicente Domino ad Moysen: Pones altare

contra

contra velum, & adolebit incensum super eo Aa-  
ron suauē fragrans, sicut in Exodo est. Deinde a-  
pud nos Leo I. illud idem fieri sancit, quod  
etiam ab ethnicis seruabatur. Hinc Virgilius in  
1. Aeneid. de Venere ait:

- Vbi templum illi, centūmq; Sabao

Thure calent ara.

Vsus lauandi manus ex veteri quoq; instrumē-  
to esse videtur, quod Iudai non rem modò diui-  
nam, sed conuiuium etiam à lauatiōe manuum  
inchoare consueuisse dicuntur, quippe qui nefas  
ducebant edere panem manibus illotis, cuius rei  
crimen discipulis Domini ascribebant. Vel ab  
ethnicis sumptum est, apud quos sacrificātes pri-  
mum omnium manus lauabant, quemadmodum  
suprà lib. 3. cap. 5. demonstrauimus: & teste He-  
siōdo, vetitum erat, nequis mane Ioui vinum li-  
barex manibus illotis, ne sacrorum nitor pollue-  
retur, qui & conuiuia lotis prius manibus ini-  
bant. Virgilius:

Iam pater Aeneas & iam Troiana iuuentus  
Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro:  
Dant famuli manibus lymphas.

In  
prefationibus, ut sanctus, sanctus, sanctus Do-  
minus Deus sabaoth, cantaretur, Sixtus primus  
statuit, quod ab Esaiā propheta sumptum est. Ca-  
nonis partem, Te igitur, que dein initium esse cœ-  
pit, Gelasius dedit, sicuti ante eum Syricius Con-  
municantes, quod nūc tertio loco ponitur. Ex quo  
apparet, ipsum Canonem neq; ab uno integrum,

Ff

no 93



neque in eam formam digestum, qua modo constat: cuius rei vel fidem facit, quod Alexander primus, qui Gelasium & Syricum longo temporis intervallo precessit, ob memoriam passionis Christi posuit. Qui pridie qua pateretur. Usque ad ult. verberatus est corpus meum. Quocirca satis liquet, illud tum Canonicum fuisse principium, quando sicut diximus Gelasius circiter ccc. lxx. & ea amplius annos post Alexandrum fecit: Leo deinde adiecit, Hanc igitur oblationem, usque Placatus accipias. Gregorius tres subiunxit postulationes: Diesq; nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Eiusdem quoque primi Leonis est, Sancti sacrificium, immaculatam hostiam. Sic alij alia addiderunt, finito canone, dicitur, Pax domini: hic osculum pacis datur inter sacerdotes mutuo quod Innocentij primi inuictum est: velut Leonis secundi, ut pax in sacrorum caerimonijs astanti populo circumferretur. Et utrumque ex imitatione Saluatoris, qui consueuerat suos praefertim discipulos abeuntes, vel ad se rediites deo seculari, id quod Iudas proditor significantius declaravit, qui praeceptorem, ut in evangelicis literis legitur, osculo tradidit. Verum cum Missa pro mortuis celebratur, id non fit, pro eo quod laud nobis cum illis per pacis osculum comunicandum est, quos nondum certi scimus esse in gratia cum Deo. Quare cadavera etiam mortuorum adiuuare & maiorem templi usque eo prohibent

ventur, dum res diuina fiat. Auctor Gulielmus Durandus libro Diuinarum officiorum 7. Solent item sacerdotes nostri per actis sacris benedicere populo dextera manu in eum extensa, ac in signum crucis circumducta, quod episcopi inter sacra, & pontifices Romani alijq; maiores antistites, etiam eundo faciunt: quod ab Hebraeis est, quippe in Leuitico legimus Aaron post factam rem diuinam, consueuisse extendere manum in populum ac illi benedicere. Seruauit vel hunc ritum Christus, quem Lucas ait paulo antequam in caelum redisset, eleuatis manibus benedixisse suis discipulis. Sed ad rei diuina rationem reuertamur. At reliquas antiphonas Graeci, Responsoria uero quae nouitio quidem uocabulo sic dicunt, Itali primum inuenisse traduntur. Sunt qui responsorium etiam Gradale uocent, quod iuxta gradus suggesti cantetur. Caterum Gelasius & Gregorius multas orationes: id est praesess inuenere, ac ad lectiones & Euangelia, responsoria, id est, offertoria, quae uocant, adiunxerunt, vel Gregorius ipse quasi de integro modum rei diuina edidit. Fecit illud ipsi & Ambrosius Mediolanensis antistes. Quapropter habito deinde episcoporum conuentu, decretum fuit, ut quae & Ambrosius digessisset, Mediolanensis tantum sacerdotum aetuis, sicut hodie fit seruaret, & Gregoriano inuento reliqui uerentur. Quod uero sacerdos dicendo, Dominus uobiscum, sapientius ad populum in altari se uertit, hoc de Hebraeorum

quoq; caremonia sumptum constat, quorum sacerdos inter sacra sese circumagebat, aspergendo sanguinem animalis immolati. Quod teste Apuleio, & Ethnicorum sacerdotes circa aras factitabant, cum presertim responsa daturi diuino, vii credebant, Spiritu afflari agerentur. Vnde dubio procul ab alterutris apud nos sunt huiusmodi in altari circumuersiones.

Vnde mos sit, vt post rem diuinam factam, diaconus pronuntiet, Ite, Missa est: & vnde Missa, & caremonia distat: atque quid re ipsa sit Missa, qualisve caremonia.

Cap. x i i.

**F**acta re diuina diaconus ad populum conuersus pronuntiare solet. Ite, missa est. Conuenit hoc loco, vt huius nominis missa originem explicemus, ne quis vt sordidum & peregrinum reputat, quando haecenus permulti id indagare conati, rem in incerto reliquerunt, quippe qui non runde natum esset, vt libamento iam libato, id est, sacrificato, per hunc modum potestas fieret abeundi uolentibus, prodiderunt, sed circa vim illius uerbi Missa, aberrantes delirationem quandam somniarunt, non animaduertentes nostros sacerdotes illud ex moribus instituti, que priscorum esse mutatos, sicut pleraq; alia, & ti appositè memorauimus. Ceterum ne nos etiam adiquid diuina esse potius, quam rem certam prodidisse dicamur.

Apu

Apuleij testimonium cunctis certè probandum dicemus in mediū, unde moris huius originem abundè hauire licebit. Is enim libro sui *Asini aurei* i. i. cum se dicit sacris dea Isidis interfuisse, sic rem declarat: At cum ad ipsum iam templum peruenimus sacerdos maximus, quiq; diuinas effigies progerebant & qui venerandis penetrabilibus pridem fuerant inuati, intra cubiculum dea recepti, disponunt ritè simulachra spirantia. Tunc ex ijs unus quem cuncti gramateam (sic Graeci uocant scribam) dicebant, pro scriptionibus assistens cœtu postophorum, quod sacrosancti collegij nomen est, uelut in concionem uocato, in diuina de sublimi suggesto, de libro, de literis, sancta uota praefatus, principi magno senatusq; & equi, totiq; Romano populo, nauicis nauibus, quoq; sub imperio mundi nostratis reguntur, renunciat, sermo ne ritūq; graecens, ita uacis aequis, populis missio. Quam uocem feliciter cunctis euenire signauit populi clamor in, ocuus. Exin g. uisio delibuti populares, talos, uerbenas, corollas ferētes exo scularis uestigijs dea, qua gradibus harebat argento formata ad suos discedit lares: & reliqua. Ista dua graeca dictiones significant populis missionem, & uerba sunt graecanico more & lingua pronuntiatā, qua Graeci Latiniq; iuxta uisurpabant, post cuncta celebrata mysteriora, ut diceretur missio populis, id est, uel datur, uel est, ut tū demum omnibus abire fas esset. Idem igitur mos à nostris etiam seruatur, ut peractis sacris, per

Ff a dia.

diaconum pronūtiatur, *Ite, Missa est*: quod idem est, ac illicet, hoc est, ire licet. Non est præter consuetudinem quædam Missa, non missio pronuntiatur, quando nostra religionis auctores promiscuè missionem, & Missam vsurpare diuus Cyprianus testatur, qui remissam peccatorum, ac id genus alia permulta sæpe scribit, ut ad Fortunatū de Exhortatione martyrij: In aqua inquit, baptismo percipitur peccatorum remissa. Hinc ergo totum quoque sacrificiū Missa est nominatū. Quod vocabulum Ioannes Reuchlinus homo Germanus: ac literarum hebraicarū cum primis sciens, libro de Rudimentis hebraicis secundo, docet hebraicum esse, ita scribens: Inde venit per additionem hebraicam in fine מנחה, id est oblatio, quæ fit superiori Domino propter debitū munus personale. Deuteron. 16. Oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres, iuxta benedictionem Dei tui. Quod nomen nos Christiani sacrificio nostro impositum retinemus, vsque ad hoc tempus, ut à nobis appelletur Missa quod à Græcis liturgia. Nota igitur, quod Missa neque græcum neque latinum est, sed hebraicum. Hæc ille. Mihi verò prior ratio probatur, ut magis appositæ, Missa autem si quæras quid sit, ratio eius vsus indagatrix potest fortè tibi rē sic definire: Missa est corporis & sanguinis Christi consecratio. Quando ea consecratio perinde summa & caput missæ est, ut adeptæ victoriam concelebratio triumphus dicitur. Hanc igitur missam tantum mysterij

mysterij monumentum, hoc est, unicum nostræ religionis sacrificium optimi ecclesiæ patres ritè studuerunt reddere cūctis mortalibus per quam frugiferam atque fructuosam: quæ idcirco ex multis constat diuinis hymnis, Dei optimi maximi laudibus, precationibus, gratiarum actionibus, & sacræ scripturis, è quibus animus noster audiendo, in spem bonam sua salutis vocatur, item illis oblectatur, & pascitur. Pateat iam reditus ad propositum. Sic Romanis placuit, eum veniens diuinitatum caeremonias appellare, à Caritibus Hetruria populis. Ij enim olim capta urbe Roma à Senonibus Gallis sacræ Romanorum à Vestalibus inuicta per benignè receperunt, vsque eoque seruarunt, dum patria à Camillo esset recuperata, sicut Linius libro ab Urbe cond. 5. latè demonstrat. Cuius beneficij Quirites memores, postea omnia quæ ad religionem colendam pertinerent, caeremonias nuncuparunt: quamuis sint, qui eas à carendo dictas malint. Sunt enim caeremonia instrumenta religionis, quæ velut terra, sine illis coli nō potest, per quas in animis nostris renouatur pietas, fundamentum, uti Cicero ait, omnium virtutum, quæ corpus cum mente ad Deū venerandum trahit. Si velimus igitur agrum dominicum bene excoltum, eiusmodi caeremoniarum culturam adhibendam curemus. Quod semel tantum die sacrificabatur, hoc Alexandri primi, teste Gratiano, est decretū: sicut & illud Telephori, quod dominico natali die ter sacerdos rem

diuinā facit, & primò in media nocte, cum Christus est natus: deinde lucescente aurora, quando pastores natum inuiserunt: postremò ubi primus lux humano generi affulsit, cum prius nulli arte tertiam diei horam, sicut esset sacrificare. Adicitur & alius mysticus sensus, ut triplici actu factus triplex gentium significetur: primus, qui sine lege fuit, cum omnia fuerunt tenebris circumfusis: alter, lucis & tenebrarum simul particeps, cum post datam legem fuit omnino aliqua Dei cognitio, sed nondum perfecta: tertius, gratia est, cui sol, id est, veritatis lux affulsit. Præterea Felix primus sanxit, ut nusquam nisi in sacro loco, si per necessitatem liceret, & à viris sacris initiatis Missa celebraretur, quod à ipso rei diuina faciēda à principio solum Apostolis, hoc est, sacerdotibus à Christo potestas facta fuisset. Anacletus quoque huius rei studiosus voluit, ut sacerdos non nisi coram saltem duobus sacrificaret, quod, credo, ne ille frustra bene precando diceret, Dominus vobiscum, si minus quam duo sacris interessent. Propterea non rectè faciunt, qui sine arbitris sacrificant. Gravianus hoc præscriptum Sotero attribuit, qui fortè illud parum custoditum renouauit.

Quare nonnulla tam hebraica quam græca, vel syriaca verba in Missa vsurpantur, & ibidem de eorum significatione.

Cap. XIII.

Illud

Illud in super haud omittendū duximus, quod facit ad quarundam vocum cognitionem, quæ ut peregrina, inter sacra faciēda à pluribus frequentantur sacerdotibus, quam intelliguntur. Sunt enim verba quadam hebraica, quadam græca aut syriaca. Hebraica & syræ, teste diuo Hieronymo ad Marcellam, ideo immutata ab initio manserūt, quia vel interpretes, vel Apostolici faciendū minus curarunt, ut quoniam primum religio apud Iudæos, velut supra demonstrauimus, cœperat, nihil ad credentium offensionem inuouarent, sed ita ut à puero imbiberant, traderent: postea verò quàm in vniuersas gentes Euangelij sermo dilatatus est, non potuisse semel suscepta immutari, idem auctor est. Cuius etiam rei Origenes rationem reddens, asserit propter vernaculam cuiusque gentis linguam, non posse verba quamplurima ita apud alios sonare, ut apud suos: ac multò propterea melius esse, quàm trās lata ponere, quàm illorum vim interpretatione tenuare. Hac ratione Græcos primò vocabula illa hebraica suis commiscuisse, par est credere, ut pote desperātes posse se absolutum sensum suo sermone reddere, & sic nos quod nihil deinde plus ausos, & hebraica & græca permisisse stare. At qui id consultò factum non nemo falsè putat, quò ad imitationem eius tituli, qui super crucem Seruatoris positus fuerat, perinde Missa triplici lingua consisteret, ac illum scriptū fuisse hebraicè & græcè & latinè tradidit euangelista Ioannes. Sed

E f s ian

iam ad interpretationem ipsorum verborum agrediamur. Iesus hebraum nomen, ut Hieron. in dicit, apud nos Servatorem significat. Christus ex mystico chrismate unctus dicitur, quem Iudaei Mesiam appellant. Idem dictus est Nazareus, id est, sanctus siue consecratus, vel à Nazareth oppido Galilee, in quo est genitus, & nutritus. Item Emmanuel, quod hebraei est verbum, & Nobiscum Deus. Rabbi, idem ac dominus siue magister, vel praeceptor: nam apud Hebraeos, à multitudine scientiarum dicta est vox. Paracletus graecum verbum: id est, advocatus, & significat advocatum, doctorem, hortatorem, consolatorem. Sic Servator pollicitus est mittere paracletum, hoc est, Spiritum veritatis, qui discipulos doceret. Et illud notissimum est, paracletum per e scribendum in penultima, eamque producendam: nam si legeris paracletum per y, in penultima, facies Christum sceleratorum confocium qui suis discipulis promisit fore, ut pater eius nomine, talis ad ipsos mitteret doctorem: quippe paracletus apud Graecos nomen est impositum à νὰρ πρόκλησις, quae praeter, & παρά, quod celatrem, ineluctumque significat. Ergo cum ea praepositio hoc loco praefine ponatur, & cum νὰρ coniuncta, praeterquam sine fama est, ac plane infamis, non vix convenit. Christi promissioni. Imò atque adeo hinc videre licet, quam parum rectè faciunt sacerdotes qui ita apud omnes christi Joannem legunt: seu quam turpiter peccent, qui etiam de errore moniti, tantum abest

abest, ut velint rectè tenere viam, et scientes delinere, perinde quasi non curatis, cui Christus seles caper quicquid dicit: Ego sum via & veritas: sed consuetudini: quamvis depravatisserne observatores esse debeat. Bone Deus, et quid reliquorum numerum functionis ab eiusmodi expectari potest, qui ab aliis docti scire nihil volunt? Sane sic Simonem sic Iacobum penultima syllaba correpta pronuntiant, et si longa est, cum apud Graecos per ω, quod longum est, ea nomina scribatur. Ad prima redeo Pascha hebraei vocabulum, non graeci prout Hieronymus affirmat, & transitum sonat, quod Iudaei tunc ex Aegypto in patriam remigrassent. Epiphania graeci verbum, apud nos apparitionem vel ostensionem significat: hoc ideo, quia eo die Servator stella proditus est, & trigesimo deinde anno adhuc mundo ignotus, cum venisset ad Ioannem, ut baptizaretur, cognitus est, intonante de caelo patre, Hic est filius meus, &c. Itè Patercoste graeci quinquagenaria latine dici potest, quod usque ad hanc celebritatem à resurrectione Domini inter sint quinquaginta dies, ut infra fusius explicabitur. Scenopegia, vox composita, dicta est à figendis tabernaculis, quia in solitudine prisca Hebraei illis uss essent, & erat festus dies. Nostri perperam addunt aspirationem. Item encenia festi dies initiales, hoc est, dedicationis templi Kyrie eleison verbum compositum, ex κύριε, quod significat Domine, & ἐλεησον quod est miserere. Alleluia duo itidem verba & hebraica,

hebraica, atque idem, a claudate Deum. Itã enim, teste Hieronymo, ex decem non inibus, quibus apud Hebræos Deus vocitatur, unum est. Antiphona Græcis vox reciproca, quod vicissim canatur. Homilia Græcè, Latine dicitur colloquiũ, sermo. Canon græca, vox regulam significat. Hosanna, Hebræo sermone perinde valet, atq; apud nos, O Domine saluum me fac. Sabaoth hebraica quoque vox, & idem atque Latinis, Dominus omnipotens siue Dominus virtutum, aut exercituum. Eucharistia Græcis gratiarum actionem significat, sicuti euangelium boni nuntium. Psalmus & hymnus, utrunq; græcum ac alterum latine carnicum, alterum laus dicitur. Paradisus gratia voce, pomariũ, hoc est, hortus constitus pomis. Parabola græcè dicitur, latine comparatio, similitudo. Symbolum collationem significat, quia Apostoli, siue patres in unum contulissent, quod unusquisq; de Deo senserit. Petrus Græcis saxũ, velut Cephas syro sermone, soliditas, quod Petrus solidus fuisse in confessione veritatis, Phylacterium græcum vocabulũ, latine custodia dicitur, quod in iis seruetur memoria legis: sicut apud nos regula iuris habentur. Synagoga congregatio à nostris dicitur, nos etiam gratia voce ecclesiam vocamus. Mammona, ut probat Hieronymus, syriacus est nomen, singularis numeri, generis masculini, & apud nos diuitias significat. Ethnicus vox Græca & Latinis homo alterius sectæ. Profelytas, græci verbi, nobis aduenæ, sic enim

illum

illum vocabant Hebræi, quem ex aliena natione in sua legis consociationem receperunt. Scandalizare, græcum verbum, latine est offendere: sicut angariare persicum, & significat adigere, compellere. Golgotha syra est vox, non Hebræa: & Hieron. ostendit significare locum calui, siue caluarie. Ita dictus est locus Hierosolymis, ad septentrionalem partem montis Sion, quod in eo iacerent capita hominum damnatorũ. Corbana, quam etiam vocant gazophylacium, nomen ex lingua persica & græca compositum, & significat arcam, in qua seruabantur templi pecunia, seu munera qua vsui erant ministris: nam corban, ex testimonio Iosephi, quod in superiore libro citauimus, cum de radendo capite Nazaraorum sermo fuit apud Hebræos significat munus: unde corbana dicta videtur. Eleemosyna, largitio que inopi fit: græca vox, & misericordiam sonat. Gehenna locus erat in valle filij Ennon, in sorte tribus Benjamin, ubi filij Israël, erectis aris, sacrificabãt, ac filios exustos igni deuocabant, immolabantque demonio Moloch, quam Deus, ut apud Hieremiã legitur, comminatus est se mortuorum cadaueribus impleturum: apud nos, pro loco inferorum accipitur. Diabolus græcum verbum sonat delatorem, siue calumniatorem. Beelzebub. Hieronymus docet idem esse bel, beel, & baal, & Hebræis idolum, & Zebub musca, quasi dices idolum musca, ἀδωλον enim simulachrum significat, & sic hoc nomine spurcissimum fuisse idolum.

idolum. *Abyssus* graeca vox, latine vorago dicitur. *Phantasma* Graecis, visum per somnum videre est, latine spectrum dicitur. Sed ne per hanc peregrina longius gradientes, visum etiam nos videre videamur, iam ad finem veniamus. *Amen* vox hebraea est, latine quo, sicut declarat *Aquila*, vere, siue feliciter, vel fiat: Hieronymo teste in *Psalmos*, ubi ait, *Fiat, fiat*, Hebraeis legitur *Amen amen*. Erat quippe germanum confirmileque *Hebraeorum* institutum, in veterum religione, *Felicitas*, quod supra ex *Apuleij* lectione constat, atque hoc *amen*, quo significatur, ut ea quae supra sum verè dicta, confirmantur. Super ea re extat *brunonis* epistola dicitur Hieronymi ad *Marcellam*.

Hæc paucula libuit exponere, ut unicuique rem divinam facturo, obuia esset eiusmodi verborum significatio.

LIBRI QUINTI FINIS.

POLY.



POLYDORI VER

GILII VRBINATIS

de inuentoribus rerum

LIBER VI.

De pio poenitendi initio, atque duplici poenitentiae, quam vocant, genere, & de primo confitendi delicta instituto, & qualis sit publica confessio, ac ibidem de triplici purgatione praecorum.

Cap. I.



**P**incipium religionis Christiana cum vocatione Christi, & regum, item originem & exitum coniugij sacerdotalis, & modum contrahendi, ac ritum sacrificandi, cum apud Hebraeos, tum apud nostros, iuxta & orandi, & quantum mortalibus ipsa Christiana religio profuerit, superiore libro exposuimus: ita idcirco & alia quae ad institutum pertinent opus differamus. Primum omnium scire licet poenitendi initium à Deo profectum esse, qui ita pro sua erga nos miseros mortales misericordia, factum voluit, quod probat atque affirmat *Tertullianus* in eo lib. quem de Poenitentia, quam vocamus, composuit, ubi inquit, Omnibus delictis  
 seu

seu carne, seu spiritu, seu facto, siue voluntate commissis, qui poenam per iudicem destinavit, idem & veniam per poenitentiam spondit, dicens ad populum: Poenitere, & saluum faciam te. Et iterum: Vno inquit Dominus, & poenitentiam malo quam mortem. Ergo poenitentia vita est, cum proponatur morti. Et pergit: Bonum est poenitere, an non? Quid reuoluis? Deus precipit. At enim ille non precipit tantum, sed etiam hortatur. Inuitat premio ad salutem, iurans etiam. Vno dicens, cupit credi sibi. O beatos, quorum causa Deus iurat! Huc vsque ille. Hinc homines poenitenda ceperunt sese Deo de peccatis purgare, vt in Leuitico est cap. s. Deinde Seruator noster, vt nos ex omni parte immortalitate donaret, postremo portionem salutis caelestemq; partem nobis propinavit, apud Ioan. Euang. cap. 6. dicens: Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Et pergit: Qui edit hunc panem, viuet in aeternum. Verum quia non decebat, vt quisquam non mundus tam purum ne-ctar haurire, tamque salutare ambrosiam esse auderet, idcirco Apostolus docuit, vt accedendum esset ad ea sumenda, inquit: Itaq; quicumque ediderit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem homo seipsum, & sic de pane edat, & de calice bibat: nam qui edit aut bibit indignè, iudicium sibiipsum edat, & bibit, &c. Sed quomodo proba

probabit se homo, cum nemo possit esse tam prudens, iam sagax, quin aliquando labatur? Quod Deus opt. max. sciens, pro sua benignitate aperuit nobis porum salutis, vt huic necessitati, cui fragilitas carnis subiecta est, medicina poenitentia subueniret: nam praecursorem misit Ioannem Baptistam clamantem, Poenitentiam agite. Attende, hoc loco spiritualis poenitentia tractatur, quia omnis nostra vita aliud nihil esse debet, nisi poenitentia, qua facit, vt quis velut ait Apostolus, transformetur per renouationem mentis suae, & ad se reuertatur, dolendo peccatum suum, discente Seruatore: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Et hoc interior est, ac euangelica dicitur poenitentia, cuius fructus est exterior, qua agitur per corporis afflictationem & voluptatum contemptum, atque ut ista facta, uti in hypocritis apparet, ita illa non, nisi vera, esse potest. De eameminit Tertul. in libello Definit. dog. eccl. Poenitentia vera est, inquit, poenitenda non admittere, & admissa deslere. Satisfactio poenitentia est, causas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. ~~Non est enim poenitentiæ est, vt ab amore virtutis, non à vitij odio, te incipias poenitere. Exempla causa: Amato castitatione, in ea que acquiescitur, tunc tibi statim potest turpioris imperantis odium sua sponte oborietur. Id modi poenitendi praescilbitur. Psalmo quadiagesimo quarto: Dilexisti iustitiam & odisti~~

Gg. i iniqui



iniquitatem. Atque hoc pium est poenitendi in-  
 ritum. Exposito igitur agunt, qui à peccato in-  
 choant poenitentiam, quia illud metu poenae, non  
 virtutis amore, qui vitiorum omnium fuga est, fa-  
 cere videntur. Quapropter Christus cum velle-  
 di discipulis verum integritatis exemplum monstrare,  
 confuevit puellum longe innocentissimum in me-  
 dio statueret, ubens aut similes illius efficerentur,  
 faceret in gradi in regnum caelorum, quo en-  
 sis praesentis virtutis imagine, ad poenitendum  
 beateq. viuendum facilius induceret. Si quis igitur  
 aut cupiditate victus, aut libidine impulsus,  
 aut errore deceptus, aut vi coactus ad iniustitiã  
 lapsus fuerit, non desperet: potest enim per hunc  
 modum reduci ac liberari, si poeniteat actorum,  
 & ad meliora conuersus satis Deo faciat, & ita  
 respiciat, quod & errati pigeat, castigetque seip-  
 sum stultitia, & confirmet animum suum ad re-  
 ctius viuendum: quoniam sicut nihil prodest ma-  
 lè viuenti antea cta vita probita, quia superue-  
 niens nequitia, iustitia facta delet: ita nihil of-  
 ficiunt peccata vetera correctio, quia superue-  
 niens iustitia labem vitæ prioris abolet. Vtrum-  
 que ipse Dominus apud Ezechielem nobis de-  
 nuntiat: Si impius egerit poenitentiam, omnium  
 iniquitatum eius non recordabor: si autem auer-  
 terit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquita-  
 tem, omnes iustitia eius quas fecerat, non e-  
 rūt in memoria. Atque ita vltima facta aut no-  
 bis bono, aut malo sunt. Sed propterea quod ni-  
 hil

hil prodest inclusam habere conscientiam, quia  
 patemus Deo, idcirco postquam satis delictorum  
 nos poenituit, deinde oportet vltro aperire ani-  
 mum, & perniciem vitiorum ipsi Deo, qui me-  
 deri, & veram atque perpetuam sanitatē red-  
 dere potest. Appetenda est hæc omnibus medici-  
 na, quoniam maiore periculo versatur anima  
 quam corpus. Et quia Seruator noster vt hu-  
 mana indutus persona, vbi que nobiscum presens  
 esse diu noluit, proinde sui vicarios constituit ho-  
 mines mortales, id est, Apostolos ac discipulos  
 suos comprimis, quibus dixit: Quorumcunque  
 remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum-  
 cunque retinueritis, retenta sunt: vt illis nostra  
 confiteremur delicta, tanquam veris iudicibus,  
 & ab ijdem aliqua affecti poenae, per diuinam  
 gratiam remissionem acciperemus. Ante Chri-  
 sti aduentum, sat erat mente fateri Deo com-  
 missa, clamante propheta: Dixi, confitebor ad-  
 uersum me iniustitiam meam Domino, & tu re-  
 misisti impietatem peccati mei. Et istuc exemplū  
 confitendum delictorum ab Adam & Cain e-  
 ius filio, qui se peccasse coram Deo non nega-  
 sent, editum esse ad imitandum. Tertull. lib. ad-  
 uerfus Marcionem secundo docet. At istiusmodi  
 confitendi peccata principium fuisse non incer-  
 tum habetur, quod querere & inuestigare no-  
 stra sunt partes. Sed postquam Deus ipse nostra  
 salutis causa factus est homo, necessum fuit ho-  
 mini, qui eius locum in terra tenet, aperire pe-  
 nis

Etus, & totam nudare vitam, per confessionem, qua conscientia vox est, uti maveremur veniam, quam IESVS Christus per passionem suam nobis impertitus est. Atq; hoc apud nos Christianos fuit primum confessionis institutum ad quod beatum Iacobum alluisse ferunt, cum dixit: Confitemini invicem alius alij delicta, & orate pro vobis invicem, ut sanemini. Ille sic nos Deo reconciliatos voluisse videtur, ut remissis vicissim offensis, amicitia inter nos viveremus. Fuit illa omnino confessio, quam publicam vocant, qua postea, ut quidam, quibus omnino plus sapit palatus quam cor, tradunt, exemplo patribus fuisse videtur, ut secretiorem instituerint, qua, priore ommissa, nunc utitur maxime necessaria, quando peccata, cum corporis tum animi vitis facere labentes: Deo semel atque iterum reconciliamur. Verum tamen ego affirmare ausim, huiusce secretioris confessionis auctorem fuisse Christum, qui, quem admodum supra ostendimus, auctoritatem fecit Apostolis remittendi pariter atque retinendi aliorum peccata. Quia sane potestate ex quo illi peccata uti potuissent, nisi iam tum mortales coepissent eis de suis confiteri delictis? Quippe solus Deus scrutator est humani cordis, ex quo omnia ferè mala qua ab homine in hominem precipitantur, iugiter manant: quod & factum esse testatur Lucas in Actis, cap. 19. qui postquam ostendit filios Scævæ Iudæi principis sacerdotum ausos fuisse invocare nomen domini Iesu, super eos, qui haberet

spiri

spiritus malos, quem admodum Paulus faciebat, & ab auctoritate fuisse ab homine spiritum venato, inquit: Hoc autem innotuit omnibus Iudæis simul & Græcis, qui habitabant Epheso, & incidit timor super illos omnes, & magnificabatur nomen domini Iesu, multique credentium veniebant, hoc est, ad Paulum confitentes, & annuntiantes facta facta. Et hac vera confessio, & incipit secretioris confessionis fuit. Quare parum omnino prudentis, ne dicam sponte errantis est, aliter vel credere seu tradere, cum eiusmodi argumento rei nihil profectò videtur esse probabile. At sunt, qui scribant, confessionem hanc apertam fuisse, qui necesse est, vel intelligat esse eos homines de manifestis actibus confessos, quares confessionem non requirebat, vel non intelligant quod dicunt: si enim de occultis delictis palam confessi forent, iam tum ansam dedissent inimicis ad obijcienda sua sibi facinora cum dedecore, quod morte magis vir sane mentis fugere debet: ex quo confessionem minime apertam fuisse satis constare potest. Atqui controversia de nostra confessione secretiori ex eo orta videtur, quod eius Tertul. scriptor antiquissimus nihil meminerit, id quod tamen admirationem efficere minus deberet, quia res nova ac in nonnullis Ecclesiis adhuc inusitata, haud statim potuit in animos hominum generatim irrepere, cum praesertim per pudorem non facile liceat admissa cuius prodere. Caterum ut modus confessionis

priscorum diluereat, Tertulliani, qui de ea re ludenter agit in libro quem de Pœnitentia scripsit, verba subiiciam, quæ eiusmodi sunt: Is actus qui magis græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, exhomologesis est, quæ delictum Domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quantenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaq; exhomologesis prosternendi & humiliandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordia illicem. De ipso quoq; habitu atq; victu, sacco & cineribus cubare, corpus sordibus obscurare, animum moribus deicere; illa quæ peccauit, tristi tractatione mutare. Caterùm passum & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animi causa. Plerumq; verò ieiunij preces alere, inmiscere, lachrymare, & mugire dies noctesq; ad Dominum Deum tuum presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ iniungere: hæc Tertul. Mos isto talis confessionis flebilis & lamentabilis etiam nunc in die præsertim dominica cœna, multis in Ecclesiis obseruatur, qui proculdubio hinc acceptus est. Postremò sequitur, ut satius Deo faciamus: quod sit cum iussu sacerdotis, cui fussi sumus commissi, facimus fructus, uti Ioannes prædicabat, qui deceant pœnitentiam: nam, uti Cyprianus ait, pœnitentiam ille agit, qui diuinis præceptis mitis & patiens, & sacerdotibus Dei obtemperans,

rans obsequiis suis & operibus iustis Dominum promeretur. Atqui Innocentius tertius cõstituit, ut qui iam doli capaces esse cœpissent, si non sapius, at semel quotannis confiteretur peccata illis sacerdotibus, qui eorum animarum curam haberent. Atq; hic est vera purgationis modus, ut quod dicto factõve quotidie peccamus, illud pura conscientia voce, pijsq; actibus expiemus, non autem Iudaico ritu, arietis sanguine, aut more priscorum, teda, sulphure, vel aqua. In sacris ferè omnibus Ethnicorum tres erant ista purgationes: nam aut teda purgabantur & sulphure, aut aqua abluabantur, aut aère ventilabantur. Triplicem purgationem Ouidius notat illo versu:

Terq; senem flamma, ter aqua, ter sulphure,  
lustrat. Et Virgilius idem:

--Ter socios pura circumluit unda,  
Spargens rore leui & ramo felicis oliua,  
Lustrauisq; vires.

Item ouum usurpabant. Iuuenalis:

Nisi centum lustrauerit ouis.

Sic & in hoc delirabant, non enim corpus, sed animus est purgandus, utpote cuius absque nutu, atque reuotu, nemo quiquam sit nocens.

Qui primi instituerint horas canonicas, ac sanxerint, ut psalmi à choro alternis canerentur, ac quàm parùm frugifer sit cantus in domo Domini mollior atq; delicatior,

& ibidem de origine chori, & qui diuorum vitas scripserint.

Cap. II.

**P**Reces horarias siue canonicas, quas vocant, Hieronymus primus, Eusebio Cremonensi & plerisque aliis qui cum eo vixerant instituisse fertur, quibus diuina in templis laudes canerentur, ut ex sacra patet historia, quas patres deinde receperunt imitati carmen Dauid: Septies in die laudem dixi tibi. Sunt autem quatrada, & in primis diuus Cyprianus, morem celebrandi, primam, tertiam, sextam, & nonam horam à Daniele sumptum, quod ille ter in die positus humi genibus, patrio ritu mane, hora sexta & nona precari consueuisset. Ita, teste diuo Hieronymo, tria sunt orandi tempora: mane, id est, hora tertia, cum spiritu sancto afflatus sunt Apostoli: sexta cum edendum est. Sic Petrus Apostolus vults cibum capere, ascendit circa horam sextam in coenaculum, orandi causa; nona, tum idem Petrus & Ioannes perrexerunt ad templum, precandi gratia. Fuit vel illud priorum institutum, cum apud illos sic oraretur, teste Apuleio qui lib. II. ita scribit: Rebus iam rite consummatis, inchoata lucis saltationibus religiose primam astantias horam persbrepunt. Marutinus preces uocet hoc loco Apuleius non inolegantes salutationes, ostenditque modum orandi diuini in horis sacrificiis legitimum fuisse. Postea quod satis constat,

stat, Pelagius secundus decreuit, ut ipse septem canonica hora quotidie à sacerdotibus recitaretur, velut praesens remedium humana imbecillitati futurum, quod sicuti iustus septies in die, quem admodum ait Salomon, forte per inconsiderantiam cadit, ita per orandi curam toties resurgat, conualeatque. Singulis autem horis Gregorius praefationem dedit initium psalmi Dauid, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina: subiicitque hymnum illum, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: de quo alibi dicemus. Ut totidem etiam hora in honorem deiparae Virginis quotidie recitarentur, instituit Urbanus secundus in concilio, quod in Gallis ad Claramontem habuit. At Hieronymus rogatu Damasi digessit psalterium quod vocatur, id est, psalmorum librum, in septem partes, ad numerum dierum unius hebdomadae, ut quilibet dies certum psalmorum numerum haberent, qui caneretur: quod ita distinctum nunc ex ipsius Damasi decreto in omnibus templis legitur. Fertur idem pontifex omnium primus hymnum Gloriae patri, & caetera, qui tribus diuinis personis redditur, ad extremum quemque psalmum adiecisse, quem in Niceno conuentu prius editum, memoria praeditum est. Item primus instituit, ut chorus alternis vicibus psalmos caneret: quoniam non nemo tradit, id antea ab Ignatio episcopo Antiocheno institutum fuisse, quippe qui per quiete audiuisset angelos ad eum modum vicissim psalmos conci-

nentes: id quod unus vel alter à David mutua-  
 tus esse videtur, qui, teste Iosepho lib. Antiqui. 7.  
 dicitur septem constituisse choros, & eos canentes  
 ac precedentes ipse subsequutus, dum arca Hiero-  
 solyma deportaretur. Vel Asaph imitati sunt,  
 qui, ut supra diximus, etiam apud Hebræos, au-  
 ctor fuit ordinis eorum qui psalleret. Fuit omni-  
 no iam inde ab initio mos nostris concinere de re-  
 bus sacris, dicente Tertulliano ad uxorem: Quid  
 maritus tuus illi, vel marito quid illa cantabat?  
 Id hodie apud Germanos cum primis seruatur.  
 At diuus August. lib. Confessionum 9. ait Am-  
 brosium Mediolanensem antistitem hinc canendi  
 hymnos & psalmos morem primiti apud occidē-  
 tales instituisse populos: quod non vtiq; multum  
 abhorret à sententia eorum, qui Damaso assi-  
 gnant: nam cum ambo per idem tempus fuerint,  
 & quod unus coepisset, ab altero ratum haberi  
 oportuerit, non iniuria & ambo eius rei aucto-  
 res dici possent. Verum quantum iam tunc illud  
 institutum an illo esse coepit, idem August. lib.  
 suorum Confessionum 10. planum facit: quippe  
 qui à Deo veniam petit, quod diligentibus cantū,  
 quam sacrorum verborum peritus attendisset.  
 Sed hodie nihil plus à republica nostra esse ap-  
 pareret, quando cantores nostris in templis con-  
 stiterunt, ut nihil præter vocem audiantur, & qui  
 inter sunt eiusmodi quicumq; concentu, quo eorum  
 aures maximo contentent, concemi, de vi. verborum  
 minima curant. Unde et ventum est, ut apud  
 vulgus,

vulgus, annis fera diuini cultus ratio in istis cō-  
 taxibus sita esse videtur, quos bona pars populi  
 ut audiat in sacra, et des velut in theatrum cō-  
 currit, eos pretio conduxit, eos fouet, eos deniq; fo-  
 los domini Dei ornamento esse existimat. <sup>† ca</sup>  
 molliores & deliciares in cātn flexiones & si-  
 cta vocula vulgus magis delectant, quam certa  
 & plana ei gratior est sonus, qui tremulo è gut-  
 ture funditur, quam qui cum gravitate editur.  
 Quare dubio procul ex religionis usu foret, ita  
 constituere, ut canentes hymnos modularè dis-  
 tinctèq; more ferme legentium pronuntiarent,  
 eo quidem sono, quo nunc apud nos in Canone  
 sacro, præfationes & dominica precatio canitur.  
 Quod diuus Athanasium Alexandrinum epi-  
 scopum olim in diocesi sua fecisse Augustinus in  
 prænotato lib. attestatur, atque magnopere lau-  
 dat. Chorus autem multorum vocibus constat,  
 ita ut ex pluribus una reddatur, fiatq; concertus  
 ex dissonis: auctor Seneca, & Macrobius. Chorū  
 à chora, id est, lætitia, dici autumat Plato lib. 2.  
 de Legib. Ego verò dixerim huiusmodi canitica  
 bene magna ex parte, à veteribus ad nostras ca-  
 remonias esse translata apud quos ad symphoniam  
 sacrificabatur, teste Lirio lib. ab Urb. cond. o. ubi  
 ait tibicines solitos præcitera sacrificiis. Sed vel  
 id planius facit pes spondens, ita dictus, quod  
 in sacrificiis libantes eo maxime uterentur, nam  
 Greci σπονδῶν libamina appellant. Numa  
 Pompilius hunc pedem pontificum nuncupavit,  
 cum

cum spondei melos, id est cantu, patrios placaret, indigeret. Præterea thure incensis altaribus, tibicinem spondeum canere iubebant, ut duabus loquigis symphonijs quasi duplicibus & iugibus vocibus, prospera deorum voluntas firmaretur. Sic Cicero tradit pudicam mulierem, cum violenti iuvenes eius fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret: quod cum illa fecisset, tarâitate modorum & gravitate canentis, illorum furorem confedasse. Meminit & huius rei Quintilianus in 1. de Institut. oratoria. Sed ad Damasum redeamus. Is quoque instituit, ut ad singulas horas canonicas recitaretur, pressa tamen voce, symbolum, quod ad differentiam Niceni symboli, vulgò breuius & Apostolorum appellatur, quamvis certus sit, ut multi tradunt, istud non illud, in Niceno concilio editum. Vitalianus verò canendi modum inuenit decentissimum, quo hymni sacri canerentur, quod ante eum Gelasio & Gregorio etsi non nemo assignat, adhibuitque ad eum organa. De eiusmodi musico instrumento assatim tradidimus supra lib. 1. cap. 15. cum de instrumentis musicis dictum est. Vitus diuorum quas lectiones appellamus, Paulus Diaconus & Isuardus monachus circiter annum salutis DCCC. rogatu Caroli magni scripserunt. Et quoniam cum aliis, tum præsertim imperate Diocletiano, Damasus & Eusebius testantur, ad decem & septem Christianorum millia, diebus tantum triginta, per diuersas prouincias afflictâ

afflictâ supplicij fuisse, difficile erat singulorum vel vitas describere, vel diem festum cui libet dare: illi propterea composuerunt lectiones, quas appellamus, quas martyribus pluribus, confessoribus, quos vocant, vel virginibus conuenirent, quas patres de concilij sententia postea comprobant, certisq; diebus qui ipsi diuis sacri haberentur, recitari inter horas canonicas mandant. Posthac quidam putantes fore ut quis in multiloquio suo facilis exaudiretur, preces alias instituere, quadam mutuati ab his canonicis, quas ad distinctionem suarum, Romanas appellarunt: nam Benedictus suis monachis certum orandi modum præscripsit: item Bernardus suis, Dominicus suis. Quin & singuli prouinciales antistites idem fecerunt, ut hodie alij alias preces vsurpent: & id factum sit, vel Romanorum pontificum consensu, qui nihil respicere voluerunt, quod diuinitas angeret cultum, tamen si Christo breuior, non ita longior, precandi modus præbatur.

De initio ieiunij, & primo elemosynæ vsu, ac ibidem quale verum sit ieiunium, atque de ieiunij a duentus, quem vocant, & quadragesimæ vario primordio, & vnde dicta sit, ac feriæ quartæ cinerum, quatuorq; temporum instituto.

**D**ocet diuus August. in sermone 59. de Tē-  
pore. ad fratres. precibus. de quibus iam a-  
bundè supra diximus. duas esse alas annectēdas.  
ieiunium & eleemosynam. hoc est. ut uolamus.  
largitionem misericordia causa inopi factā. qui  
celerius in cælum aduolare. id est. Deo longè ac-  
ceptissima fieri queant. quia bona sunt illa pra-  
ces. uti in Tobia est. quas ieiunium & eleemosy-  
na comitatur. Ieiunij initium ab orbe statim con-  
dito factum est. cum primis nostris parentibus in  
amœnissima terra parte. cui paradisi gratia uo-  
ce nomen fuit. constitutis interdicta est arbor. a  
qua abstinerent. ut sic obtemperando beatissi-  
mam vitam degerent. malorum omnium exper-  
tem. terra sua sponte ferente omnia. & Deum  
creatorem suū spiritu. uti minus mole corporea  
onusto. facilius colerent. Imò. ut Ambrosius ait.  
primus mundi usus coepit à ieiunio. qui in lib. de  
Helia & ieiun. ita scribit: Quinto die produxe-  
runt aqua repentina animarum. & uolatilia uo-  
lantia super terram. & adhuc seruabat ur ieiun-  
nium. Sexto die bestia sunt creata. & cum be-  
stias orta edendi potestas. & usus escarum: inde  
lex de ieiunio lata est. poenag. violatori indicta.  
dicente mandato Dei: De ligno quod est scientia  
boni & mali. non comedetis: qua die autem edi-  
ritis. ex eo morte moriemini. Haftenus Ambro-  
sius. Ita nihil prius Deus praescripsit homini.  
quam ut abstineret. Atque ieiunij talis fuit  
origo. Verum abstinentia haud diuturna in pa-

rentibus fuit: non multò post commiserūt. ut al-  
texam. credo. precationum aliam experiantur:  
qua propter dum in cælo esse sibi uidebantur. a-  
mœnissimo domicilio seaeq. illa beatiore expulsi.  
se se nudos subito repererunt. ac tum primum a-  
lienis opibus egentes. à Deo polliceas tunicas acce-  
pere. quibus operiretur. inde rerum omnium ma-  
gis indigentes solum laboriose uertere. & per su-  
dorem ac arumnam vitam agētes. expectare fru-  
ctus terra. qua iam cohibita nihil uideri amplius  
ferebat. coacti sunt. Subijt & morbus. steterēque  
coeperunt frigora & astus insueta corpora. sicuti  
oraculum praedixerat ea uita incommoda adēn-  
da esse si minus diuina legi paruissent. Et hinc  
simul eleemosyna usus esse coepit. qui inter omnes  
gentes tantum deinceps increbuit. quantū pau-  
peries semper serpsit. Sed hanc non uero humani-  
tatis uel liberalitatis genere metiri licet: quod-  
cūque enim charitatis officium in alterū presta-  
tur. id eleemosyna est. Exterum Moses primus  
eleemosyna danda usum introduxit. dicens. ut  
in Deuteron. extat: Non deerunt pauperes in  
terra habitationis tua: idcirco ego precipio tibi.  
ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi.  
qui tecum uersatur in terra. Quod uel Christus  
approbavit. cum inquit: Date eleemosynam. &  
ecce omnia munda sunt uobis. Et rursum alibi:  
Vendite qua possidetis. & date eleemosynam.  
Magna nempe uis eleemosyna. cum in ea tam  
bene omnia bona nostra loca uelic. Seruator.

Sed quibus danda sit, audi diuū Hieronymum, cum Seruatore docentem, & dicentem, Vade vè-  
de omnia tua & da pauperibus. Pauper non v-  
tiq; ille, qui mendacitate & squallore cooperitus  
est, & tamen non recedit à vitijs, sed qui bonus  
est: hac Hieron. & Solomon: Da misericordij, &  
ne suspicias peccatorem. Illis igitur, teste etiam  
Ambrosio, quos scimus ignauid potius, quam ex  
necessitate ostiatim de cibo rogare, debemus con-  
sulere, ut bene agant, ac eos obiurgando compo-  
nescere, ut sine vita ignauidia velint in sudore  
vultus, sicut diuina iubet iustitia, & quaritare  
victum, & esse panem suum. Et hac ut magis pia  
& salutarior elemosyna, spiritualis nuncupa-  
tur. Est tamen communiter danda elemosyna  
omnibus egentibus, quando ea non tam accipien-  
tibus, quam dantibus prodest. Sed de ieiunio  
iam agamus. Manauit & illa ieiunij ratio ad  
pastes: enimvero carnis ac vini vsus ab Adam  
ad Noë vsque ignotus fuit, ut infra ca. 6. demon-  
strabitur. Cibo se abstinuit Moyses 40. dies, ut di-  
gnus esset, qui legem acciperet à Deo, neq; enim,  
sicut Ambros. in eodē libello de Ieiunio ait, intro-  
isset in nubem, & vocem Domini loquentis de  
medio igne sine periculo audiuisset, nisi munus  
armis ieiunij fuisset: quippe quod vitiosas corpo-  
ris partes cōprimit, hominēq; puriorem reddit ad  
res diuinas tractandas. Deinde abstinuit Helias,  
& postremò Seruator noster dies totidē. Itē Nimi-  
uitis Iona propheta operā & cohortatione, poeni-  
tentiam

sententiā per ieiunium venia datur. Itā Iudæi  
abstinere consueverunt, quoties à Deo opem ad-  
uerfus calamitates implorare, aut eum iratum  
placare, vel aliquid vsui vitæ necessarium roga-  
re, seu acceptorum beneficiorum memoriam red-  
integrare, vel dies festos agere voluissent. Demū  
Christus & ieiunium obseruandum esse, & ieiunij  
modum docuit, cum apud Mattheum cap. 6.  
dixit: Tu verò cum ieiunas, unge caput tuum, &  
faciem tuam laua, ne conspicuum sis hominibus  
te ieiunare, sed patrituo, qui est in occulto: & pa-  
ter tuus qui videt in abscondito, reddet tibi in propa-  
tulo. At ieiunio videtur nomen ineditum ex inte-  
stino, quod ieiunium dicitur, quia teste Cornelio  
Celsolib. 4. nunquam quod accipit, continet, sed  
proximi in inferiores partes ventris mittit: hoc  
argumento, ut more ieiuni intestini, minus nos  
cibus oneremus, cum abstinemus, quod pro-  
priura continentia est. Verum autem ieiunium  
seruat, non qui à carnibus tantum carnæque  
abstinet, id quod vulgus absolutum ieiunium ex-  
istimat, sed qui simul & affectionibus aliquat  
admit; ut minus permittat irā, quam solet,  
minus superbia, minus cupiditati; nihil volu-  
ptati, ac patienter ferat, si quid aduersi in-  
ciderit. Hac omnia Epictetus Stoicus duobus  
verbis quæ frequentissime usurpabat, pulcher-  
rimè comprehendit, Sustine, & abstine. At Ori-  
genes in hanc quoque sententiam, Vis, inquit,  
ostendam, quale te oporteat ieiunare ieiunium

Et h. mium



niunt ieiuna ab omni peccato, nullū cibum san-  
mas malitia, nullas capias epulas voluptatis nul-  
lo vino luxuria concalescas, ieiuna à malis acti-  
bus, abstine à malis sermonibus, contine te à co-  
gitationibus pessimis, noli contingere panes fur-  
tivos peruerſa doctrina, non concupiscas fallaces  
philosophia cibos, qui te à veritate seducāt: tale  
ieiunium Deo placet. Ut igitur ad hanc anti-  
quam messē sapius vigilaremus, ut ad cal-  
ſtium bonorum gustum emiteremur frequētius,  
Apostoli volentes Christianos imitatu-  
ros seruatores abstinentiam instituerunt in quadra-  
ginta dies ieiunium ante pascha seruandum. Illud  
esse verum testis est diuus Hieron. in epist. ad  
Marcellā aduersus Montanum, qui plures qua-  
dragesimas seruandas predicabat scribens: Nu-  
mquam quadragesimam secundum traditionem  
Apostolorum tempore nobis congruo ieiunamus,  
illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi  
tres passi sint. Seruatores, non quō & per totum  
annum, excepta Pentecoste, ieiunare non licet,  
sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate mu-  
nus offerre & reliqua. Imò si Chrysoſtomo cro-  
niamus, ipſius Christi institutum esse videtur, qui  
homilia 10. in Genes. de ea re ita scribit: Nam  
quemadmodum in vijs publicis sunt stationes &  
diuerticula, in quibus fessi viatores & respi-  
rant & quiescunt, ut alacrius postea iter suum  
conſiciant: & sicut in mari sunt portus, ut in eis  
se recipiant nauigantes, dum venturorum impetu

conquiescat & sic iterum nauigare incipiant: ita  
& nunc his qui in hac quadragesima ieiunij  
cursum susceperunt, quasi stationes & diuerticula,  
& portus, per duos hebdomada dies, Dominus  
quietem largitus est, ut & corpori aliquantulum  
ieiunij labores remittant, & exactis duobus illis  
diebus, in pulchrè cepto itinere alacriter pergāt.  
At non nemo Telesphoro illud primò assignat, &  
quidem falso: nam Telesphorus auxit potius die-  
rum numerum, quàm eius instituti fuit auctor,  
qui fertur constituisse, ut per septem hebdoma-  
das, ante pascha ieiunium obseruaretur. Hoc tē-  
poris spatio computantur quinquaginta dies, qui-  
bus quotidie, ne uno quidem prætermisso, iei-  
unio corpus edomandum erat: siquidem ex de-  
creto Melchiadis perspicue apparet, nullos tum  
Dominicos dies à ieiunio vacuos fuisse: ille enim  
peraiu postea sanxit, ne Dominico, ne ve quinto  
hebdomada die ieiunium celebraretur, quod eos  
dies idolorum cultores quasi sacros agerent. Sed  
hoc posteriùs paulatim obsoleuit. Illud verò sus-  
perius iam ante Melchiadem in vsu erat, dicen-  
te Tertul. in li. de Militis corona: Die Dominico  
ieiunium nefas ducimus: eadem immunitate à  
die pascha, usq; ad pentecosten gaudemus, &c.  
Verū ita fortè accidit, ut institutum iam inter-  
missum, à Melchiade renouatum fuerit. Qua-  
re Chrysoſt. eos ipsos dies, ut suprà ostendimus,  
à Domino datos ad recreandum corpus, rectè af-  
firmare videtur. Ad hunc denique modum Te-

leſporus non inſtituit quadrageſimam, ſed ad  
 eas unam addidit hebdomadam, qua ſacerdo-  
 res duntaxat, ultra alios abſtinerent, ut illi qui  
 ſanctiorum eſſe debent, vel in hac obſervatione  
 ſancta, aliquid plus quam reliqui abſtinendo  
 praſtarent. Poſthac Gregorius ſcripſiſſe fertur Au-  
 guſtino Anglorum antiſtiti, ut curaret, quo An-  
 gliſi quoque ſacerdotes ſecundum Teleſphori de-  
 cretum, ieiunium ſeruarent. Et id temporis ſpatium  
 quinquageſima dicitur, ſicut late patet in Canon.  
 decretis, ubi de ieiunio agitur: Et id inſtitutum  
 deinde Aurelianenſis concilij auctoritate anti-  
 quatum. Caterum unde dicta ſit quadrageſima,  
 Et quod habuerit principium, facile ambigitur.  
 Etenim longo iam uſu venit, ut quadrageſima  
 abſolute ponatur pro eo x l. dierum ſpatio, qui  
 ſunt ieiunio ſacri, ſed quam latine neſcio, niſi  
 dicitur, quia ordine eſt dies quadrageſima ſacri  
 ieiunij, Et ſinis eiusdem: ac inde ſis nominetur,  
 quod ſit ultima dies ex quadraginta ſicut ſecun-  
 dus eſt ultimus ex duobus. Atqui ſunt nonnul-  
 li, qui iſtiusmodi partem temporis tanquam totius  
 anni decimam ſacro ieiunio darent: nam  
 cum annus conſtet ex ccc lxxv. diebus, ac ho-  
 ris ſex, decima pars eſt triginta ſex dies Et ne-  
 ſcio quot hora: Et quia deinde quatuor dies, ſicut  
 infra dicemus, additi ſunt, ex eo, eſt ſatis ineptè,  
 nomẽ compoſuerunt, ut quadrageſima nuncupa-  
 ta ſit, quaſi quatuor Et decima. At iſtuc ne ſom-  
 niũ noſtrum, cui ſimile eſt, fortè putes, ſcriptum le-

ges

ges lib. Diuinorum officiorum 6. Quadrageſimã  
 vero alij tã uſq; ab initio incipiebant eo die, qui  
 nunc eſt primus ipſius quadrageſima Dominicus  
 dies, ac ita continebat in ſe duos Et quadragin-  
 ta dies: alij uerò à ſecunda feria præterita hebdo-  
 mada, quod hodie noſtri monachi atque Narbo-  
 nenſes Galli obſeruant. Verum cum in eo x l. i.  
 dierũ numero ſex intereſſent dominici dies, qui-  
 bus ex ſcito Melchiadis, ſas nõ erat per ieiunium  
 abſtinere: idcirco D. Gregorius, quemadmodum  
 eodem in lib. patet, ut quadrageſimam redigeret  
 ad x l. dies ieiunio ſacros, addidit ad eum ipſum  
 numerum dies quatuor, uoluitque feriam quar-  
 tam præſcritam, eſſe caput quadrageſima, quam  
 multis cum cæremonijs, tum ſacris, ſanctam Et  
 celebrem facit. Primum enim in Miſſa legitur il-  
 lud Ioël propheta ſecundum caput, ubi de pœni-  
 tentia agitur: deinde aliud Matthai euangeli-  
 ſta, quo uerè ieiunij modus præſcribitur. Sed que  
 initium Miſſa factum, cineres conſperantur,  
 quibus populus aſpergatur: ſic nanque apud Iu-  
 daos, eos quos maxime pœniteret, cinere conſper-  
 gi ſolitos tradit Hieremias cap. 25. Deinde ſacer-  
 dos imponit eos cineres ſuper verticem capitis cu-  
 iuſque, diſens: Memento homo, quia puluis es,  
 Et in puluerem reuerteris; apud alios air: Me-  
 mento homo, quia cinis es, Et in cinerem reuerto-  
 ris, in nomine patris, Et filij, Et ſpiritus ſancti,  
 amen. Atque hinc ea dies feria quarta cinerum  
 appellatur. Ita cuncti generatim mortales ſemel

Hb 3

(at

saltem in animo reddūtur mortis memores, quod facit, ut rectius viuamus, certò scientes nobis esse moriendum. Ad eum modum Dominus, veluti est lib. Genes. cap. 3. admonuit Adam postquam peccauerat, & in mortis necessitatem inciderat, de humani corporis imbecillitate dicens: In sudore vultus tui, vescere pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertaris. Postremò ut ne oculus quam ieiunium requireret, populus ad prandium aduolaret, iussum est, ut sacra omnia ad nonam usque horam producerentur, recitatis etiam simul vesperis, quas vocant. Quæ sanè carèmonia ac sacra partim diuini Gregorij opera & auctoritate, partim Cabillionensis concilij decreto instituta sunt. Est autem Caballio, seu Cabellio, vel Cabillio, ita variè apud veteres auctores legitur, teste Ptolemæo, vrbs in Lugdunensi Gallia celebris, in qua ea frequens synodus habita est. Ad rem redeo. Eorundem quoque Apostolorum decretum fuit, ut tres hebdomada ante natalem Domini, ut solennes celebrarentur, adiunxeruntque illis ieiunium, quod aliquandiu publicè seruatum ferunt: nunc verò monachi maximè omnium obseruant. Calistus verò ~~primus~~ instituit, ut frumenti, vini, & olei gratia ter in anno ieiunium ageretur, die ~~prefer-~~ <sup>tertia</sup> sabbati, id est, quarto mense, septimo, & decimo, si inchoemus annum à Martio, Hebræorum more. Inde mutato consilio, in quatuor

partitus est anni tempore ad ieiunium, in ver, astatem, autumnum, & hyemem. Quibus temporibus deinceps ratio sacrerum orānum habita est, cum id antea tantummodo Decembri mense fieri consueuisset. Sunt tamen qui Urbano attribuant huiusmodi quatuor temporum, ac ieiunij distinctionem, qua antea hominum imperitia confundebantur. Sic utrunque fieri possit, ut Calistus primum instituerit, dein Urbani ieiunium in quatuor tempora digesserit. At ista ego à Romanis accepta esse dixerim, quos Ouid. in Fast. tribus anni temporibus fructuum gratia, totidem sacrificia dicit fecisse, vinalia, robigalia, floralia: prima causa vini, altera frugum, deo qui Robigus dicebatur, sacra septimo cal. Maij, quoniam tunc ferè segetes robigo occupat, ut ait Plin. tertia cunctorum fructuum, quibus dea Flora præerat. Hinc igitur apparet præfatos Romanos pontifices eadem quoque anni tempora non inani superstitione, sed ieiunijs tribus ex eadem causa celebrasse, quòd vanos veterum ritus in verum pietatis cultum uerterent. Deinde patres nonnulla alia constituerunt ieiunia, qua etiam ponere minimè tædebit.

De ritu vigiliarum noctu agendarum ad ades sacras, & de contiuiuo dominico, vel quale illud foret, & quando primum sacra vigiliæ in ieiunium fuerint mutatæ: &

H b 4 ibi

... non leo ag no

ibidem nocturna facta apud veteres semper  
fuisse damnata, atque de instituto ieiunij  
quarta & sexta dierum hebdomadae.

## Cap. III.

**M**OS fuit statim ab initio crescentis religio-  
nis, ut quia sequator Christus noctu natus  
voluisset, sacerdotes nocturno tempore surgere,  
horasq; canonicas canerent, ac profani similiter  
viri atq; mulieres de media nocte surgere, &  
dies praefertim paschales agerent pernoctantes in  
aemplo, ibiq; orarent, & die cena Domini canui-  
vium celebrarent, quod Dominicum conviviū  
appellabant, unāq; eandem loci frequenter conui-  
uarentur, ubi simul inopes cibo, reficiebantur.  
Hac ex Tertulliani libro ad uxorem secūdo, ha-  
bui hoc loca appositē referre. Itē dicit Hierony-  
mus, qui in sermone de Observatione vigiliarū,  
aut quisquis illius auctor est, (nam de ea re am-  
bigitur) inquit: Hac & huiusmodi tanta ac ta-  
lia ideo sancti illi cecinerunt, & scripta relique-  
runt, ut nos eorum pastori paribus excitaremur  
exemplis, ad celebrandas etiam nocturnas salutis  
nostra excubias. Quod nempe ex precepto Do-  
mini se habet dicens suis discipulis: Sic non po-  
tistis, ~~non~~ <sup>bona</sup> vigilare mecum. Vigilate & orate,  
ut non intreatis in temptationem: spiritus prom-  
ptus est, sed caro infirma. Et propheta illud i-  
psūm decantat: Media nocte surgebat, ut cōfiterer  
tibi

tibi super iudicia iustitia tua. Item Apostolus  
ait: Orationi insistite vigilantes. Hinc populus  
quoq; imitans illos pastores qui circa Bethlehē  
atq; gregem suum nocte excubias agentes, merue-  
runt primi de ortu Domini cognoscere, solebat ea  
nocte quaedam quempiam praecessisset solemem,  
in templis ad sepulchra martyrum pernoctare o-  
rando, sacrosq; hymnos canendo. Quod C. Plinij  
testimonio comprobatur, qui cum Bituniam pro  
vinciam obtineret, motus misericordia ob multi-  
tudinem Christianorum interemptorum, ad Tra-  
ianum, cuius iussu ea saevitia eruperat, scripsit.  
Multa hominum millia quotidie obtruncari, in  
quibus nihil omnino sceleris inveniretur, nisi  
quod essent soliti statq; die ante lucem conveni-  
re, carmenque Christo quasi Deo canere. Tum  
Traianus rescripsit, hos homines inquirendos  
quidem non esse, oblatos verò puniri oportere.  
Ad hac Tertul. in Apologet. animo commotus in-  
clamat: O sententiam necessitate confusam. Ne-  
gat inquirentes, ut innocentes: & mandat puni-  
ri, ut nocentes. Parcit, & sancti d'stimulat, &  
animadvertit. Quid temetipsum censura cir-  
cumvemas? Si damnas, cur non & inquiris? Si  
non inquiris, cur non & absolvis? Hac illē. Sed  
quid damnas, ut ait Hierat. non minuit dies?  
Ea enim pietas postea paulatim in impietatem  
illi sacri hymni in dissolutas cantantulus, pre-  
ces illa in proceres affectus verti coeperunt:  
non in se nocturna conventu, pueri, puellaq;  
Hh s amo

amores iam licentibus meditari, iuvenes palam stuprum offerre, senes lenocinium facere, & matrona passim corrumpi minis erubescerent. Quod Vigilantius, qui mox in haeresim est lapsus, praesentens, ut idoneam culpandi anjam amplexus, ceperit eas, excubias maxime omnium impugnare, publiceque execrari. Contra Hieron. qui ab ei criminatore nihil non in malam partem asseri suspicabatur graviter repugnabat, argumentum paucorum culpam non debere religioni damno esse: quia qui peccarent vigilando in templis, possent etiam in suis domibus vel in alienis eadem facere: atque non illepidè in illum cauillans niebat, Hoc facit contra vocabulum suum, ut velit dormire Vigilantius. Sic res in aliud tempus reiecta, ita auxit contagionem, ut Dormus Dei iam, sicut veritas dicebat Iudaeis, facta esset spelunca latronum, hoc est stupratorum. Quod patres ubi animaduertuerunt, ut ne id malum latius serperet, tandem aliquando instituerunt loco vigiliarum ieiunium illis diuis pridie diei cuiusque festi si ille celebris ac praeipuus esset, & sacerdotes nisi dominus de media nocte surgeret, ac horas suas celebrarent: quia, uti Cyprianus ait, efficax sit precatio precedente ieiunio. Mansit dein vigiliarum, id est, officij nomen huiusmodi ieiunio, quod aequè observatur ac quadragesimale. Atque huic crescenti morbo tale est datum remediū post tempora omnino diui Hieron. qui et anno occidit, qui fuit salutis c. c. c. x. i. l.

sedem

sedente Bonifacio pontifice primo. Ita Aegyptij, teste Herodoto, pridie diei festi solenne ieiunium habere, & postquam dormierant, immolare vaccam. Hunc ritum attendant, qui eiusmodi diebus grauius abstinent, quando inde scire licet nos à priscis hominibus istum accepisse abstinentiam modum, ut non videamur nouum obisse munus. Ad rem redeo. Nimirū nocturna sacra semper fuisse multorum scelera causa, id quod ad extremum fuit, quamobrem Romana seueritas, teste Luitio, bacchanalia damnarit, cum sub nomine religionis, supra puerorum feminarumque promiscua, & corruptela omnis generis fieri cepissent: & Dyagundas Thebanus teste Cic. de Legibus omnia nocturna sacra ob illud ipsum apud Gracos lege perpetua sustulit. Quin etiam nostris Christianis iste nocturnus religionis cultus, de quo supra est dictum, labeculam aliquam infamiae apud ethnicos assergere cepit Tertulliani tempore, qui de eorum suspitione meminit eodem libro ad uxorem scribens: Quis ad conuiuium dominicum illud, quod infamant, sine suspitione dimittitur? Infamant, dixit Tertullianus scilicet ethnici. Iam ad rē reditus in stat. Item quarto & sexto hebdomada die ieiunium indixerunt patres, quod hoc die Christus fuisse cruci affixus, & illo Iudas eum prodere animo destinasset, quod censuerat Apollonius orator insignis, sicuti in decret. Canon. est, qui imperante Lucio Commodo, solus ea tempestate martyrium

rium passus, quia de Christiana religionis laudibus, quod tunc capitale fuit, orationem habuisset. Testatur & de obseruatione huius ieiunij Origenes super *Leuit.* scribens: *Habemus quartam & sextam septimana dies, quibus solemniter ieiunamus. Eiusmodi sexti diei ieiunium ab Anglis hodie sanctissimè seruatur, populis sine cõtrouersia, praecumctis religiosissimis, sicut inos latibus de ea re memoraumus in historia nostra Anglica, qua nuper diuini auspicijs in publicum prodijt.*

Qui primi mutauerint Solis & Saturni dierum nomina, in Dominicum & sabbatum, ac reliquos hebdomadae dies in ferias distinxerint: & ibidem, à quibus errantium Syderum vocabula fuerint istis diebus primùm tributa.

#### Cap. v.

**S**ubactam perapposita, vnde feriarum nomen sit diebus hebdomadae singulis inditum. Porro Syluester Romanus pontifex primus, vanorum deorum memoriam abhorrens, statuit, ut dies hebdomadae, qui antea nominibus Solis, Lunae, Martis, Mercurij, Iouis, Venus, & Saturni dedicati essent, ad numerum feriarum digererentur, vocarenturque prima, secunda, tertia, quarta, quinta, sexta feria, ad eum propè modum, quo apud Hebraeos, dies nomine sabbatorum distincti fuerant. Saturni verò diem antiquo le-

gii

gis vocabulo sabbatum, quod requiè significat, & primam feriam qua in locum Solis subiecta erat, ut diem Domino sacrū, Dominicum appellari voluit: idque fuisse dicitur rogatu Constantini principis. Quamquam Apostoli primò eum diem Domino consecrarent, quòd Seruator noster eo die à mortuis resurrexisset, atq; otii sabbati, id est, otii sicut ait Orig. ab operatione peccati, in eundem verterant, ut perinde apud nos Dominicus esset, ac sabbatum apud Iudaeos fuerat. Quòd verum esse ex eo colligere licet, quòd multò ante Syluestrum, aut Constantinum, Pius pontifex sanxisse perhibetur, sicut infra demonstrabitur, pascha dominico die celebrari, & Tertullianus eum diem Dominicum appellat, vti proximo capite demonstrauimus. Quare istud institutum forè id temporis minus seruatum, Syluester per hunc modum inuouasse dicitur. Ceterum hac dierum ratio nunc tantum in rebus diuinis habetur, cum vix dominico die cum sabbato suum tenente locum, (& id, credo, permittente Sole, & Saturno) reliqui pristinum nomen recuperauerint. Vnde profectò pudendum est, simulque dolendum, quòd non antehac data sint istis diebus Christiana nomina, ne dii gentium inter nos, tam memorabile monimentum haberent, etsi astrologi Lunam, Martem, Mercurium & Iouem vocant planetas, id est, stellas, è quibus nomina his quatuor diebus imposita sunt, quòd vi siderū efficiatur tēporis varietas. Hinc

Cicero

Cicero de *Divinat.* inquit: Cum temporum anni tempestatūque cœli conuersiones commutatiuēque tanta fiant accessu, & recessu stellarum. Fera apud veteres, erant dies, quibus nullū opus fieri liceret, dicta à feriendis uictimis, qua immolabantur: vel à ferendis epulis, qua tum maxima dabantur. Sed de ijs plura in capite insequenti, cum de festis diebus sermo fiet. Quod autem receptum est, dies assignari septem stellis, qui plures uocantur, inuentum Aegyptiorum putatur, teste Dione historico.

De modo Christianæ abstinentiæ in cibis capescendis, cum solenne est ieiunium, ac de eorum delectu per legem habito, & unde sit usus apud nos consecrâdi mensas, legendique sacra scripta, dum editur, atque agendi gratias post sumptum cibum.

Cap. VI.

Cum ieiunium agitur, primum à carne, quod quocumque ciborum genere quod sapiat uentem, sicut sunt lac, caseus, oua, auctore diuo Gregorio, abstinentum est. Sed carnis usum multo ante interdictum fuisse ijs qui per ieiunium abstinent, testatur Chrysostr. qui Gregorium dicitis antecessit annis, homilia tertia ad populum, in detrectatores. Quæ enim, inquit, utilitas caro uibus & piscibus abstinemus, fratres uini mordæamus & comedamus à Quæ lex à primi-

pio imposta fuit, cum Deus, uti est in *Geneseos* lib. dixit: Ecce dedi uobis omnem herbam seminantem semen, qua est in superficie omnis terræ. Et omnis arbor in qua est fructus arboris, seminans semen, uobis erit in escam. Ita, teste Origene, primus homini cibus fuit ex oleibus & arborum fructibus, usque ad Noë tempora. Et eam ipsam legem in ieiunio remansisse satis constat, quando posteritas illa semper est uisa. Abstinentum deinde & à cœnis, dicente Hierony. prout & in decretis scriptum est: Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio satietatem fugiens: nihil enim prodest tibi biduo vel triiduo vacuum portare uentrem, si post pariter obseruatur: Et subdit: Sint tibi ieiunia pura, continua moderatæque, id est, quotidie esurire quotidie prandere: & reliqua. Docet Hierony. ut semel in die cibum capiamus, & illum quidem circa meridiem, qua temporis portio iam usu uenit, ut prandio sit data. Est illud ipsum iam pridem conuentus *Babilionensis* decreto statutum, quo excipitur, ne quisquã ante sacra meridiana peracta, pransum eat: nulla hic mentio de cœna fit. Dixit Hierony. & refectio, id est, ipsius cibi capescendi actio, satietatem fugiat. si de prandio & cœna intellexisset, refectioes plurali uero numero posuisset. Hac grata frugalitatis cõsuetudo maiores nostros in hoc genere ieiunij, cum summa uoluptate continuit: hac nos esurire quotidie, cum cœnas negligimus, & prædere quotidie admonet. Sanè si in ieiunio bis,

cibus

cibum capere fas esset, ecqua hic abstinencia forma, ve! species quidem foret? parui enim refert quo vescais cibo, si modò te ad summum satueris. Apud Romanos olim prædia non fuisse frequenti in usu, auctor est. Servius. Testatur idem Gellius ita scribēs: Parsimonia apud veteres Romanos, & victus atque coenarii tenuitas non diætica solum obseruatione, ac disciplina, sed publica quoque animaduersione, legumq; plurimum sanctionibus custodita est. Romanis feminis, qui nos alibi diximus, vini vsus quòdam ignotus fuit. Hebræi in solenni ieiunio vesperi tantum comedebant, sicuti lib. Iudicum cap. 20. & 2. Regu. cap. 1. legitur. Hunc quoque morem apud nostrum aliquando seruatum Chrysoest. innuere videtur, cum homilia 36. in Matth. prope finem ita dicit: Veniat tibi, oro, in mentem, quoties ieiunij tempore, mensa vesperi apposita, si minister vocatum tardiusculè accesserit, &c. Nos igitur ab ijs formâ ieiunij accepisse videmur, sed alio reperamus argumento: illi in medijs noctes sese pascebant, nos merenda contenti, reliquum diei abstinentiam agimus. Hac ieiunij ratio quanquam ab omnibus recepta est, ritèque ubique gentium seruatur, de ea tamen non ab re, hoc loco latinè quàm volebam, memorauimus: sunt enim nonnulli, quorum Deus venter est, ut Apostolus ait, qui velut fruges consumere nati, omnia tam humana quàm diuina præ lautissimis epulis, haud magni ducunt. It porro abortiui, ut dicunt, ve-

ligioni

ligionis filij, contendant esse coenandum in ieiunio, modo carniùm vsus absit. Huic tam pingui esuritioni audiuimus nos quandoque apud Anglòs, Londini, nescio quem concionatorem Erasmodiscani ordinis virum, voluisse copiam suppeditare ciborum, imò abstinencia Christiana frangalaxare, affirmantem neminem teneri capitalis peccato, si quadragesimale ieiunium violasset, cum ex præscripto legis, nihil contra sancitum esset. Ita homo eius secta, quam Christus non instituit, de ieiunio præceptum Christi requirebat, (ut credo) suo amplo ventri haud tenuiculo cibo contentò, honestius obediret. O post hominum memoriam os importunissimum. Fac, quasso, vtilicere id sibi capitali crimine facere, quid obest, si persuasum habeam grauius peccare quàm peccem, si non abstineam? Officit sane nihil, cum per id enitar: patientius abstinere, quod cum corpori tum animo & perutile atque maximè necessarium est, inclamante Origene: Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi arationibus continentia fulta subsidius? Quomodo scripturis operam dabunt? Quomodo sapientia & scientia studebunt? Nonne per continentiam ventris & gutturis? Quomodo quis seipsum castrat propter regnum caelorum, nisi ciborum affluentiam resacet, nisi abstinencia utatur ministra? Hac ergo Christianis ieiunandi ratio est. Hactenus ille. Proinde ex vsu nostro non est, ex suggestis polliceri secus

Ii facien



facientibus ac Christiana temperantia poscit, lexq; iubet, impunitatem, qua malorum semper auget audaciam. Quamvis ego omnino non ~~se~~ concesserim, id fieri posse sine capitali noxa, quando Apostolorum, vel atq; adeo Christi, ut supra cap. 3. ostendi, institutum sic violatur, sic patrum auctoritas flocci penditur: sic deniq; religio ipsa negligitur, cum praesertim hoc tempus sacrum sit, de quo idem Origenes, Habemus, inquit, quadragesima dies ieiunij consecratos. Atq; iam satis liquet, quantum sit piaculum, dare dissolutis licentiam peccandi, ac religiosum populū à pietatis officio auocare, ab eiusq; peccatore castū summouere metū. Caterū extra ieiunij legitimum & duos hebdomadae dies, feriam sextā ac sabbatū habemus, quibus nō licet vesci carnibus, prout itā ab initio ecclesia receperat, constituerat, ac sancierat: qua porro in hoc secuta est Deilegem, quam ille primus de ciborū delectu Indaū per Moſen dederat, uti est in Leui. cap. xi. Equū ergo nisi valde edax minimeq; religiosus legem duorum dierū ad Dei praescriptum latā perstringere ausus fuerit? Sed audi Tertull. de ista cibaria abstinentia lib. De fin. dog. eccl. ita admonēt, Abstineri autem se ab aliquibus cibis non quasi malis, sed quasi non necessarijs, non est malum. Moderari verd eorum usum pro necessitate, & sēpore, propriē Christianorum est. Ast alijs diebus nefus est Christiano homini cibum aliquem qui vescantur ceteri mortales stomachari, repudia-

re, cum Seruator imperet, ita dicens discipulis suis: In quancunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, edite qua apponuntur vobis. Apostolus iidem Timotheo iussit, ut predicaret, nihil ex cibus, quibus homines vescerētur, esse reiciendum, quod, ut eius verbis utar, quicquid creauit Deus, bonum sit, si cum gratiarum actione sumatur: sanctificatur enim per verbum Dei, & preces. Et idem ad Corinth. ait: Atqui esca nos non commendat Deo, neq; si comedamus, aliquid nobis superest, neque si non comedamus, quicquid nobis deest. Voluit tamen abstinentium esse si facultas ista comedendi foret, aliquando in firmiteribus offensionis. Quocirca Eleutherius vanas hominum obseruationes tollendi studiosus, statuit, contra Seuerianos hereticos, ut ne quis Christianus ab ullis abstererēt cibarijs, qua cōsueuerant mortalibus vsui esse. Quod & contra Indeos est, qui ex praescripto legis, porcina ac quorundam aliorum animalium carne non vescuntur, id quod in Leuitico fufius proditur. Ecce quam suauē sit Christiana temperantia iugum, quamq; leue onus: quamobrem apparet, quam impie faciant, qui illud reuicere conentur, cum praesertim liquidō liqueat ethnicos multō eo gratius semper tulisse non inuitos, quod planum fecimus in tertio huius operis volu. cap. 5. ut qui velint ea omnia discere, illinc queant haurire. Haec tamen adiuciam: In veteri instrumento legimus, sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohiberi vinem.

Et sic aram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, ut sensus uigeat semper, & tenuis sit. Priscia temporibus nec carnibus uescabatur, nec animalia diis immolabant, sed liba & fructus, ceteraque huiusmodi sacrificia pura diis offerbant; nam uesci carnibus, ut inquit Plato lib. 6. de Legibus & deorum aras polluere sanguine, impium uidebatur. Qui uolebant sacris Isis initiari illis ieiunium decem dierum indicbatur, dicente Apuleio lib. 11. Illud plane cunctis arbutum praecepit: decem continuis illis diebus cibariam uoluptatem coercerem, neque ullum animal essem, & inuinius essem. Linius scribens de matre filium initiatura bacchanalibus, refert, decem dierum castimonia opus esse. Unde Hierony. uenissimè ait: Venter & genitalia sibi metipsis uicina sunt, ut ex uicinitate membrorum, confederatio intelligatur uitorum. Item Cyprianus Ieiuniis uitorum sentina siccat, petulantia marcescit, concupiscentia languet, fugitiua abeunt uoluptates. Videant igitur, qui uel grauatè abstinentia utuntur, uel qui religionis causa abstinent: uerùm cum dios festus uenerit, saturantur ad uomitum, quam turpe sit homini Christiana non abstinere, aut non abstinendum esse modis omnibus docere, cum praesertim intemperanter uinere, non tam malè uinere sit, ut quidam sapiens ait, quam diu mori. Item nostris mos est mensam iam instructam sacris quibusdam consecrare uerbis prius, quam uesci incipiant: quod ad

ad imitationem Christi fit, quippe qui eum ritum seruasse fertur, cum in deserto quinque panes consecrauit. Est insuper usus agendi gratias post prandium cœnam uel id quod uel illum facere consueuisse constat & Apostolus fieri praescripsisse uidetur, ut Philo superius ostendimus, aut bonum esse quodcumque ciborum genus, si cum gratiarum actione capiatur. Potest & ab Hebraeis uideri sumptum; quia illi immolatus edebant escas. Quod uero consuetudinis est, uel dum comeditur, sacra legantur scripta, hoc ex uetustissimo more habetur, uel dicit August. esse in libello de Communi uita sacerdotum, ubi inquit: Cum acceditis ad mensam, donec indigestatis, quod uobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu, sine contentione audite, ne sola uobis facies sumant cibum, sed & aures uiriant. De uerbo uero, August. haec tenet. Hoc ego ex Senatoris institutis profectum dixerim: ille enim cum aliis sapis edendo docere consueuit, uel postremo inter cœnam, discipulos uellectos de ratione consummandorum omnium ferè in posteriorum religionis docuit, uelut Matth. cap. 24. abundè demonstrat. Unde patres ut memoriam frequentarem tam salutarem instituti, hęc sacra scriptura in mensis legendam ritum, tam inde ab initio introduxisse uidentur.

De origine rationis festorum dierum apud Romanos, & nostros, & cur constituti

stituti sint, & soli Deo esse sacrificandum, ac de more natalem colendi diem sacris conuiujs & voluptariis, Paschaque celebrandi & consecrandi paschales candelas.

Cap. VII.

Utaeos sua habuisse sabbata, hoc est dies festos, supra declarauimus abundè, cum de ritu sacrificandi facta est mentio, qui quemuis festum diem perinde sabbatum vocabant, ac Romani ferias, quarum apud eos quatuor in primis erant generæ. Statua vniuersi populi communes, quæ certis & constitutis diebus fiebāt, in quibus præcipuè edebantur ludi, id est, Lupercalia, agonalia, carmentalia, consualia. Agonalia Festus vocat sacra Dei Agonij præsidens rebus agendis: sicut carmentalia dicuntur sacra Carmenta matris Euantri, quæ ita nuncupata est, quod mulier fœdica carminibus responsa daret: nam ei ante Nicofrata nomen fuerat. Consualia à Romulo instituta Conso, quem consilij Deum putabant. In circo maximo ad aræ, teste Dionysio, subterranæam, sacrificia & ludi fiebant, quibus virginæ Sabina raptæ fuerāt. Conceptiua, quæ quotannis à magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur, in certos sine in incertos dies, ut erant latina, sementina, paganalia, compitalia. Imperatina, quæ cōsules vel prætores pro arbitrio iudicebant. Et nundina paganorum ac rusticorum quibus

quibus ad negotia & merces conueniebant. Item nouendiale sacrum, cuius origo talis fuit. Cum enim Tullo Hostilio rege, Romam esset nuntiatus, in Albano monte lapidibus pluuisse, placuit ut nouem dierum feria celebrarentur. Quæ religio in multas exiuit atates, ut quoties tale esset prodigium huiusmodi nouendiale fieret sacrum: auctor Linius ab urbe condita. Erant præterea priuata, ac propria familiarum, quas quaque familia ex usu domestica pietatis seruabat, ut Claudia feria, & Aemilia. Item singulorum ut natalium dierum, quæ natalia dicebantur, & fulgurum, & funerum expiationes. Fuit mos iste & apud Persas: ut suū quisque diē natalem pro facultatibus: multis sacris ac opiparis conuiujs colerent: unde ad Romanos forsitan fluxit, quibus in solis natalibus sacris, sese variis etiam libidinis intemperantiæ voluptatibus dare fas erat. Verg. in Bucol. præclare demonstrat.

Phillida mitte mihi, meus est natalis Iola.

At in aliis castè dies agebant, ac tam natali die, quam funeri, in templa cibos pauperibus afferebant ibiq; edebant. Manauis & ad nos institutū quando teste Tertul. lib. de Militis corona nostri illi ipsi diebus oblationes faciebant, in tēploque unā epulabatur, quæ postea luxuries Nicæna synodi decreto sublata est. Fuit vel Ambrosij tēporibus talis diei cultus celebris, qui epistola quadā ad Felicē Episcopum Comensē monēt natalem diem unicuique non ludis voluptatibusve

aliis, sed tantum precibus agendum. Sed is dies qui nobis primis illuxit, nunc prorsum apud nos in omnem venit oblivionem, quod scilicet nostra sordida infantia penitus immemores, omni tempore post insolentiores exadamus. Fuerunt & feria denicales nominata quae agebantur, cum hominis mortui causa, familia purgaretur: Graeci enim *ven deo*, mortuum dicunt. Harum feriarum meminit Columella hisce verbis: Nos apud pontifices legimus, feriis tantum denicalibus nulos iungere non licere, ceteris licere. Affirmabant autem pollui ferias, si in ijs opus aliquod fieret: ideo per praconem denuntiabatur, ne quod opus fieret, & praecipi negligens multabatur. Ac à feriis festi dies dicti sunt feriati, quibus feria celebrabantur: sicut profesti à pro, voce priuanti, hoc est, non festi sunt dies, sed, ut ait Festus, procul à religione numinis diuini, qui erant ad rem vel priuatam vel publicam ministrandam, hominibus concessi. Erant vel fasti dies, quibus sine piaculo, pratoribus licebat iria verba fari, Do, dico, addico: & nefasti ijs contrarij, quibus fari non licebat: quae omnia Ouidius in Fastis late persequitur, & Lilius ac Dionysius appositè meminerunt, necnon & Festus. Hac ratione patres, quia lex Iudaorum umbra fuit futurorum bonorum, constituerunt dies festos, quibus Christiani omnis prophanae negotijs, diuinis vacarent rebus sacram scripturam perdiscerent, sacras audirent conciones, debitumq; Deo honorem sa-  
crij

crificando, orando, bene agendo haberent, ac simul memoriam diuorum, diebus qui illis sacri essent, colerent: nam soli Deo sacrificandum est, testificante Barnaba, & Paulo. Is enim cum Lystra claudum ex utero matris suae iussisset ambulare, quemadmodum in Actis commemoratur, & ille continuo nequaquam pedibus debilis exiisset, ac turba ob id miraculum voluissent ei & Barnaba immolare,ambo conscissis tunicis suis exierunt in turbas, clamantes, atque dicentes: Viri, quid hac facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines? annuntiantes ut ab his vanis conuertamini ad Deum viuum, & reliq. Dijs verò honorandi sunt, quod iam filij & heredes Christi, ut ait Apostolus, effecti sunt, qui pro nobis orant, & idcirco illis templa & ara dedicantur ut simul eos, simul Deum debita veneratione colamus. Vnde in Psalm. 148. Laudate Dominum in sanctis eius. Ad rem redeo. Primum omnium ab Apostolis, deinde à patribus festorum dierum ratio inita est, uti proximo cap. subtilius differetur, & praesertim Pascha, quia inde omnia religionis mysteria initium sumpserint, quod Pius primus dominico die celebrandum constituit. Deinde orta diffensione super ea re, Victor qui sedere coepit anno circiter CXCVI. à natali Seruatoris, sanxit ex sententia Eleutherij, cui in pontificatum successit, ut Pascha dominico omnino celebraretur die, à quartadecima luna primi mensis, ad vigesimamsecundam, ne cum  
I i 5 Iudaeis

Iudæis Christianorum ratio congrueret, qui-  
bus moris fuit, illud solenne aliquând prius cele-  
brare. Id decretum externorum antistitum quiddã  
ab initio repudiarunt, rati se haud ineptè facere,  
qui nihil aberrarent à Ioannis instituto, qui cha-  
rissimus fuisse Christo & satis cõstaret eum ipsum  
quondã vixisset. Iudæorum more paschale tempus  
obseruasse Polycrates Ephesus episcopus de ea re  
scribès: Nos, inquit: inuictabilem celebramus die:  
neque adicièntes quicquam, neque minuèntes.  
Ita inter nostros eatenus est disceptatum, quoad  
ad eum quem nunc tenemus modum illud sacrum  
sit constitutum celebratum iri, qui etiã quibus-  
dam non satis probatur. Pascha, ut supra ostendimus,  
hebraica est vox & significat transitum:  
quod verum esse Euãgelista innuit, cum celebra-  
retur à Domino Pascha cum discipulis aienis:  
Ante diem autẽ festum Pascha, sciens Iesus quia  
venisset hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad  
patrem, &c. Cere a paschales candela ut domini-  
ca resurrectionis sabbato per singula templa con-  
secrarentur, Zozius auctor fuit.

De primo festorum dierum instituto, &  
verum Pentecoste fuerit Apostolorum  
temporibus dies festus: atque vnde mos  
fit adscribendi bene de Christiana religio-  
ne meritos ad diuorum catalogum.

Cap. VIII.

T

Tradidimus supra diuum Ioannem Aposta-  
lũ Pascha celebrasse, id quod & alij fecere  
Apostoli: quos simul auctores fuisse perhibent, ut  
omnes illi dies quibus Seruator noster ad salutẽ  
atque disciplinam nostram aliqua peregrisset my-  
steria, sacri essent, utq; apud posteros maiori ha-  
beretur venerationi, eos primùm religiosè coluisse,  
quandiu vixissent. Cuiusmodi sunt dies domi-  
nici, aduentus Domini natalis, & circuncisio e-  
iusdem, epiphania, item virginis purificatio, quã  
vocat quadragesima dies, dominica palmarum,  
Cena Domini, quando post eucharistiam insti-  
tutam, pedes lauit discipulis parascene, Pascha,  
Ascensus Christi in calum, Pentecoste: quod solen-  
ne ab Hebræis prius cõsuevit celebrari: apud eas  
enim postquam agnus immolatus fuerat, quin-  
quagesimo deinde die, data est lex Moysi scripta  
digito dei. Cum Christus velut ovis ut immola-  
retur, ductus à Iudæis est occisus, nostrum pascha  
fuit ac post quinquaginta dies discipuli Spiritum  
sanctum accepere. Quamquam sunt, qui tradant  
Pentecostes diem non fuisse festum, Apostolorum  
temporibus: in qua re eos hallucinari pland o-  
stendit Lucas in Actis cap. 20. ita scribens: Pro-  
posuerat enim Paulus præternavigare Ephesum  
ne tempus tereret in Asia: festinabat enim, si pos-  
sibile sibi esset, ut diem Pentecostes ageret Hiero-  
solyms, &c. Cur tanto Paulus opere ad illum ip-  
sum diem agendum properasset, nisi fuisset iam  
tum apud nostros festus quã celebratissimus?

Trans

Transfiguratio quoque, teste Origene primùm à Iudeis est: voluit etenim Christus, ut quemadmodum facies Moïsi ex communicatione colloquij Dei gloriosa facta est, sic dimisso iam velo, sese transformatum Apostoli Petrus & Iacobus & Ioannes contemplantur. Sãcti patres igitur huiusmodi sacrorum dierum rationem edocui, ut commodius plebs Christiana concuciret ad sacram concionem, & ad cultum diuinum celebrandum, habito Lugduni antistitum conu-  
 & illos sanxerunt dies esse colendos, & alii complures constituerunt, qui Christianis perpetuò festi essent, quibus aut sancti à vita hac calamitosa in cœlum migrassent, aut aliquid in religione sanctum esset gestum. Qui nempe dies hii sunt diuisi sacri: Stephano protomartyri, Innocentibus, Syluestro, Ioanni Baptiste duodecim Apostolis, Paulo gentium doctore, Desparæ virginis, Laurentio, Michaëli, Martino, & communitat omnibus sanctis, quod Bonifacii quarti decretum fuit. Is enim pantheò vetustum Marci Agrippi opus, diuæ Mariæ virginis, atq; diuis omnib; Phœca Imperatoris permisso, ad 4. Idus Maij sacrauit, exclusosq; malorũ demonũ cultu, quorũ simi lacrya plura hic numero fuerant, locum expiauit. Gregorius deinde quartus ferru auctor fuisse, ut id sacri Calend. Nouembriē celebraretur. Item & cruci ex qua pependerit salus nostra, solennis dies data est, ac Eucharistie ab Vrbanò quarto pariter dies dedicatus assignatusq;. Et

& diuo Petro Apostolo iam pridem rogatu Constantini Imperatoris, ad memoriam tormentorũ, que pro religione tulisset constituta festa dies à Syluestro, que ad Vincula nuncupatur, prout in libello quoddã de Vinculis Petri continetur, qui diuo Hieronymo, tametsi parum verè adscribitur. Deinde dies alij alijs, festi festis ex paruis quoadque causis accumulati sunt, id quod haud scimus an exped. erit, tam præsertim videamus, eò redisse Christianorum mores, ut quàm olim ex religionis vsu erat hæc instituere, tam nunc præstare videatur eadem antiquare cum bona pars hominum otium istud festorum dierum non ad orandum, non ad diuina scripta audienda, cuius rei causa datum est, sed ad omnifariam honorũ maxum corruptelam augendã, in dies magis magisq; impudenter consumat, dicitans se id animi gratia facere, quasi planè sentiens cum Platone, qui ob illud ipsum, Deũ eiusmodi festa sacra instituisse crebat. Atq; ita hollẽ ethnicos perinde in hac re, ut in nimis multis alijs emulamur, quod tantum absuit, ut maiores nostrifecerint, ut etiã illud ipsum audacter ysdem ethnicis, vitio dederint, teste Terentio in Apologético, cum de Casarũ solennibus sacris loquitur, ubi inquit: Propterea igitur publici hostes Christiani, qui Imperatoribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant & Grande videlicet officium, fores & choros in publicum ducere, uicacitè populari, uisitatè taberna habituakolefacere,  
 vino.

vino lutum cogere, certatim cursitare ad inu-  
rias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Sic-  
cine exprimitur publicum gaudium, per publi-  
cum dedecus? O nos merito damnandos: cur e-  
nim vota & gaudia Caesarum casti & sobrii &  
probi expungimus? &c. Non putauit Tertullia-  
nus futurum, ut ista omnia in nostros Christia-  
nos aliquando caderent, qui hoc loco ethnicos  
deridet, & tamen venit tempus, cum eos potius  
Caesarum, quam Christi, solennes ritus celebra-  
mus. Faxit igitur Deus, ut pontifices nostri tan-  
dem aliquando istos festos dies utiles reddant:  
quod facient, si minuendos ac castè agitandos  
curarint. Sed ad reliqua explicanda redeamus.  
Felix primus consulens gloria martyrum, statuit  
in eorum memoriam annua sacra fierent: vel-  
uti Gregor. postea super eorundem corpora ut  
itidem sacrificaretur voluit. Quod Vigilanius  
omnino respuendum censebat, prout latius ex-  
plicabitur, cum de sanctorum reliquijs mentio  
fiet. Fertur tamen Anaclætus eius rei prior fuisse  
auctor. Ex quo consentaneum est, ut postea Fe-  
lix & rem diuinam ad martyrum memoriam  
faciendam decreuerit. Idem Felix, ut veterili-  
teris proditum est auctor fuit, ut cuncti eo die vica-  
tim feriarentur, quo aliquod templum dedicave-  
tur: voluitq; ut si de consecratione ignoratum fo-  
ret, utpote vetustate deletrice monumentorum:  
denud consecraretur, affirmans non dici iterum,  
quod factum esse nesciretur. At Felix III. post hu-  
instituit

instituit, ut à solis episcopis dedicarentur tem-  
pla, essetq; dies ille festus anniuersarius. Et illud  
ex imitatione Hebraorum qui, ut supra ex testi-  
monio Iosephi ostendimus, eum quoq; factum diè  
agebāt. Caterum illud appositè admonendū fe-  
stū alicuius diui vocitari diè ac ei esse sacrū, quòd  
illi è vita discessisset ad cælū: nam quemadmodū  
quis nasci dicitur, cum de utero matris in hanc  
prodit lucem, ita pari ratione potest meritò existi-  
mari natus, cum eius anima vinculis carnis solu-  
ta ad lucem redit aternā. Vnde mos inoleuit, ut  
dies huiusmodi diuorū vita extremos natales, &  
sacra illis solennia non funebria, sed natalia ap-  
pellaremus. Natalis autè Seruatoris tantum, &  
Ioannis Zacharia dies sacer solennisq; est, q̄ v-  
terque in matris utero sanctus effectus fuisset. Et  
ste Augustino. Est & Deipara virginis postremò  
natalis quoq; dies sacer habitus. Vt verò morta-  
les bene meriti inter Deos referantur mos est adeo  
vetus, ut penè nihil sit eo vetustius: quando an-  
tiquitas statim ab initio suos reges ac alios cum  
ab accepta beneficia, tum ob virtutes, deos face-  
re consuevit, prout in primo huius operis volumi-  
ne sparsim diximus. Sed ante omnes, Romani id  
multis caremonijs factitabant: quòd supra lib. 3.  
memorauimus. Huius rei rationem nostri ponti-  
fices secuti nō dubitāter videri possunt: nā quòd  
Felix & Gregorius annua sacra faciēda ad me-  
moriam martyrum instituerunt, illud planè a-  
liud nihil fuit, nisi eos martyres decernerò esse  
saru

sanctos, & inter deos referre. Verum postremo, ut ne vnusquisque arbitrato suo hunc vel illum pro diuo haberet coleretue, Alexander tertius statuit, vt nulli mortalium, diuinus honor in terris haberetur publicè nisi illi, qui prius ex edicto apostolico in diuorum, esset catalogum adscriptus. Hoc decretum inter decretales epistolae, in titulo de reliquijs sanctorum, scriptum leges.

Qui primi apud nos instituerint, vt anniuersaria iusta mortuis, fierent, quarto etiam nonas Nouembris: & ibidem quæ iusta sunt vndeque dicantur, & vel parentalia ac conuiuia ad sepulchrum quis primus concelebrarit: & de legitimo tempore lugendi mortuos, deque lugentium vestitu, eorundemque corporis habitu, ac quando luctus minueretur, & quare Franc. reginae dum sunt vidua, albis vtantur vestibus, & ibi locus ipse Ciceronis enodatus.

## Cap. I X.

**M**ortuis iusta faciendæ Pelagius Romanus Pontifex primus curasse fertur, quod Isidorus Apostolis adscribit, qui & ipse illum modum exequiarum quæ hodie sunt, adauxit. Ambrosius id ab Hebraeis fluxisse ad posteros autumat, qui

qui Iacob demortuum quadraginta dies luctere, & Moisen triginta: sat est enim id tempus sapienti ad lacrymas. Sed de exequijs ipsius Iacob dicamus aliquid, quod inter omnes consuetudinem iam id temporis fuisse corroborandi hominū cœtu exequias in funere. Porro lib. Gen. ca. 50. ita leges: Ierunt cum Ioseph omnes senes domus Pharaonis, & domus fratres eius, & venerunt ad aream Atad, quæ sita est trans Iordanem; ubi celebrarunt exequias planctum magno. Iusta autem sunt sacrificia, siue exequia quæ eò iusta dicuntur, quod iure mortuis sacrificari debeant à viuis, quia illi dum viuerent, de his benemeriti fuerint. Ea verò sacrificia pro salute mortuorū statuta fuisse ab Apostolis, sicut Isidorus tradit, testimonio est Tertull. qui lib. de Monogomia loquens de muliere vidua, quæ vnus viri mortui duntaxat deberet semper esse uxor, inquit: Enim verò pro anima eius orat, & refrigerium postulat, & aufert annuis diebus dormitionis eius. Quod sanè pietatis officium cum ab ethnicis etiam prestaretur demortuis, veluti in extremo hoc capite cognosci licet, iam satis certum est eam orandi pro mortuis consuetudinem inductam fuisse in nostram Ecclesiam ab illis grandibus veterum Christianorum ducibus Apostolis. At vnde flexit iter oratio, iam reuertatur eodem. Fuit & Romanis lugendi ratio, siquidem Numa dijs manibus sacra adiecit, cum Libitina arastine Proserpina ea fuerit, vt multis persuasum est,



est, siue Venus. Puerū trimo minorem lugeri ve-  
ruit: neque natu grandiozem, plures dies lugen-  
dum censuit, quā vixisset annos. Tempus  
longissimi luctus coniugalis in decem menses ex-  
tendi, non ut, sicut inquit Seneca libro Episto-  
larum septimo, tandiu femina lugerent, sed ne  
diutius. Testatur idem Ouidius, qui in primo  
Fasti, sic ait:

Per totidem menses à funere coniugis uxor  
Sustinet in vidua tristitia signa domo.

Si qua verò mulier ante decem menses, ab obitu  
mariti nupsisset, probro notabatur, ut in lib. Co-  
nitiis legitur, & ex decreto Numæ, prout ait Pla-  
tarch. vaccam pregnantem immolabat. Quod  
nempe institutum si hodie cum alibi, tū in nostra  
Anglia seruetur, raros vtiq; haberemus de ni-  
mentis vitulos cum bona pars viduarum mulie-  
rum non expectet, dum tempus illud ab obitu vi-  
rorum pratereat. Item in luctu femina purpurā  
atq; aurum deponebant albaq; vestes, teste eo-  
dem Plutar. in Problemat. induiebāt, idēmq; pro-  
pinguos fastidare voluerunt, ut quemadmodum  
mortui corpus albis vestibus velarentur. Alba  
autem veste idcirco cadauer exornabant, quia  
solus albus color sincerus ac purus minimēq; in-  
quinatus est, & ob id mortuis aptissimus. Sic in  
Euangelio legimus corpus Domini sindone inu-  
dum fuisse, quo vocabulo linenum velum signifi-  
catur. Mox eādem purpurā & aurum cum elu-  
xissent, sumebant: auctor Linius. Hinc arburum  
natum.

natum, ut hodie regina Francorum post mortē  
viri, albis tantum induantur vestibus, & si qua  
vidua sit regina alba vulgò vocitetur. Apud Lu-  
daos luctus triginta diebus finiebatur, id quod  
apud Anglos quoque seruetur. Praterea lugētes  
induebant saccum: sic Iacob fleuit Ioseph, & Da-  
uid operto capite, Absalon: testis ad Hieron. Item  
caput barbāq; radebant. Esaias: In cunctis ca-  
pitibus eius caluitium, omnis barba radetur. Cō-  
tra nostra barba promittitur. Ceterum antiqui  
ut plurimum nigra vestimenta in luctu indue-  
bant: amiculum nigellum, dicitur à Varrone ve-  
stitus lugubris, quod antibracium vocabant, à  
βραχίων enim græcè carbo appellatur. Vnde Apu-  
teius ait in Asino suo, lib. 2. Umbrosus demo-  
strat cubiculum, matronam flebilem fusca veste  
contectam. Item capillum sibi vellere, faciem un-  
guibus lacerare, complodere manus, nec non ca-  
put, Iudaorum ritu, cinere inspargere turbarēq;  
dicente eodē Apul. li. 9. Discerpta coma semica-  
na, sordentes inspersu cineris. Praterea hōc vltimū,  
reliqua omnia nostri, cum primis Itali, in re fume-  
rea iuxta dementer seruant, ab ipsis priscis, ut  
iā liquidò liquet, proculdubio accepta. Ipsum au-  
tem vestitum lugubrem omnes pepē gētes nostri  
Christiani orbis annum integrum induūt, inter-  
dum tamen ante illud tempus deponunt propter  
publicum gaudiū, vel magistratus ineundi hono-  
rem, aut nuptias faciendas. Ita olim Romano po-  
pulo minuebatur luctus, cum susceptum publicè

vorum soluebatur, ades dedicabatur, lustrum condebatur: priuatis hominibus, cum puella adsponderetur, cum honos in familiâ ueniret, cum captiuus aliquis liberatus domum rediret, aut cum natus esset propinquior quis cognatione, quàm is, qui lugeretur. Illud item ex more eorum sem est, ut apud nos cadauera abluantur, & quandoque uingantur, præsertim nobilium. De qua re Ennius:

Tarquinij corpus bona femina lauit & uinxit.

Et Arma Virgiliana

-- Date vulnera lymphis

Abluam.

Atq; id officij, sicut etiam nunc fit, à propinquieribus præstabatur. Quod hodie demortuorum anniuersaria iusta fiunt postridie Calend. Nouembrii eius rei, ut fama est, & Petrus Damianus testatur, Odilo auctor fuit. Is vir præfectus monachorum Cluniacensium, cum in Sicilia sedente Ioanne xviij. Rom. pontifice, circa Aetnam montem frequenter audiret gemitus clamorèq; qui ibi teste Trogo, partim ex fremitu feruentis aestus maris, partim ex eruptione Aenei ignis, ubi acrior per spiramenta cauernarum uentus incumbit, iugiter sunt, ratus est cacodamones lamentari, quod per preces & sacrificia Christianorum, anima mortuorum ab illis supplicij liberarentur: nam cõstans vulgi opinio est, ad Aetnam montem, ubi perpetuum incendiũ tot iam seculis flagrauit, aut ad inferos aditum patere, vel in ea ignea voragine sortium

animas expiari. Itaq; protinus egit cum suis monachis, ut postquam Calend. Nouemb. in diuorum omnium honorem sacrificassent, sequenti iridem die cunctis uita priuatis iusta facerent. Quod institutum ut pietatis planum patres demum receperunt. Fuit is annus circiter M. alter humane salutis. At iampridem increbuerat mos hic apud veteres parentandi ad sepulchrum, quod indicat M. Tullius in prima Philippica dicens: Ut cuius sepulchrum nusquam extet, ubi parentetur, et publice supplicetur. Et in orat. pro Flacco: Litamus igitur inquit, Lentulo, parentemus Cethego. Sic fiebat annua parentalia, id est, sacrificium quotannis ad honorem mortuorum, id quod etiam Macrobius & Cato tradunt, ita scribentes: Laurentiam annua parentationis honore dignatam: Erant enim paræta iusta & cõuiuia qua in funere & ad sepulchrum parentum cognatorumq; concelebrabantur à filiis ac consanguineis, quorũ auctor Aeneas fuisse fertur, qui eo pacto Anchisem parentem primis omnib; honorauit, supplicationibus coluit, atque eius memoriam nominis cõsecrauit, ueluti Virgilius lib. Aeneid. 5. describit. Sic nos illud ipsum institutũ pro salute mortuorum seruamus. Vnde omnino factum uidetur, ut Odiloni in montem uenerit huius religionis celebrandi anniuersarias demortuorũ exequias. At locus Ciceronis, Litamus Lentulo, parentemus Cethego, modo citatus & admodum obscurus, dignus est, qui planior fiat. Litare enim

enim est bene promittere : vel deos post factum sacrificium placare, aut ab eis votum impetrare, Cicero igitur qui timebat, ne Flaccus cuius defensionem susceperat, quod ille cōiurationem Catilina patefecisset, damnaretur à iudicibus, iracundè quasi ait : Si ita acciderit, iam licebit bene promittamus Lentulo, ac sacrificemus Cethego cōiurationis socijs, quando eorum manes pœnis innocentium ciuium expiabantur.

De origine nouendialis septendialisque sacrificij, & de morte offerendi pro mortuis, eosque non lugendi, ac de sapienti Thracum instituto, & modo apud priscos offerendi funeris ad sepulchrum, atque de initio funebri pompæ, extruendorumque sepulchrorum forma, ac eorundem iuris religione.

#### Cap. x.

**F**iebat sacrificium pro mortuis, nono die, quo quis sepultus fuisset, quod dicebatur nouendiale. Horat. in Epodo. Nouendiales dissipare pulueres. Item ludi qui in honorem mortuorum celebrabantur, nouendiales nuncupabantur. Testatur idem Sernius super quinto Æneidos, enarrans illud:

Præterea si nona diem mortalibus alium  
Aurora extulerit: ubi ait, apud  
maiores modum fuisse, ut ubicunque quispiam  
extin

extinctus fuisset, ad domum suam referretur, octauo die incēderetur, nono sepeliretur. Donatus quoque in commentario Phormionis dicit, in funere nonū diem voti habere instaurationem. Hinc igitur sapud nos hodie mortuorum iusta septimo die à funere depris ex veterū instituto illis duobus diebus sūt: ideòque in Canonis decret. distinctione 44. præcipitur, Nullus presbyter ad septendialia defuncti solennia celebranda vocatus, se inebriare vllatenus audeat: quandoquidem tūc largiter epulantur. Apud, Anglos hoc fit vigesimo nono die, postquam mortuus est sepultus. Nos videmur septimo die sacrificium pro mortuis facere, sicut in nuptijs apud priscos septima dies instaurationem voti habebat, quemadmodum hoc die initium propagandi generis celebre erat, sic etiam illo eodem die finis cuiusque solennis haberetur. Fuit & mos offerendi pro mortuis: testis Tertull. in libro de Militis corona. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Idem libro de Monogamia, veluti superiori capite est demonstratum, similiter affirmat. Hinc profectò satis liquet, iam vsque à principio orti propè Euangelij, opinionem perquam sanctam per animos hominum peruasisse, mortuos per piam viuorum operam inuari. Ceterum quantum istud charitatis officium vita iam priuatis opituletur, docet Augustinus, ut eius testatur Cyrillus, ita scribens: Neque negandū est defunctorum animas pietate suorum uiuentium

releuari, cum pro illis sacrificium offertur, vel e-  
 leemoſyna in Eccleſia ſiūt. Sed illis hac profunt,  
 qui cum uiuerent, ut hac ſibi poſtea prodeſſe poſ-  
 ſent, meruerunt. Eſt quidam uiuendi modus; ne-  
 mo tam bonus, ut non requirat iſta poſt mortem:  
 nec tam malus, ut ei non profint iſta poſt mor-  
 tem. Et ut rem planiorem faciat, pergit: Quibus  
 autem profunt, aut ad hoc profunt, ut ſit plena  
 remiſſio, aut certè ut tolerabilior fiat ipſa dam-  
 natio. Atq; quoniã neſcimus quomodo cum illis  
 in altera uita agatur, propterea orandũ eſt iux-  
 ta pro omnibus, quò eis beneficium noſtrum ſu-  
 perſit potius, quàm deſit. Contra non lugendum,  
 dicente Cypriano: Nobis quoq; reuelatum eſt, ut  
 conſtanter predicarem fratres noſtros nõ eſſe lu-  
 gendos accerſione dominica de ſeculo liberatos,  
 cum ſciã non eos amitti, ſed præmitti, & receden-  
 tes præcedere. Et Hieron. ad Paulã de dormitio-  
 ne Bleſilla dicit ſimul admonens, ne quiſquã ad  
 id faciendum moueatur Hebræorũ exemplo, cum  
 illi ideo mortuos lugerent, quia an Chriſti ad-  
 uentum, ad inferos nouerãt eſſe deſcenſuros. Vn-  
 de ſubdit: Nos uerò qui Chriſtũ induimus, quib.  
 ipſes certa eſt ad ſuperos remeant, non debemus  
 ſuper mortuos contriſtari, &c. Quod gnaniter o-  
 lim faciebãt Maſſilienſes Galliarum populi, qui  
 ſine lamentatione, ſine planctu, funeris diem do-  
 meſtico ſacrificio, neceſſariorũque conuiuii ſi-  
 nebant: quod Angli hodie ritè ſeruant, animad-  
 uertentes, credo, nihil ad rem attingere. *hamano*  
*indul-*

indulgere dolori, ut ſtultè cõquerẽdo, quòd Deus  
 immortalitatem ſuam noluerit nobiſcum partiri,  
 cum præſertim moriendo relinquamus labores  
 & pericula, qua ſtatim naſcendo ſubimus. Quæ  
 propter Thraces huius rei memores, natales dies  
 hominum, uti alibi diximus ſtebiliter, exequias  
 cum hilaritate, merito celebrabant: illud per ap-  
 poſitè addam: more priſco præcedebat funus, ho-  
 mines ſequebantur, quaſi poſt ipſum mortuũ mo-  
 rituri, ſubſecuturiq; à quibus ſupremũ uerbum  
 dicebatur, Vale, nos te ſequemur. Virgilius:

— Salue aternũ mihi maxime Palla,  
 Aeternũq; uale. Et de Polydoro:

— Animamq; ſepulchro

Condimus, & magna ſupremum uoce ciemus.  
 Hinc exequias dici autumat Denat narrans il-  
 lud Terentianũ: Funus interim procedit, nõ ſe-  
 quimur. Veũ enim uerò hoc tempore homines  
 ordine præpoſtero præcedunt in pompa funebri,  
 cadauere ſubſequentem, id quod aetate Hieronymi  
 ſebat, qui ſcribens ad Paulã de dormitione Ble-  
 ſilla, indicat ordinem pompa funerea præire ſoli-  
 tum ante cadauer. Item, teſte Seruio, ad hono-  
 rem præſertim regum & nobilium, cum ſaculis  
 præcedebat populus. Virgilius de Pallante:

— Lucet uia longo

Ordine flammarũ, & latè diſcriminat agros.  
 Vnde hand dubiè ortum eſt, ut apud nos illud i-  
 dem in cuiusuis funere ſeruetur. Præſerea lectos  
 ponebant. Idem Virgilius in ſexto de Marcello:

K k . s . Vel

-- Vel quæ Tyberine videbis

Funera, cum tumulū præterlabere recentem.  
Ferebantur in super mortui ad tubam. Idem:

It cælo clamorq; virum, clangorq; tubarum,  
Et Persius hæc omnia ponit:

Hic tuba, candela, tandemq; beatulus alto  
Compositus lecto. Item cum tubis,

in funeribus tibia quoq; ac tympana adhibebantur, & ea omnia, ut hominum mortuos lugentiū animi languentes eiusmodi sono excitati, minus dolorem sentirent, qui is oblectamenti facile distrahi soleant: auctor Alexander Aphrodisæus in Problemat. Et ad cohonestandas exequias, simul etiā maiorum imagines deferrebantur, ludiq; fiebant, ac alia, quibus Cicero pro Milone, testatur Clodium caruisse. Clodius, inquit, sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine lamentis, sine funere, sine laudationibus ambustus est abiectus, Plato in idem suum ponit in 12. de Legibus ordinem pompæ funebris, in funere præfectorum civitatis, qui eiusmodi erat: Indumenta omnia alba, luctus ploratusque nullus. Chori duo, alter puellarum numero 15, alter verò totidem puerorum, qui feretrū circumstarent, dum sacerdotes vicissim de mortuum laudabant, eiq; felicitatem totum diem decantabant. At postero die bene mane, iuniores capulum est sepulchrum ferebant, eorumq; calibes præcedebāt equites cum equis, & cum armis pedites: deinde pueri patrios hymnos concinentes, & hos puella sequebantur, cum mulieri

lieribus iam effectis. Sepulchrum verò erat sub terra, factus ex lapidibus formix, &c. Istitiismodi sepulchri genus Itali hodie ut plurimum faciunt, ut sit commune familia monumentum. Sed illud est magis usitatum, ut humato hominis, qui aliquo sit numero, corpore, terræ operiatur mensa lapidea, quæ contineat nomen & laudem mortui incisam. Veteres pariter Græci atque Romani, teste Cic. lib. de Legib. 2 super tumulum mensam quoque vel columellam tribus cubitis non altiorem, statuebant, cum ornamentis laudis quæ ad mortuos pertinerent, facta nominis mentione honorifica. Lex præterea erat, ne sepulchrum quis deleret, ne vè alienum in illud inferret: ac ita multis caremoniis ius sepulchrorum religiosum habebant: quod nos quoque tenemus, cum more circa sepulchrum ponendi arma & militaria signa, tanquam bellica laudis atque virtutis trophæa.

De primo vsu vouendi vota Deo, ac nudipedalia sacra agendi, & qui primi inuenerint Litanias, id est processiones, supplicationes, atque quare in ecclesiam inductæ sint: & cur sternuentibus bene precemur, oscitantisque ac quiduis inchoantes sese crucis signo valent, & de origine supplicationum nostrarum pompæ, ac de pio supplicandi introducendo modo.

Cap.

**S**olemus ad opem diuinam implorandam tum maxime incumbere, cum maxime premimur, vel in re trepida versamur, nostrisque malis non possumus humanis viribus aut consiliis mederi: & id quidem votis aut precibus agimus, quibus Deus ipse precipue placatur. Vnde in Numeris legitur, Si qua virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit, implebit. Et propheta Asaph Psalmo 75. Vouete & reddite, &c. Hinc faciendi voti usus manasse videtur: quod fit, cum tacite vouemus: aut cum aliquid promittendo, ut puta imaginem argenteam, cereus candelas, Deo nuncupamus vota, id quod veteres etiam factitabant, arbitantes votis & precibus deos in primis placatum iri. Sic Helenus apud Virgilium admonet Aeneam:

Iunoni magna primam proce numen adora,

Iunoni cane vota libens.

Vtrumque à nobis in periculis seruatur. Ea quoque do causa, apud Iudaeos nudipedalia sacra instituta fuisse constat, quae, ut testatur Iosephus libro de Bello Iudaico secundo, eiusmodi erant. Iis enim qui morbo vel aliis calamitatibus implicabatur, mos erat primum orare per triginta dies, & abstinere vino, atque capillos radere, deinde nudis pedibus adire ad templum, hostiasque immolare,

molare. Ad hac sacra cum alijs sapius, tum id temporis precipue recursum est, cum Nerone principe. Florus Iudaeae praeses miserandum in modum gentem opprimeret, quae ob eius tyrannidem, contra est arma in Romanos ad extremum sumere, quo demum bello misera ferme tota deleta est. Igitur cum Iudaei omnia prius humana similiter ac diuina experiri vellent quam bellum tettare, postquam neque pretio neque precibus poruerunt: coercere sanctiam Flori, quippe qui ne sua maleficia per accusationem Roma pateficeret. Iudaeos studio ad bellum suscipiendum stimulabat, nudipedalia sacra vouerunt. Quapropter cum dies sacrorum aduenit, Bernice Agrippa regis soror, teste Egesippo, eius religionis causa etiam Hierosolyma in templum venit, atque nudipes ante tribunal stetit deprecans Florum: quae tamen tantum absuit ut à Floro exaudita sit, ut etiam de suo periculo timuerit. Huius religionis Iuuenalis satyra sexta meminit:

Observant ubi festa mero pede sabbata reges.

Item, auctore Hieron. aduersus Iouinianum, quae admodum supra lib. 4. diximus, Apostolus Paulus in Cencreis (est Corin: biorum portus, uti ante diximus, in Achaia) nudipedalia sacra egit. Ita nos calamitate aliqua affecti vouere solemus, nudisque pedibus more Iudaeorum ea persolvere, interim, suppliciter orando: nam precibus ante omnia instandum: quod cum populis assidue faciat, multis magis sacerdotes qui eius curam habent,

habent, piè precando præstare debent. Sic Moyses, sic Aaron sic Apostoli, sic sancti deniq; patres iustâ Dei iram orando mitigandam, dignumque supplicium à populo sibi commissio auerendum curabāt. Cuius rei rectè memor Mamercus Viennensis episcopus, in frequēti motu terrarum, pontifice Leone primo, supplicationes siue rogationes primus instituit, quas nostri gratiam secuti vocem, litanias, & vulgò præcessionēs vocāt, quod binas præcedendo binilongo ordine sequantur, à loco ad locum progrediendo, ac magna voce orādo. Eæ minores nuncupantur, quas haud multo post Agapetus pontifex dicitur primus cōstituisse in singulos dominicos dies, in templis, vel circa templa habendas, quod hodie ferè ubique gentium seruat. Quidā tamen malunt præcessionēs appellare, quia ea sacrificialis pompa publicè procedit. At eiusmodi processionū vsus iam inde à principi apud nostros fuisse, testimonio est Terull. lib. ad Vxorē altero, quem fortè intermissum Mamercus renouauit: & illos à Iudæis mutatos esse satis constat, qui primi ita occurrerunt Christo ex Bethania se Hierosolyma conferenti: quod euangelista Ioannes cap. 12. præclare scribit: Postero die turba multa quæ venerat ad diem festum, cū audissent quòd veniret Iesus Hierosolyma, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israël. Post hæc Gregor. maiores instituit, quæ

omnī

omnis ordinis populus septeno ordine incedens alternis caneret, cū per id tempus quodam morbi genere laboraretur, quo inguinibus statim tumescentibus multi mortales inrererent. Cuius pestis Paulus Montiscasini monachus, qui Longobardorum historiam scripsit, causam fuisse prodit, prodigiosum Tyberis incrementum, quòd recedentibus inde undis, ingens serpentum numerus in urbē inuaserat, ac vsque eò aërem tabefecerat, ut inguinibus subitò tumefactis, passim homines perirent. Quod malum Pelagius, in cuius locū Gregorius surrogatus postea fuit, precibus auertere conatus, ieiuniū ac litanias indixit: sed & ipse inter alios interiit. Subijt aliud pestis genus, ut cū quis sternuisset aliquoties, cōtinuò accideret: unde mos, sicut quidam tradūt, creuit, ut audientes quempiam sternutantem illico dicerent, Te Deus adiuet: quod hodie seruat. Itē & oscitare simul letale fuit, propter quod sese crucis signo repente cōmuni consueuerunt: & hoc etiā nunc ab oscitantibus fit. Hac tamē videmur physica quadā ratione potius obseruare: nā tres nostri corporis partes principales sunt, caput, thorax, & aluus: ac ut flatus alui expiratio, & ructus ventriculi, ita sternutamentum est capituli, quo totum ferè corpus extenditur, ideoq; non modo caput, sed reliquas etiā partes bene valere indicio est. Quapropter moribundos interdum sternutatorio excitare solemus, tanquam si hoc effici nequeat, nulla amplius sit spes salutis. Ex

quis

quo videtur Arist. lib. I. de Natura animalium, de ea re ita scribere: Sternutamentum quocq; eadem agitur parte, quod status uniuersū erupit est. signum augurale. Et unum ex spirituum omnium generibus, sanctum Et sacrum Vnde mox, ut sternutatio veluti bona valetudinis index, sacra habeatur, Et sternutantes salutemus, ac eū bene precemur. quod Tiberium Cæsarem plenum semper tristitia hominem, etiam in curru exegisse produnt. Item oscitantes sibi timere ex quadam religione constat quod oscitatio ex somno aut taedio sequatur, ac in ijs qui febrem habent, sit adhi tātis seu potius augeſcentis febris indicium. Catarum à principio ita vsu venit, ut nostri Christiani initium cuiuscunque rei agenda à signo crucis facerent, quod Tertull. in lib. de Militis corona, perspicue demonstrat, ita scribens: Ad omnem progressum atq; promotū, ad omnem aditū Et exitū, ad vestitum Et calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exercet, frontem signaculo terimus. Harum Et aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expositules scripturarum nulla legū traditio tibi pratendetur, auctrix consuetudo, cōfirmatrix, Et fidei obseruatrix, Et cætera. Sed domum rependemus. Tum Gregorius mandauit, ut ubiq; gentium eiusmodi litaniarū modus seruaretur: hodie à sacerdotibus ob metum impendentium malorum canuntur, magna populi sequente ceterua simul rogantis. At in re quoque

lata sæpe publicè supplicamus, ut qui metu malorum antea uoueramus supplicādo, postea optati compotes, Et securi gaudentes, sic Deo gratias agamus. Quod vel etruici faciebant, dicente Virgilio de Didone, ob inopinatum Troianorum aduentum gaudente:

Sic memorat, simul Aeneam in regia ducit

Tecta, simul diuū templū indicit honorem, id est, ut ait Seruius, iussit fieri supplicationes. Ita Romani factitabant, Et alia pleraque gentes, à quibus ad nos ritus eiusmodi dubio prouenit manauit: nam in supplicationum nostrarum pompa solent ludicra quadam precedere, hoc est, ordo militaris equitum peditumq; vel effigies aliqua arguta, loquax, ridicula, aut magnis malis latè debiscens, dentibusq; sonitum faciens, valde formidolosa, ac alia oblectationes ludicra vagari, in quibus propheta representantur, alati pueri concinunt, chorus inducitur feminarum, Et virorum tripudiamium, hic agit Dauid, ille Salomone gerit, alij reginas fingunt, alij venatores ludunt, simiam vel uimenta simul inducētes, ut denique in hoc ludicro apparatu multiuges recitentur historia antiqua. Item cæna tecta, Et symphonia adhibentur, loca ualantur, quæ pompa uehitur. Item pueri, Et puella, ex fenestris uertantur despicere, hoc est, ex fenestris deorsum uersum spectare. Præterea sacerdotes vel alij diuinarum personas agunt, eorum imagines aut reliquias ferētes, via Et platea, uariis odoribus con-

E. L.

Sper



sterguntur floribusque sternuntur, ac demum aliquot praeficiuntur, qui iubeant viam dari, ut popa sine impedimento procedat. Sic sacrificalis pompa apud praeficos ducebatur, teste Dionysio lib. 7. Verum ex illis figuris qua praeferebantur, aliam ridiculam Cato in M. Cacilium vocat citeriam, dicens: Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vestitatum ire ludis pro ceteria? Plautus, verò aliam formidolosam effigiem appellat manducem, in Rudente sic scribens: Quid si ad ludos me pro manduce locem, quapropter clarè crepito dentibus? Sed eius rei testimonium Apuleius in primis perhibet, qui libro II. summam singula exponit: ait enim: Ecce, pompa magna paulatim procedunt anteludia, vocibus cuiusque studiis exornata pulcherrime. Hic incinctus baltheo militem gerebat, illum succinctum chlamyde copides (sunt enim copides cultri recurui) & venabula venatorem fecerant. Nec ille deerat qui magistratum fascibus purpurisque luderet. Vidi & vrsam mansuam, cultu matronali sella vehebatur, & simam pileo textili. Et sequitur: Iam sospitarii dea (lunam intelligit) peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido splendentes amicimine, vario latantes gestamine, verno florentes cornamine, qua de gremio per viam, qua sacer incedebat comitatus, solum sternebant flosculis. Et pergit: Illa etiam qua ceteris unguentis & geniali balsamoguttatim excusso, conspergebant

pla

plateas. Magnus praeterea sexus viriusque numerus luceris, radis, cereis, & alio genere fusti luminis siderum caelestium stirpam propitantes. Symphonia dehinc suaves, fistula, tibiaque modulis dulcissimis personabant, eas amoenus latissima iuuentutis veste niuea & catalista (collobium intelligit) praetens sequebatur chorus. Et paulo post subdit: Et plerique qui facilem sacris viam dari predicarent, &c. Ii pracones erant qui proclamare solebant, Hoc agite: quibus verbis admonebant, reliquis rebus posthabitis, sola sacrificia curanda esse. Velabant loca, qua veheretur pompa, sicut etiam fit apud nos. Causam tradit Verrius Flaccus, qui scribit, cum populus Romanus pestilentia laboraret, essetque responsum, id accidere, quod dii despicerentur, anxiam urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculum, euenissetque, ut circensium die puer de coenaculo pompam superne despexerit, & matri narrarit quo ordine arcana pientis (quod vehiculi genus est) composita vidisset. Qua re separatim nuntiata, tunc placuit loca velis contegi, qua pompa sequeretur. Ac ita ex illo peste sedata, puer qui ambiguitatem sortis absoluerat, praetexta gestanda munus impetrauit. Ambiguitas autem oraculi fuit in verbo, Despicerentur: nam interpretabantur, deos & carmonias negligi, cum tamen oraculum intelligi vellet, deos deorsum versum aspici, quod nefas erat, & ad pollutionem sacrorum pertinebat.

I l 2 Vide

Vnde & nostri hodie in supplicationibus pueri  
& puellæ ex fenestris verant despiciere. Item eod-  
dem priecos deorum imagines gestasse, testatur  
idem Apuleius, qui inquit: Secundus vestitu qui-  
dem similis, sed manibus ambabus gestabat alta-  
ria, id est, auxilia, quibus nomen dedit proprium  
deæ summatis auxiliariis providentia. Hinc quo-  
que in pompa sacrificiali nostri diuorum imagi-  
nes vel reliquias gestitant. Item & testimonio  
eiusdem constat, priecos consueuisse agere deorum  
personas, ita scribentia: Nec mora, cæm dei di-  
gnati pedibus humanis incedere prodeunt. Sic  
argute facit eiq; iocatus Apuleius: dicimus enim  
deos incedere humanis pedibus, quando homi-  
nes in huiusmodi sacrorum pompa, iustinent per-  
sonas & deorum nomina: de quibus Tertullianus  
ait: Ipsos deos, nostros sæpe noxi induunt.  
Hunc & nos ritum pariter seruamus, sed haud  
scio an tam rectè quàm bellè illud fiat: vereor,  
inquam, vereor, ne iis in rebus diis potius gen-  
tium, quàm Christo, gratum faciamus: nam illi  
suas culiores in suppliciis, ut Sallustius perhibet,  
magnificos esse volunt, hic verò nihil magi  
quàm illud horret, qui inquit: Tu autem cum tr-  
raueris, introito in cubiculum tuum, & clauso  
oibo, ora. Et quid igitur fiet nobis, si cõtra præ-  
ceptum venerimus: imò fiat quiduis, nos tamè ur-  
nimus contrà: cuius rei ut magis pudeat, unum  
ex sexcentis ethnicorum exempli valde mehet  
cule memencandis ponam. Athenienses enim, et

Plato

Plato in suo Alcibiade secundo prodit, sole-  
bant quotannis multò sumptuosissimas sacrorũ  
pompas celebrare, ac magno facere sacrificia ap-  
paratu. Contrà Lacedæmonij ea omnia præpar-  
cè, ut qui plus haberet in precibus. Quis propter  
quoties res ulla inter eos erat populos, Atheni-  
sium semper longè existerat inferior: qui tanta  
calamitatis causam scire auentes, Ionem Am-  
monem per prophetam consuauere, Propheta ad  
ea respondit id accidere, quod Deus plaris La-  
cedæmoniorum castas preces, quàm Athenien-  
sium magnifica faceret sacra. Nostram igitur  
ethnicorum amulationem in supplicationũ ritũ,  
fas tandem aliquando esset moderari; id quod  
maturè fieret, si procul à publicis supplicationi-  
bus omne ludicrorum genus, ac quicquid contra  
pietatis cultũ est, de medio remoueretur. Quan-  
doquidem, modus iste supplicandi introductus  
est, ut in rebus secũdis ordine cuiusdam celestis  
exercitus composito, lati triumpharemus de vi-  
ctoria Christi in cruce adeptæ pro nobis, sicut  
Apostolus ad Coloss. docet, ex quo crux ipsa ve-  
luti signum militia Christi præfertur: aut in ad-  
uersis tristes Deum precaremur, veneraremur,  
atque imploramus, ab eoque veniam, auxilium  
& pacem summissè peteremus.

De origine vasorum indumentorũque  
sacerdotalium, ac de primo eorundem sa-  
cradorum instituto, & vnde vsus tintinna-  
bulo

bulorum, item velorum, cortinarum, can-  
delabrorum, & vexillorum.

Cap. XII.

**C**alices in quibus consecratio diuini sangui-  
nis fit, principid ligneos fuisse satis constat:  
atq; id pauperum Apostolorum institutū dix-  
erint, qui sic voluerunt modis omnibus materiam  
auferre sacerdotib; inhiandi opibus, quas ipsi in  
primis neglexissent. Zepherinus postea manda-  
uit, ut in vitreo vase, nō in ligneo, ut antea, sa-  
crificaretur. Antiquitatum est id decretū pau-  
latim, & autumq;, ne in ligneo vase sacerdos rem  
diuinā faceret: propter materia raritatem, qua  
liquor imbibitur, neq; vitreo, quia fragile: neque  
ex metallo: ob tetrum saporem quem inde cōci-  
pit: sed in auro, aut argēto: aut si utrunq; desi-  
mstanno: auctor Gratianus. Sunt tamē qui hoc  
primū Urbanō primo assignēt. Linteolum su-  
per quo inter sacra corpus Christi ponitur, Six-  
tus primus pontifex iussit, ne ex alio quām ex  
linco panno, & quidem purissimo stercid cor-  
porale vocāt. Eiusdem quoque sanctio: ne sacra  
vāsa profana attrectarent manus praesertim sa-  
cerdotum. Item ab Hebrais sumptum est, ut ves-  
tes sacerdotales, cum altarium tegumentis ac  
reliquis rebus ad vsum templi necessarijs satura-  
rentur, & vestimenta ipsa sacerdotibus alijsq;  
initiatīs assignarentur, qui ea induerent, cum

factū

sacris essent operam daturi. Quod Stephanus  
pontifex primus, apud nostros ~~faciendum~~ faciendum  
statuit: nam in concordia surgentis religionis, sa-  
cerdotes rem diuinam factū nihil superindue-  
re conuenerūt, cum potius sese in virtutibus animi  
virtutibus vestire, ac cuius corporis exere  
studerent, quā in nouis sumere apparatus. qui  
apud ipsos Hebraos magna habebatur venera-  
tioni, teste Origene super Leuiticum, ubi ait: In-  
uenimus & vasa ministerij sancta duci, & loca nihilominus sa-  
cerdotibus assignata. Quidā tintinnabulorum so-  
no populus iuitatur, vocaturque ad sacra au-  
dienda stas diei horis, Sabiniani qui Gregorio  
successit, hoc decretum est. Aliud inde Ioānis 22.  
Romani pontificis praescriptum manauit ad po-  
steros: is enim instituit, ut ter in singulos dies,  
tintinnabula ad vesperum pulsarentur, ac tum  
vniquisque ter salutationem angelicam diua  
virgini sacram recitaret. Institutum ita manet,  
ut hodie vbiq; gentiū fit in vfu, atq; audito tin-  
tinnabuli sono, cuncti confestim in vestigio ge-  
nua flectant, atq; orent. Ipsorum autem tintin-  
nabulorum vsus ab Hebrais itidem manauit:  
princeps enim sacerdotum, uti est apud Iosephū  
lib. Antiquit. 5. superinduebatur tunica hyacin-  
thina, ex cuius simbrijs tintinnabula pende-  
bat, qua sonitum crederent, sūm ille esset sancta san-  
ctorum ingressurus. Sed Origenes rem commodē  
super Exod. exponit, scribens: Habeat etiā poti-

lib 4 fex

sex per indumētū circum, tintinnabula ut ingrediens sancta, det sonitum, & non intret cum silentio. Et hac tintinnabula que semper sonare debent, in extremo vestimento sunt posita: circo, credo, ut de extremis temporibus & sine mundi nunquā sleas, sed inde semper sonet, inde disputes & loquaris, secundum eum, qui dixit. Memor esto nouissimorum tuorum, & non peccabis. Ad hunc ergo modum, homo noster interior Deo pontifex adornetur, ut introire possit, non solum in sancta, sed in sancta sanctorum & reliqua. Sunt sexcenti prater ea tintinnabulorum usus, praterquam in domo Dei, quod silentio prater eundem duxi, cum tale quid persequi, logē à nostro abesse instituto. Itē & ab illis accepimus velum, quo apud eos sancta à sanctis sanctorū diuidebantur, & apud nos itidem altare princeps ab ea templi parte, in qua insidet chorus, separatur, tempore quadragesimali: item cortinus, candelabra, vasa, quibus vimur. Quae omnia atq; id genus multa, cum Moses tum Salomō ad usum templi primū inuenere, ut in Exodo & in Regum libri patet. Quod vexilla circa dies Paschales in templis eriguntur, id ea de causa fit, ut triumphus Christi, qui à morte insigniter resurrexit, sollemniter representetur: & illud vel ab ethnicis sumptum: nam quemadmodum illi signa miliaria qua deuictō hoste cepissent, ut certa victoria signa, in triumphis portabant, sic ferebātque inter cetera honorū monumenta: sic

nos paschali tempore, vexilla in sacrorum pompa deferimus, in templi, que suspendimus. Quo quidem tempore rex ille noster fortissimus, mortis confractis viribus, pede conculcans tartara, soluit à pœna miseris, victor que de funere surgens triumphauit pompa nobili.

De primo. apud Christianos imaginum cultu, deque modo eas venerandi à patribus constituto, atque de prauo earundem abusu ad quaestum.

## Cap. XIII.

**D**E simulachrorum origine, supra in secundo est à nobis libro proditū. hic de illorū cultu iam agamus, quem non modo nostra religionis expertes, sed teste Hiero. omnes ferme veteres sancti patres clamabant. abmetum idololatriis, qua nullum exerrabilius scelus esse potest: nam cum Deum, ut perhibet Ios. vidisset, nemo unquam quam ei formam dabitur. eisi. Moses dicit: Deus fecit hominē, ad imaginem Dei fecit eum, quod ad animam. Eusebius de Preparat. euang. lib. II. scierat. refert. id quod Ioānes Damascenus ad corporis formam deo querere nititur, cum de huiusmodi imaginibus colēdis causam agit. At Moses nihil magis inculcat, sicut ex compluribus tam Exodi quam Leuitici constat locis, quam ne populus aliquid manufactū veneretur. Et propheta. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simula-

chris suis. *Diuus* quaq; *Gregorius Serenū* episcopo  
*pum Massiliensem, quem admodum in Canonicis*  
*decretis legitur. Epistle epistola nona lib. Epist. 9.*  
*attestatur, reprehendit, quod imagines fingisset*  
*& laudat, quod eob inhibuisset. Ceterū quia lex*  
*per presentem umbram, ut in Numeros passim*  
*docet Origenes futura bona significabat; ideo le-*  
*gitimus in eodem libro, Moſen iussu Domini fecisse*  
*aneū serpentem, erexisseq; in eremo, ut ex po-*  
*pulo, qui à serpentibus laſi essent, illum imuerē-*  
*tur, & sanarentur. Hunc serpentem ait diuus*  
*August. typum fuisse Christi crucifixi, quod per-*  
*inde sanentur, qui hunc pendentē in cruce con-*  
*templantur, atq; qui illum aspiciēbant. Sed illud*  
*ipsum Seruator ipse manifestius testatur: Et si-*  
*cut Moſes exaltauit serpētē in deserto, ita exal-*  
*tari oportet filium hominis, ut omnis qui credit*  
*in ipsum, non pereat, sed habeat uitā eternam.*  
*Hebraei serpentem tam salutarem non potuerūt*  
*non venerari, quippe quem, ut rem sanctam, re-*  
*ligiosē seruauerūt vsq; ad tempora Ezechia regis*  
*qui eum postremo confregit, quō sic populum in*  
*idololatriā turpiter lapsū, ad pristinum cul-*  
*tum reduceret. Fuit areus serpens datus, ut ſi-*  
*gnum diuinae potentis: nam longo post tempore*  
*Christus Seruator, qui, ut Apostolus ait, Dei-*  
*mago erat, & loco Moſaici serpentis in crucem*  
*leuādus nobis intuentibus salutem parere, ſi-*  
*manq; humanā induere voluit, & factus homo*  
*uisus cognitusq; est à mortalibus, id quod nun-*

quam

quam antea patuit, sicut ipse affirmat discipu-  
 lis suis, ita loquens: *Beati oculi qui vident qua*  
*vos videtis: Deo enim vobis, quod multi pro-*  
*pheta & reges voluerunt videre qua vos vi-*  
*detis, & non viderunt, & audire qua auditis,*  
*& non audierūt, &c. Illi haud dubie felices fue-*  
*re, dicente Ouidio:*

*Felices illi qui non simulachra, sed ipsos,*

*Quique Deum coram corpora vera vident.*  
 Et quia huiusmodi forma, propria virtute mi-  
 racula supra fidē edebat, idcirco ut Deus habi-  
 tus est. Cuius quidem rei fama efficiebat, ut vni-  
 diq; populorū cōkursus ad eum fieret, qui illius  
 faciē diuinae lucis fulgore nitentē haud dubiē  
 cōtemplabantur, & venerabatur, ut eius effi-  
 giem iam iam mentibus infixam aut pingere vel  
 sculpere tūc primū cōperint: quod tūc primū  
 fecerūt idolorū cultores, qui in re publica Chri-  
 stianā venerūt, quod testatur Eusebius, qui cir-  
 citer annum salutis CCCXX. claruit. Is in Hi-  
 storia ecclesiastica lib. 7. demonstrans Casaream  
 cognomento Philippi eam esse urbem, quā Phœ-  
 nices Paneadam vocant, ita scribit: *Mulierem*  
*quam sanguinis profluuio laborantem à Serua-*  
*tore curatam euangelia tradiderunt, huius vr-*  
*bis ciuem constat fuisse, domusq; eius in ea etiā*  
*nunc ostenditur, pro foribus verō domus ipsius,*  
*basis quadam in loco editiore collocata mon-*  
*stratur, in qua mulieris ipsius velut genibus*  
*procluta, palmaeq; suppliciter tendentis ima-*

go

go are videtur expressa. Adstat verò altera are nihilominus fusca statua, habitu viri stola circumcircundati, & dexteram mulieri porrigētis. Huius ad pedes statua è basi herba quadam noua specie nascitur, qua cum exorta fuerit, excrescere vsq; ad stola illius arci vestimenti simbriā solet, quā cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad delectandos omnes morbos languoresq; cōquiri, ita, ut quacunque illa valetudo fuerit corporis haustu exiguo madefacti salutaris graminis depillatur, nihil omnino virium gerens, si, ante quā areæ simbria summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatā tradebāt, qua permansit ad nostra vsque tempora sicut ipsi oculis nostris inspeximus. Et nihil mirum, si ij qui ex gentibus crediderant, probeneficijs qua à Seruatore fuerāt cōsecuti huiusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nunc & Apostolorum Petri vel Pauli & ipsius Seruatoris imagines designari, tabulisq; depingi. Hucusq; Eusebij verba reddimus. Iam apparet à Christianis positam fuisse statuam Christo, cum aut in humanis vitam ageret, vel statim post eius ascensum in calū. Sed si Ioanni Damasceno credimus ipse suā effigiem, vt sui presentem memoriam, Abagaro Edissenorum toparcha (erat ea gens ultra Euphratem) dono misit. Abagarus enim, auctore eodem Eusebio, cum audisset Iesum innumerabilia ede-

re miracula, quia morbo tentabatur, scripsit ad eum, suppliciter rogans, vt se sanatum veniret: cui Seruator per Ananiam tabellarium qui Abagari literas tulerat, respondit se, postquam assumptus esset, missurum vnum ex suis discipulis, qui eius valetudinem curaret. Fuit ille Tatheus vnus ex septuaginta, qui postea id officium erga Abagarum praestitit. Interim dum toparcha expectando nuntium salutis, iam mora haud satis patiens, animi pēdebat, dicitur, vt Damasceno placet, misisse pectorē, qui formam eius fingeret, sed pictor cum ob vultus splendorem id effigere nequiuisset, fama est Dominum admississe ad faciem vestimentum seu sudarium, & illi suā effigiem impressissā diuinitus, atque mox misisse ad Abagarum, vt sic pium regem consolaretur. Alterum id genus sudarium, dum ad mortē subeundam ducebatur, dedisse fertur mulieri, quam profluuijs sanguinis, vt supra ostendimus, liberauerat, cui, si recentioribus credere volumus, Veronica nomen fuit: quod videri quae acceptum fuerit, hodie Roma per sanctē seruatur in aede principis Apostolorū. Itē constans opinio est Lutecam euangelistam pinxisse in tabellis aliquot figuram Deiparae virginis, qua illa erat, quae hodie in quibusdam locis tam sanctissime custodiuntur, quā religiosissime coluntur. Apostolorum quoque imagines ad eorum corporum exemplum olim formatas à Christianis, idem Eusebius in eo loco attestatur, quem supra citauimus.

mus qui inquit: Sed antiquas ipsorum imagines à quibusdam conseruatas nos vidimus. Quod mihi videtur ex gentili consuetudine indifferenter obseruatum quoddam ita soleant honorare, quos honore dignos duxerint: insignia etenim veterum reseruari ad posterorum memoriam, illorum honoris, horum verò amoris indicium est. Hac ille. Hinc igitur natum ut merito tam ipsi seruatori, quam eius diuis statuas & in templis poni, & uenerationi haberi consueuerit. Ac quoniam eiusmodi diuorum memoria ut certo exemplari pro oculis posito, quam nobis imagines ingerit representant, ad virtutem & imitationem excitantur homines, atque imaginis honor, ut Basilius inquit, ad exemplaris transfertur honorem, idcirco patres eam consuetudinem non modo admiserunt, sed auctoritate sexta synodi, quae Constantinopoli habita est, imperantibus Constantino & Iustiniano II. ipsius Constantini filio, ut in decretis Canon. patet, statutum fuit, ut imagines sacra diuorum in templis haberentur, magnaque ueneratione colerentur utpote qua imperitoribus loco sacrarum literarum forent, ad quas etiam Romanorum ritu, de quo supra libr. 2. cap. 23. memini, thurs & cerei incenduntur. Fuit is annus salutis LXX. alter, supra DC. vel, ut non nemo sentit, DCCII. quae Agatho Romanam tenebat sedem. Deinde Constantinus pontifex habita synodo, id decretum corroborauit, iussitque ut imagines in porticu di-

ui Petri depingerentur quoddam intellexerat à Philippo Imperatore eas è parietibus diuæ Sophia ignominia causa abrasas fuisse, propterea illum haeticum pronunciauit. Leo deinde tertius fanatico spiritu percitus itidem fecit, quem Gregorius secundus pontifex per literas admonuit, ut ommissis quorundam improborum erroribus, ueram tandem amplexus regionem, delere diuorum imagines desineret. Postremò Leone III. Imperatore mortuo, Hirenè eius uxor cum Constantino filio sexto, imperium obtinuit, mulier viro multò prudentior, forma pariter atque sanctitate insignis. Huius itaque opera, conuentus trecentorum quinquaginta episcoporum est Nicea factus, ut semel decerneretur, essentne diuorum imagines templis restituenda, an res in omne tempus repudianda. Tum quia inter cunctos satis constabat, Deum ab initio simulachrorum fingendorum præmonstratorem fuisse, ac postea statuas ipsas tam dijs quam hominibus præclaris postas esse, partim memoria eorum retinenda causa, partim studio incendi ad uirtutem animum illorum, qui imagines intuerentur, ut supra libr. 2. cap. 23. non utique obscure demonstratur, magno omnium consensu est decretum, ut Romanorum ritu ubique gentium in templis haberentur, additaque est colendi forma duobus carminibus expressa, ut res ab omni idololatria suspitione abesset, quae ex græco in latinum ita uersa fuerunt.

Nā Deus est quod imago docet, sed non Deum ipsa:

Hanc videns sed mente colas quod cernis in ipsa.

Et quis igitur tam dissolutus, tantaque audacia pradius est, qui velit possitve dubitare, seu aliter somnare, ne dicam sentire, vel cogitare de imaginum cultu, ac demum sit tot longè sanctissimorum patrum decreto constitutum? Ceterum illud ut quæ adeo desiderari possent, ut sacerdotibus frequentius populum docerent, quoniam paulo dohebat. Et venerari eiusmodi imagines. Et apud eas sua offerre donaria, quod quia illi tarent, & vultu ex seo esse tacere putantur, idcirco edisania de uerum est, ut hac pietatis pars parum differat ab impietate: sunt enim bene multi rudiores, stupidioresque qui faxem vel ligneas marmoreas æneas, seu in parietibus pictas, variisque coloribus litas imagines colant, non ut figuram, sed perinde quasi ipsa sensum aliquem habeant, & illis magis fidant, quàm Christo, vel alijs dijs quibus dicere fiat. Quo fit, ut in istis stultitia curantiales illis offerant, aurum, argentum, annulos gemmas, aurifacijsq; gemmas ibidem esse sentiant, & ita ut in istis pendentes plures in se sentiant, illi qui talem secatem morunt, nummi perforant, istos pendentes in collo aut manibus ipsam imaginem suspendant, donaria in locis conspicuis egregiè collocant, in vltisq; apponant, quod nomina offerentium & dijs & hominibus nota

ima

signa fiant. Sic bona pars hominum per hac magis delirare inducitur, ac in super longa aliquoties itinera conficere, ut unam imaginem cultam adeat, alijsq; donaria sua relinquat, prætermisso curulo alio aut pietatis, aut charitatis officio, nata se animo sat largitionis facisse, sat penitus, si inter orationem, lautius vitivando aurum obtulisset, in cuius thesaurum unamariam inde unum. Quam igitur sapientius, quamque religiofus est ex ratione peregrinari, ut labore corpus dometur, se rot cogatur rationi feruere, & imagines venerari, ut mens ad Deum proximis dirigatur, ne dona dare, quæ pauperibus vtili esse possunt, quandoquidem ex dubio procul esse constat munera gratæ Deo, qui, ut Socrates apud Platonem in Alcibiade 3. ait, animum iustum respicit, non rem inuolua. Atqui Iulianus manifestè demonstrat, quàm maxime aberrant illi qui aliter seu faciunt, aut sentiunt, sacros: Vides igitur gemmas, & cetera que habentur in pretio si quis putat Deo chara, is plane quid sit Deus nescit, cui putat anaptati esse caa, res, quæ etiam homo si quis contemptis suis elaudabitur. Hæc ille. Et diuus Hieronimus illi differentis loci apud Hieroniam, Et argento & auro decorant illud, de iunioribus loquitur Probo (ca) ait: Qui quidem error ad nos usq; transfuit, ut religio in diuisis arbitremur. Et etiam pertinet quod Plato lege vetuit, ne donum imagines ex auro vel argento, ferreaque aut ænea fieret, sed et aut

M m ligno



ligno vel lapide factas voluit, ut ne criminose  
 occiderentur, et si peccata existimarent se propterea  
 deos placare aut decipere posse.

De decimarum & primitiarum ac primo-  
 genitorum redemptionis origine, & quis pri-  
 mus decreverit, ut liceret sacerdotum collegijs  
 fundos & prædia oblata recipere possidenda.

Cap. XIII.

Summus propheta Moses, teste Iosepho, di-  
 stribuit Hebræis possessiones, distribuit & le-  
 sua eius successor. Levitis verò qui vacationem mi-  
 litia habebant, nulla terra portio data, præter ha-  
 bitationem in singulis tribubus, & in suburba-  
 nis locis tantum agelli, quod satis esset ad iumentum  
 & pecora alenda. Iste enim ordo Leviticus vel  
 sacerdotalis sapientia ac scientia Dei operam im-  
 pendeat, huic lex Dei commissa erat: cui ut assidue  
 absq; ulla sollicitudine studeret, ac ne ob vitium  
 inopia cultus diuinus ab eo vel negligeret, vel  
 desereretur, necessum erat ut eum populus com-  
 miter inuaret: qui si, ut probè ait Origenes, qui  
 necessaria sunt, non præbuerit sacerdotibus & le-  
 uitis, occupati illi in talibus, id est, familiaris rei  
 curis, minus legi Dei vocabunt. Illis autem non va-  
 cantibus, neq; operam dantibus legi Dei, in peri-  
 clitaris: obscurabitur enim lux scientia qua in il-  
 lis est, & non subministrante oleum lucerna. Quod  
 tantum

tantum nefas ne ulla unquam tempore accide-  
 ret, Moses prudentissimus princeps legem tulit,  
 qua, uti in Exodo, Numeris, Deut. extat, & à  
 Iosepho simul exponitur, primitias & decimas  
 omnium frugum, omniumq; pecudum sacerdoti-  
 bus & leuitis offerri mandauit: sicut omnis qui  
 possideret agrum, vel vineam, vel oliuetum, vel etiam  
 hortum, & si quid esset quod exercebatur in ter-  
 ris, sed & si quis pecuaria haberet, is offerret ex  
 illis Deo omne, quod primum esset, & decimas  
 quoq; id est ad sacerdotes deferret: Deo enim of-  
 ferri dicit lex, quod sacerdotibus datur. Et hoc  
 est, quod docemur ex lege, ut nemo hominibus  
 nec legitime utatur fructibus, quos terra produ-  
 xit, nec animantibus, qua pecudum protulit par-  
 tus, nisi ex singulis Deo primitia & decima, id  
 est, sacerdotibus detur. Atq; sic Moses, imò Deus  
 ipse cuius iussu ille cuncta gesserat, auctor fuit,  
 ut primitia & decima leuitis ac sacerdotibus of-  
 ferrentur. Hanc legem ut pote Apostolica & E-  
 uangelica auctoritate corroboratam, Origenes su-  
 per Numeros, seruari etiam secundum literam,  
 sicut & alia nonnulla, necessarium probat ad-  
 uersus eos, qui ex titulo legis omnia sacra scripta  
 interpretari volebant: quod nostro quoque tem-  
 pore plerique tam stultissime quam audacissi-  
 me faciunt, dicentes: Si aliquid omnino seruand-  
 um est secundum literam, ut dicimus, hoc est,  
 sine allegoria, sine arguta interpretatione, cur  
 non & cuncta seruentur? Sed illi quidem non

animaduertunt aliud esse legem, aliud esse m̄ datum aliud testimonium, aliudq; iudicium, quae praecepit Dominus Moysi. Nō est scriptum, ut in ibi ait Origenes, Hoc est mandatum pascha, sed Hac est lex Pascha, quia lex umbra est futurorum honorum. Cum ergo sit mentio Pascha, ut de agno illo corporeo debemus sentire spiritualiter, quia pascha nostrū immolatus est Christus. Simili modo de azymis & ceteris festorum dierū observationibus intelligere debemus, quae sub legis titulo denotantur. Sicut autem mandata legis, quae secundum litteram stant: & ita Servator noster recepi atq; observari à nobis voluit, cū dixit, Serva mandata: cuiusmodi sunt, Ne occidas, ne furtum facias, De nuptiis idem praecepit, in dicens: Scriptum est propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erūt duo in carnem unam. Quae ergo Deus coniunxit homo non separet. De primitiis & decimis mandatum similiter servandum secundum litteram, Domini vocibus docemur, qui in evangelio inquit: *Va vobis scribae & pharisaei hypocritae, qui decimatis mentham, hoc est, decimam dactylis menthae, & cymini & anethi, & praseritis quae maiora sūt legis. Hypocritae hac oportet fieri & illa nō omitti. Vide, sermo Domini vult quidem, ut omnino fiant, quae maiora sunt legis, non tamen minora haec omittantur, quae secundum litteram significuntur. Quod à Pharisaeis vult factum, multo magis vult à discipulis praestitum,*

stitum, quibus dicit: *Nisi abundaverit iustitia vestra plus quàm Pharisaeorum & Scribarum, non intrabitis in regnum caelorum. Quomodo autem plus velit ut fiat à discipulis, quàm à Pharisaeis, in eo declarat, ubi dicit: Dicitum est amicus, non occides: Hoc servabāt & Pharisaei. Discipulis autem dicit: Ego autem dico vobis, quia si quis iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio. Igitur ex his satis patet, oportere nos & primitias & decimas solvere, si velimus non modò iustitiam nostram abundare plus quàm Scribarum & Pharisaeorum, sed eos officio tantum aequare, qui de fructibus terrae sua gustare non prius audebāt, quàm primitias sacerdotibus obtulissent, & Leuitis decimas separassent. Et quia munus primitiarum Domino offerebatur, ideo Eutychianus pontifex Romanus voluit, ut ipsae fruges sic in altari consecrarentur, velut apud Hebraeos oleo & thure adolebantur. Servatur hodie Eutychiani decretum nonnullis in locis. Verè et ad sanctitatis sacerdotum consensit, & populi pietas refrixit, ut primitiarum nomen unà cum prouentu pendè extinctum sit, cum hodie loco primitiarum, dominicis tantum diebus panes aliquot sua sponte alibi offerant, alibi verd solum duos tresve dent, quos sacerdos prius consecret, ac eos inde frustatim dimissos populo distribuatur, ut qui quondam illis diebus eucharistiam sumere consueverat, ob eius rei memoriam, panem istum ante omnia cibaria prae gustet.*

que illud sit ad imitationem Christi, qui ita panem sacrare prius solebat, quàm illum suis discipulis vel alijs porrigeret, ut vesceretur. Decima verò aded etiam grauata à multis datur, ut nō nisi coacti id faciant, argumentantes magis egerē qui eas dant, quàm qui recipiunt. Est aliud decimarum genus, quas sacerdotes sibi deberi cōtendunt ab opificibus qui manibus laborant, aut ab ijs qui mercaturam exercent, vel stipēdium faciunt, quales auctore Iosepho constat Abraham dedisse Melchisedech Solymorum regi, à quo est hospitio acceptus ex prada quam profugatis Assyrijs secum tulerat. Quot autem decimarum genera apud Hebraeos essent, & quomodo Leuita & sacerdotes eas inter se partiretur, quisve modus foret primitias offerendi, Hieron. super Ezechielem cap. 5. & 40. facile declarat, cuius verba idcirco ponere haud superuacaneum duximus. Dicamus igitur inquit, primum iuxta literam, denūdā, hoc est, decimam partem omnium frugum Leuitica tribui populus ex lege debebat. Rursū ex ipsis decimis, Leuita, hoc est, inferior ministrorum gradus, decimas dabant sacerdotibus. Erant quoque & alia decima, quas vnusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, ut comederet eas, cum iret in iēplum in vrbe Hierusalem, & in vestibulo templi sacerdotes & leuitas ad conuiuīū inuitaret. Erant autem & alia decima, quas pauperibus recondebant. At verò primitiua qua de frugibus

bus offerrebant, non erant speciali numero designata, sed offerentium arbitrio delecta. Et in libro ad Fabiolam, de Cibis & primitijs sacerdotum, rem hāc luculentius differens, dicit: Primitia ciborum & omnium frugum atq; pomorum offerentur antistiti, ut habēs vitum atq; vestitum absq; vllō impedimento securus & liber seruiat Domino. Primigenita mundorum animalium accipiunt sacerdotes, & immundorum pretia, hominum quoque primipartus redimuntur. Et quia conditio humana nascendi est communis, pretiū equaliter offertur, sic moderatum & leue, ut nec diues intumescat, nec tenuis pragrauatur. Editui & ianitores accipiunt decimas, & rursum decimas decimarum offerunt sacerdotibus, tanto illis minores, quanto ipsi maiores populo &c. Quod primitiarum suo quisque arbitratu, sicut Hieron. ait: plus minūve dabat, illud tamen ter quotannis facere debebant: primū enim circiter pascha, cum fruges maturescere inciperent, ut est in Leuitico, cap. 2. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringēs in morem farris, offerēs primitias tuas Domino, Deinde ad festum diem pētecostes, panes ex nouis frugibus confectos: postremū circa festum diem tabernaculorum, fruges ipsas iam collectas offerēbant. Sed & vnde ortum sit, ut primi hominum aque ac aliorum animalium partus Deo consecrati essent, iam

124  
 in legibus quas scribit Hieron.

appositè dicamus. Cur primogenita offerrentur Deo, causa ponitur in Numeris, cap. 3, ubi legitur: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ego tui Leuitas à filijs Israël, pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filijs Israël, eruntq; Leuita mei. Meum est enim omne primogenitum, ex quo percussi primogenita in terra Ægypti, sanctificauit mihi quicquid primum nascitur in Israël, ab homine vsq; ad pecus. De interitu primogenitorum Ægypti mentio fit in Exodo, cap. 12. Sanè singuli primogeniti undecim tribuum, quando primi qui nascebantur in tribu Leuitica, ad templi ministerium applicabantur, de sacerdotibus redimebantur quisuis siclis. Siclus autem quantum valeat, suprè lib. 2. cap. 3. docuimus. Primogenitum verò animalis non mundum, aut mundo commutari, vel occidi solebat: etenim animal aliud mundum habebatur, quod edebatur aliud non mundum, quod non licebat offerre, sed velut naturamundum commutabatur, ut agnus, qui oue redimebatur: aliud item non mundum, ut canis, quem neq; offerri neq; commutari fas erat, propterea occidebatur. Verùm ad propositum iam redeat oratio. Non abs re igitur Seruator noster hæc de decimis sanctiones approbauit, qui quippe voluit, vt qui euangelium annuntiarent, ex euangelio viuerent, ac propter ea patres lege sanxerunt decimas esse soluendas: sicuti latè patet ex cõpluribus decretalibus pontificum episc. Quid quòd Romanos Musaicam legem

legem in hoc non aspernatos istud institutum seruasse constat: nã Herculi decimas dare locuple- tibus ac nobilibus antiquus mos fuit: & Lucretius, quia hunc ritum seruasset auctior factus est postea, auctor Festus. Quin & primitias dari cõsuetudo erat. Sanè Liberum patrem, qui & Bacchus dicitur, post deuictos Scythas, aliõsq; populos magno Ioui rerũ primitias obtulisse, auctor est Ouidius in 3. Fast. Et Cyrum regem Persarũ victis Lydis, decimã quoq; prædã Ioui dedisse, testatur Herodot. Sed iam ad rem familiarem veniamus. Vt enim Christus Seruator decimas non repudiavit, sic nec ex decimis opes priuatim congeri voluit: quare vt vitium auaritia, quod, vt ait Apostolus, idolorum seruitus est, à suorum præsertim sacerdotum cõtũ eiuiceret, repelleret, exterminaret, paupertatem elegit, eamque suis discipulis maxime commendauit, cùm dixit: Qui non renuntiauerit omnibus qua possidet, non potest esse meus discipulus. Et alibi: Vade, vende omnia tua qua habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me. Sed vt Christo paupertatem, qua habet suum commodum, suãque munditiam, tribuimus, itã sordes ac mendicitatem minus essequemus necesse est: siquidem ille dum inter mortales versatus est, non ostantim cibum petiit: quippe quem secum loculos detulisse, & suis discipulis abunde victum suppeditasse, ac egenos simul iunisse satis constat. Item ipsi Apostoli postea nec

in cibarijs perendis operam posuisse dicuntur, quando in Actis legimus pios Christianos certam possessiones vendidisse, & pretia earum afferentes posuisse ante eorum pedes, qua distribu-  
rentur singulis prout cuiq; opus esset: & sic nemo inter credentes egenus erat, quoniam omnia communia habebant. Ecce magnas in communitate diuitias, qua in priuato paupertas habebantur: hasce diuitias non uenit Christus à suis ministris possideri, qua cunctis egentibus usui esse pos-  
sent. Quapropter Urbanus uir sanctitate uita & doctrina singulari, qui sedere cœpit anno C C XXV I I. ab eo, qui fuit humana salutis primus, decreuit primus, ut sacerdotibus liceret pradia ac fundos à cultoribus religionis oblatos recipere, nihilq; cupiam priuatum esset, sed ad commune bonum Pradia recepta sunt, uel ad ipsum cō-  
mune bonum omnino, quandoquidem postea omni tempore fuerūt atque sunt sacerdotum domus collegia, ac monachorum cœnobis omnibus, & ipsis sacerdotibus communia, & alijs perho-  
spitalia & apertissima. Etsi paulatim hominum rapacitas & libido ferit, ut maiore ex parte obli-  
terata fuerint extrema decreti uerba, id est, Ad commune bonum: & loco illorum, illa dua semper religioni pestifera uoces, Meum & Tuū, in-  
scripta fuerint, qua ita multos transuersos agūt, ut sacerdotium nihil aliud nisi quæstum, nisi ha-  
reditatem ac dominatum esse putent: & quanto ueteres patres abstinentiam arctius constrinxerant,

rant, tanto isti intemperantia frana insolentius laxent. Quod postremum effecit, ut priuata com-  
moda longè potiora publicis haberentur: unde maleuolentia simultates & odia orta; namque ex communi priuatum facere, semper discordiarum causa fuit. Cœpit deinde Romanus pontifex diues fieri, quem Lucina uirgo sanctissima, Marcello sedente moriens prima omnium fecit heredem. Hac multis egit precibus cum Cornelio pontifice, ut Apostoli Pauli corpus extra Capenam portam, uia Ostiensis, ubi capitis fuerat supplicio affectus, in suum pradium transferret, & Petrum in Vaticanum qua & ipsius Cornelij corpus in pradio quoque suo sepelinit. Deinde Constantinus eundem pontificem, ut apud uulgus fama est, locupletauit assatim. Sic alij alia dedere loca, unde tam laudè nunc patent opes. Ceterum Urbanus in hoc securus esse uidetur Hebraeos, apud quos sacerdotium opulentissimum fuerat: quoniam sacerdotes in honore haberi debent, quos in primis paupertas in uulgu despicatio-  
res reddere solet atque inde fieri, ut eis mi-  
nus credatur, id quod religionem  
maximè offendit.

LIBRI SEXTI FINIS.



## POLYDORI VER

GILII VRBINATIS

de inuentoribus rerum

LIBER VII.

De monastica vitæ principio.

Cap. I.

**D**E Evangelicæ & Apostolicæ vitæ initis hæcenus diximus: in hoc verò volumine nouus ac varius viuendi modus demonstrabitur. Cùm enim à maioribus tantopere degeneratum, ab eorūque disciplina ac vitæ sanctimonia sic longè discessum foret, vt supra est sparsim declaratum, à Romani deinde pontifices, quàm vbiq; gentiū antistites nihil prius, neq; quicquam antiquius habuere, quàm ordinis sacerdotalis sic labentis reuocare gradū, sic peccantis coercere insolentiam, promulgatis ab se nouis quotidie legibus, ad melioris vitæ institutionem. Ad hæc iudicare graues pœnas, qui deinde contrà ac liceret, fecissent, vt quò minus odissent peccare virtutis amore, hoc formidine pœna facilius à malefactoribus abstinerent. Nec eo quidem pacto perinde profecere, quoniam à degustatis voluptatibus

hauit

haud facile animus auocatur: quare nonnulli postea extitere bona frugi patres, qui viam secururis facerent, quæ à deo ad rectum iretur. Porro ÷ omnibus quæ in terris miramur, contemptis, Christum complexi, id est, veritatem, pietatem, innocentiam, mansuetudinem solam diuinis rebus operam dederunt, quorum principes fuere Paulus, Antonius, Hilarion, Basilus, Hieronymus, ac plerique alij qui ab initio sanctitate pollentes, veluti noua religionis planta in Aegypti Syriaq; solo quamuis sterili feliciter increnere, nullo tamen adhuc certo viuendi ritu: nam id temporis huiusce vitæ genus simplex ac liberum erat, vt isti animo ceremonis minime oblectum, quas hodie monachi obseruant. Vestitum honestum pro introitu suo quisq; sumebat: item nullum votorum vinculum, ita vt integrum vnicuique foret manere aut proficisci, quò terrarū uellet: uel si quem eiusmodi instituti permittisset, etiam potestas esset ad pristinam redeundi vitam, non absque tamen inconstantia nota. Quod si deinceps per nouas hominum leges, inuolatum permanere licuisset, longè sanctissimos omni tempore monachos habuissimus, quando improbi haud duo monachi fuissent. Petebant loca vt plurimum deserta, hoc est, eremum, unde eremita dicit, quasi eremum colentes, quos Greci anachoretas vocant: & quia soli uinebant, id eo nostri monachos nuncuparunt, id est, solitarios: verum paulatim deinceps cœperunt gregatim

vim agere, vni infra dicitur. Atque ita à principio  
 monachi precibus, ieiunijs, vigilijs, literarumque  
 studiis dediti, procul ab omni hominum cœiu,  
 tantum duriter viciitando, ac sese manibus ex-  
 ercendo, exemplum bene viuendi posteris edide-  
 runt. At isti dein superiorum eiusmodi vestigia  
 secuti, familias singuli suas, vt per appositè infra  
 dicitur, instituere illisque viuendi normam præ-  
 scripserunt, vt & verbo & facto, quemadmodum  
 ipsa familia prædicant, vitam plane Apostolicam  
 mortaliibus referrent. Ad hunc denique modum  
 Christianus populus ~~quam legem, quam reli-~~  
 gionem complectus, in ~~uarias sectas est diuisus,~~  
 Sed de monastici instituti initio longè post homi-  
 nes natos, nunc celeberrimi, iam dicamus. Ita-  
 que olim inter multos teste Hieron. quaesitum est,  
 à quo potissimum eremus sit primùm habitari  
 cœpta: quidam enim alitius repetentes, Heliam  
 & Ioannem Baptistam eius rei auctores faciunt:  
 sed vt is plus quam propheta, ita ille plus quam  
 monachus, censeri debet. Alij Antonio assi-  
 gnant, alij cuidam Paulo Thebeso, ob id ipsum  
 primo eremita nuncupato, quod Anachoreta  
 vita primus fundamenta iecisset, id quod vel  
 Hierony. comprobat. Hunc igitur veluti exem-  
 plar, illum vt exemplum ad imitandum, fuisse  
 dicunt. Ego verò, quando in re ambigua vni-  
 que liberè est coniectare, crediderim institutum  
 monastica vitæ ab Essais siue Essenis, ita appel-  
 lat Plinius, quorum secta apud Iudæos admodum  
 celebris

celebris habitata est, ad posteros manasse, quoniam  
 illi ferè per omnia eam ducebant vitam, quam  
 inter nos monachi ex præscripto legis agere so-  
 lent. Et, vt legentibus id perspicuè pateat, non o-  
 riosum erit hic Philonis verba subicere, quæ Eu-  
 sebius lib. 8. Euæg. præp. repetit, ita scribens: Pa-  
 laestinam maxima gens Iudæorum habitat, inter  
 quos, qui dicuntur Essai, comperiuntur plures  
 numero, vt opinor, quàm quatuor millia: Essai  
 dicti, quasi sancti græcè, quoniam Dei cultores  
 præcipuè sunt, non animalia sacrificantes, sed mē-  
 tes suas virtute munitas, offerendas Deo puran-  
 tes. Nemo inter eos puer, nemo adolescens, pro-  
 pter instabilitatem ætatis, sed viri omnes, aut  
 sexes sunt. In ciuitatibus non habitant, existi-  
 mantes vt contagionem aëris corporibus, sic con-  
 uersationem vulgi animo nocere. Horum alij a-  
 gros colunt, alij pacificas artes ad utilitatem suã  
 & proximorum exercent, nec aurum, nec argen-  
 tum reponunt, nec ingentes agros laudant, sed  
 tantum colunt, quantum necessitati possit suffi-  
 cere. Ii enim ex omnibus penè hominibus, soli pec-  
 cuniam & fundos negligentes, virtute ditissimi  
 putantur, facilitatem viuendi & paucorum in-  
 digentiam, rectè magnas esse diuitias iudicantes.  
 Nemo eorum tela, enses, galeas, scuta, cæteraque  
 belli instrumēta facit: sed nec eas artes exer-  
 cent, quibus facillè omnes in improbitatem labun-  
 tur. Nulla mercatura, nullus cauponatus, nulla  
 eis cognoscitur nauigatio, omnes rapinæ occu-  
 nes

nes depellant. Nemo seruus apud eos, sed cum vniuersi liberi sint, alteri alteris seruiunt: omnes enim, aiunt, quasi mater, eadem natura genui: quare quamuis non vocemur, sumus tamen re ipsa fratres. Illam philosophia partem solummodo appetunt, qua de Deo & de creatione omnium scrutamur: morali maxime inuigilant, ad quam absolute consequendam paternis legibus adiuantur, quas recte intelligere nemo sine diuino auxilio potest. Has semper quidem, sed maxime septimis quisque diebus docentur: dedicata enim septima dies deputatur, in qua ceteris omnibus neglectis, ad sacra loca concurrentes, qua synagoga appellantur, ordine sub senioribus iuniores considerare solent, legunturque Scriptura diligenter, & exponuntur à peritissimis. Discunt igitur piè, sanctè, iustèque vivere, triplici regula utentes, amore Dei ardentissimo, virtutis cultu diligentissimo, charitate proximi feruentissima. Quod igitur summe Deum diligant, multa nobis argumento sunt, castitas perpetua, iurifurandi nulla mentio, mendacij odij, & praeicipue quod bonorum omnium, nullius mali causam Deum opinantur. Quod virtuti studeant, patet, quia pecuniam negligunt, gloriam spernunt, voluptatē oderunt. Charitatis autem argumenta sunt, beneuolentia, societas, aequalitas: nullus enim domum habitat, qua omnium communis non sit, unum ararium, unus sumptus omnibus est. Praeterea vestis communiter omnibus proposita, communi

munis cibus & potus, communis mensa, omnis deniq; vita communis est. Haec tenus Philo apud Eusebium. Si quisquam ex nostris monachis, qui regifico menarum apparatus viuunt, qui voluptates libare perire norunt, qui honores gnavitatem ambiunt, qui pecunia studium semper in modicum habent, hoc aliquando tegerit, sanctam reputauerit, nonna eum pudebit, qui iustitiam sua non modo plus quam Ephetorum non abundet, sed longe magis excoecat, largiaturque. Ab Ephetorum igitur religione profectum merito credere aequi est, ut apud nos monastica vita institutum coaluerit, quo similiter Paulus Thebaeus, ut Antonius, ambo Aegyptij homines à primo olim imbuti, ac illud postea insigniter emulati in primis esse videntur. Sed Antonio initium rei huius iure optimo acceptum referri decet, qui, etsi non ante omnes fuit, primus tamen mirè omnium studia ad eam vitam degendam incitauit, monachorumque dogma instituit, sicuti deinde Basilium in Graecia fecit. Adauxit & id temporis piū institutum Hilarion in Syria, qui cum sanctitate iam claresceret, Gaza tres cuiusdam nobilis matrona filios simul repente morbo affectos inuocato nomine Iesu, extemplo sanauit. Quod postquam auditum est, & longè lateque percrebuit, certatim ad eum ex Syria & Aegypto confluxerunt, ut multi crederent Christum esse verè Dei filiū, & se monachos profiterentur. Nondum enim caenobia erant in Palaestina, nec quiquam monachos



ante diuum Hilarionē in Syria nouerat: ille fundator & eruditor huius instituti ac studij in hac prouincia fuit. Habebat dominus Iesus in Aegypto senem Antonium, habebat in Palaestina Hilarionem iuniorem. Hac ex Hieron. Ad Antonium redeo, Vixit Antonius in solitudine in Thebaica regione Aegypti, condiditque ibi cœnobium, ubi cum Sarmata, Amata, & Machario suis discipulis, precibus tantum deditus erat, in pane & aqua omnis eius victus consistebat, cuius sanctitas ita celebris erat, ut Helena Constantini mater se & filium per literas illi commendaret. Obijt mortem in eremo annos CV. natus, qui fuit annus salutis humanae CCC LXI. Discipuli eius Amatas & Macharius (nam Sarmatam Saraceni impetu in Anronij cœnobium facto, interfecerant) monasticum ordinem postea tam uita sanctimonia, quam instituti, mirum in modum propagarunt. Ac eiusmodi uita monastica principium tale fuit.

Quando primùm ordo monasticus tribus votis astrictus fuerit, & quis primus ea vota introduxerit, uesitumque religiosum, cum nouo uitæ modo, ac ordo ipse abiuerit in plures familias.

## Cap. II.

Post annum quàm Antonius de quo supra est mentio facta, erat mortuus, circiter CCXVI. claruit Eenedictus Nursinus in Umbria Italia regione natus. Is in solitudine per diu uersatus, se

demum

demum Sublacū seu Sublaqueum contulit, quod est Latiorum praclarum oppidum, lacui eodem & tamen prisco nomine proximum, distatque ab urbe Roma circiter millia passuum quadraginta. Hic cum à multitudine ob sanctitatis famam adiretur, & ei secundum religionem nihil solitudine gratius esset, postremo eius celebritatis uitanda causa, Cassinum in ea regione peruenit, quod oppidum uenit, ibique sibi sedem posuit, statimque & seluagos ad id tempus monachos in unum contraxit cœnobium, mores & uitam tribus munitam votis, ~~quæ prius non fuerant~~, quàm Basilius cum certa uiuendi formula constituisset in Oriente, instituit parum uulgaria obseruationis. Sanè Basilius, Casarea Cappadocum praesul, qui circiter annum salutis humanae CCLXXXII. doctrina pariter atque sanctitatis summis floruit laudibus, ~~primus omnium~~ obligauit monachos ~~uicis~~ legis, ut post anni, quàm quis in collegium uenisset, si in eo uellet uita instituto permanere, uoueret, se casè uicturum, nihil possessurum, ac dicto praefectorum fore audientem, quò se in perpetuum omni sua abdicaret uoluntate. Fuit postea Basilij decretum iunctè ab omnibus receptum. Quauquam paupertatis uotum multò antiquius esse uideretur, si Urbano pontifici Romano credimus, qui amplius CXL. annis Basiliū antecessit: quando in epistola, qua eius nomine legitur, inuenimus, ita uisum esse, ut qui Apostolorum imitatores existerent,

N 2 2 pau

paulatim vota facerent se nihil proprium habi-  
turos, quò aquè rerum communitas, ac Apostoli-  
ca vna institutum omni tempore vigeret, si qui-  
dem ipsi Apostoli ad docendum euangelicū dog-  
ma quoquo versum à Christo missi, in mandatis,  
quemadmodum diuus Petrus apud diuum Cle-  
mentem lib. Recognitionum 2. te. atur, non ha-  
buerūt proprium aliquid dicere. Caterum isthaec  
vota iam inde à principio tanti esse expe-  
runt patribus, ut illi posthac lego sanxerint, etiā  
presbyteros quos seculares dicunt, debere votum  
castitatis, id est, pudicitia seruanda perpetuò, sal-  
tem tacitè facere, ac per id, haud licere cuiquam  
eiusmodi votis obligato, astrictòq; deinceps ma-  
trimonium contrahere, & si quis contraheret, il-  
lud omnino minimè valere. Vnde breui post  
quaestio incidit, an tale coniugium deberet stare  
necne. Et D. Augustinus, qui Basilio aequalis  
fuit, in primis permultis rationibus probauit con-  
traria post votum contracta non debere dirimi, vel-  
uti in Decretis, 27. quæst. 1. cap. nuptiarum, planè  
extat. Item Benedictus dedit suis monachis noui  
vestitus genus, constituit modum orandi, & te-  
nue victus alimentum, ac nouam abstinentia  
normam. Et ut apparet eum cœterum fuisse ex-  
summo mortalium usu, res mirandum in modum  
postea paulatim creuit, abiitque in plures fami-  
lias, Cluniacenses, Camalduenses, Vallisumbren-  
ses, Montoluetenses, Grandimontenses, Cister-  
cienses, Syluestrenses, qui Humiliatorū cognomen  
ferunt.

ferunt, Celestinos, diua Iustina, & Eremitanos  
diui Hieronymi, postremò per Martinum quin-  
tum, in familiam diui Benedicti adscitos. Quem  
ordinem à patrum norma iam collapsum, Lupus  
Hispalensis eius familia præpositus, nouis institu-  
tis instaurauit, de cuius exordio in capite inse-  
quenti prodetur. At ij quidem monachi, qui  
qui abijt, ~~quibus enim sunt, qui aut ignorantia  
sua potius, quam religioni consulunt, nouas in-  
dicere fecerunt contractas~~ ex vno velut fonte ma-  
nasse dicuntur. Caterum qui tum primum insti-  
tuti fuerunt, Benedictinos fuisse tradunt, qui si-  
gro hodie amittuntur colore, tunica laxiore, ac  
distincta, & ad pedes vsq; demissa, amictu capi-  
tis, quem cucullum vocat, in humeros & scapu-  
las breuius reiecto, quam cæteris: subter candida  
tunicula, & ea quidem lauea, cum cilicio, ocrea-  
ti genu-tenus incedunt, rudentur nouacula à  
vertice infra dimidiū calua: capillus infernè re-  
cisus in parui circuli speciem, circa aures & tē-  
pora, totum ambit caput instar corona, vnde  
ipse vertex derasus corona nuncupatur. Item  
quibus perpetuò se abstinent, nisi cum agrotu-  
ra coeperint. Vnde monachi qui hodie continen-  
tæ carnibus vescuntur, quorum numerus vltiq;  
gentium extra Italiam, turgentissimus est, perpetuò  
agrotent necesse est, nisi velint impudenter  
facere, se contra suas leges facere. Atque ita  
manastica instituta, ut humana, haud diu incho-  
lata factere, hominum moribus semper in deterio-  
rora

riore in melioribus, ac diuini pietatem qua  
mater illa à principio ordini pepererat, eorū  
nantiibus. Quae finitima est, cui monasticū nomen le-  
piti annoq; institutum in plures abiit fami-  
lias. Itaq; Cluniacensū ordo ex Benedicti obser-  
uatione, apud Masticensē, seu Masticoresē,  
(vtrunq; scriptū reperio) Burgūdia pagū, ob O-  
done abbate quem dicunt, instituitur, quibus lo-  
cū dedit, & extruxit Gulielmus pius Aquitania  
dux: qui fuit annus salutis DCCCXVI. Haud  
ita multo post Camalduensium religio orta est,  
auctore eius congregationis Romoaldo Rauennate:  
fuit is monachus Classensis cœnobij: est lo-  
cus iste haud procul Rauenna, qui celebritatis  
fugiens in Heturiam peruenit, ibiq; in summo  
Apennini iugo, locum à quodam Madulo incola  
cōsecutus, unde nomen ordini inditum, noua fami-  
lia fundamenta iecit, candido sumpto amictu.  
Sunt hodie in eminentissimo iugo montis duode-  
viginti sacella, ubi perpetuum silentium, quarto  
& sexto hebdomada die pane & aqua transi-  
gunt ieiunia, nudis pedibus, humi accubātes: ve-  
rum in aliis locis vita eorum remissior est. Item  
in ea Apennini parte, qua Vallis umbrosa vul-  
gò dicitur, circiter annum salutis M L X. Ioannes  
Galbertus nouam monachorum familiam insti-  
tuit, eamq; à loco appellauit Vallisumbrensem,  
Is Florentia oriūdus, ac clauo loco natus, cū fra-  
tris percussorem forte obuiam habuerit, quia illi  
ueniam petenti non negasset, imago crucifixi,

qua

qua in proximo sano diui Mimiatis erat, visa ei  
est: post hac inibi oranti inclinasse parum caput,  
perinde quasi id pietatis facinus comprobasset.  
Ea imago hodie visitur in eodem diui Mimiatis  
templo, quod in colle prope Florentiā extat. Ioā-  
nes eo motus miraculo, in solitudinem concessit,  
auctorq; noua religionis fuit, amictumq; sibi in-  
dudit caruleum, quo nunc utuntur. Mōtolineten-  
ses eo anno qui fuit MCCCXVII. salutis, esse  
cœperunt, quo trium pontificum p̄uolens discor-  
dia orta est. Si Senenses primum fuere, quorum  
princeps Bernardus Prolemas, qui pro tēporum  
conditione, capto mutanda vita consilio, a pro-  
ximum urbi collem egressi sunt, eūq; ex nomi-  
ne illius Hierosolymitani dominicis frequentati  
uestigijs appellantes, sese candido induerunt a-  
mictu, Gregorio XII. probāte. Grandimontensem  
ordinem Stephanus in Auernis amplissima fami-  
lia ortus, in Aquitania primus instituit, cui mos  
in quo mox sedes illius familia locata est, nomen  
dedit, multis viuendi mutatis, aut ex integro cō-  
ditis legib. Iisdem fere temporibus Robertus Mo-  
lismensis abbas cū priscam disciplinam iam mi-  
nimè retineri animaduertet, viginti & am-  
plius comitatus monachis, Cisterciū locū in Bur-  
gundia Cabilonensis diœceseos, uasta solitudinis,  
ac horrendi aspectus petijt, ibiq; immoratus cele-  
berrimi ordinis auctor fuit, quē à loco Cisterciē-  
se nūcupare voluit. Sūt qui hoc cuidā Ardingo  
monacho assignent, quod ille Robertū impulsisset

N n .4. ad

ad comignrandum in eum locum, perinde quasi qui hortatur, non qui facit, primas iure ferre debeat. Fuit is annus salutis M. XCVIII. Claruit in hoc Bernardus Castilionensis homo Burgundus nobili loco ortus, qui Cisterciensis canobio prius inchoato, monasticum induit habitum, tantum inde nomen eruditionis & sanctitatis est adeptus, ut Claravalensis sit abbas factus, quem locum Robertus vir illustris non multo prius sumptuose extruxerat. Centesimo deinde anno, Etmiliatorum ordo in Germania oritur: exordium rei triste, sed lati successus: multi enim mortales aut bello capti, aut quia fides eorum suspecta esset, fuerant ex Cisalpina Gallia, iussu Federici, cui Barbarus cognomen fuit, qui tū Italiā armis diuexabat, in Germaniam cum liberis & uxoribus traducti. Sunt tamē qui ab Henrico id factum tradant. Il longiorem moram pertasi, aliquando albis vestibus indui, viri feminaq; humiliter Federico ad pedes prostrati iacere, veniam implorantes. Istorum lachrymis vestitusque motus Imperator, potestatis fecit omnibus in patriam abeundi: qui postliminio reuersi, voto, ut verisimile est, in eo ritu perseverasse dicuntur, laudicio & precationibus dediti. Inde, ut sit res à modico principio orta aded creuit, ut eam piè inchoatā auctāque Innocentius tertius primū deinde pleriq; alij Romani pontifices approbarent. Caestimorum religio octogesimo quarto circiter anno post orta est: Caestinus quintus Romanus

manus pontifex fuit auctor, prius quā ad pontificatū vocaretur, anachoreta: idcirco voluit ad eremi decus, ex se hanc familiā parere, qua breui usq; eo creuit, ut nō potuerit auctorem incepti ut vani poenitere. Item in Anglia D. Gilbertus suam instituit religionem, sicuti in Germania Mellicenses, Castellenses, & Burfeldenses, alij ab alijs diuerso tempore instituti fuerunt. Sit quotidiē à nouis hominibus noue imitantur in religione ritus, sicuti a versicolori vestitū, quādam ratione autē minime conuenientes, perimat quasi vitia animi, cuius ductu ad bona seu mala nos applicemus necesse est, tantummodo extrinsecus per eiusmodi studiū possint penitus erelli. Quid, quādā parū totidem monachorum familia instituta sunt? Sed, ut iam iustum iter consciamus, haud prateundam ducimus congregationē diuē Iustina, qua postremō ad pristinā diuē Benedicti dogmatis disciplinam instaurata, hodie ut religionis caput supereminet omnes. Eius rei auctor fuit Ludouicus Barbus Venetus vir religiosissimus, Patauī in canobio ipsius diuē Iustina, unde nominata est: hāc Eugenius quartus plurimum auxit. Atque monachi primi omnium introduxerunt in Ecclesiā Dei vota sacra, & vestimenta profana simul religiosa fecerunt. Nam illi monachi superiores, ut proximo capite ostendi, pro suo arbitratu vestiebatur. Nec Iudaei indumentum aliquod interdīctum erat, prater id, quod esset de lana & lino contextum, sicut Deut.

cap. 22. patet. Item modum orandi quàm longif-  
simum, ieiunia sequeſtiora & piſcium eſcam af-  
ſiduam, ad extenuandũ corporis robur, quò ſu-  
debiliores militiam Chriſti exercerent. Sed &  
de reliquis imitatorum ordinibus, eorũque imi-  
tjſ iam dicamus.

De origine Hieronymianorum, Canonico-  
rum regularium, Auguſtinianorum, Car-  
tuſianorum, Carmelitanorum, Præmonſtra-  
tenſium, & Crucigerorum, atque eorundem  
habitu, victu & cultu.

Cap. III.

**H**ieronymus Eusebij filius, ortus Stridone,  
(quod oppidũ olim ad Pannoniã & Dalma-  
tiam pertinebat, sed Gotthi direptũ euerterunt)  
Roma græcis latinisque literis egregie inſtitutus,  
ſanctioris vita colenda cauſa in Iudaã se cõtulit,  
ubi & Hebraicã linguã didicit, ita triplici lin-  
gua eruditus, de rebus diuinis ſcribendi onus ſuſ-  
cepit, in quo omnes nervos atatis, induſtria, do-  
ctrinaque ſua contendit, cuius ſcripta vt ſanctã,  
breui poſt tẽpore patres receperũt, receptaq; ap-  
probarunt, etſi ſcio eſſe quosdã, qui id ſacũ Dam-  
maſo pontifici falſò aſſignent, quippe qui perſu-  
ante Hieronymũ exceſſerat de vita. Poſtre mo locũ  
circa Bethlehem ſibi conſtruxit, ubi reliquũ vi-  
ta Apoſtolico ritu egit. Hinc factũ eſt, vt permul-  
ti deinde Hieronymi ipſius inſtituti imitatores  
exiiterint, ortũq; ſit noua quadam familia, que

à Hieronymi nomine, quem ſui inſtituti, quãvis  
longè diuerſi ab eo quo ille vixerat, vicinãq; au-  
ctorem faciunt, Hieronymiani ſunt appellati: qui  
natio amicitur colore: pallioq; ſuper tunicam  
rugatã, atq; ſuperiore parte à ſummo ad imum  
ſciſſo, ſortea zona tunicam ſuccinguat, ſoleis li-  
gæis pedes muniunt. Sunt & Hieronymiani, ere-  
mitani, de quibus proximo capite meminimus,  
quorum ordinis quidã Carolus cognomẽro Gra-  
nellus homo Florẽtinus, auctõr fuiſſe dicitur, qui  
eremitarum ſua ſponte induiſſet veſtitum, ſe-  
demq; ſibi optaſſet in Teſulani montib. Alij tra-  
dunt non Carolum, ſed Redonem quendã Mon-  
tigranelli comitem primum eos eremitas ſub ritũ  
dñi Auguſtini, ad Teſulas, Gregorio x. i. probã-  
te inſtituiſſe. Imò ſunt qui commentantur hanc  
ppriam familiã à Hieronymo in europa inſti-  
tũã, quã eũ autũ aut Eusebio Cremoſi ac ple-  
riq; alijs præcipue ſanctitati vniũ, quorum eo  
virentũt, & ſi auidiſſe, at poſtea meliorũ que  
exemplo, plures unũ emulũtũ, & ad illũ, ut ſit  
principũ ortũ, ſequũs inſeuerarunt, at que ad pa-  
trẽ alios ex antiquo ordine Benedictinos, alios Augu-  
ſtinianos eſſe ſecutores, eos in ſua permanſiſſe in-  
ſtituta. Item parũ liquidũ traditur, am Auguſtini  
Auguſtini ex familia inſtituti, quã ad hodie  
vultũ auctõr ſortur. Itaq; duplici opũũ ad poſte-  
rorũ auctõr de initio Canonicoꝝ, quos vultũs  
Reguſianos vocat, & eorũ qui ab eremito ortũ ſe-  
runt. Canonici partim vter affirmat Auguſtini

ſeruo m ei quos vultũs  
veculatũs bo ſat

ut primum Hipponensis est episcopus factus, re-  
 degisse suos statim canonicos ad eos vivendi re-  
 gulam, quam inter se in presentia servant. Quin  
 etiam iactant illud apostolorum fuisse institutum, id quod Thomas Aquinas in suo opere secunda  
 da secunda comprobatur: quia illi, ut ait, post ascen-  
 sum Christum in celum, in monte Sion, de genere  
 viri debilitantes, et communiter se omnia, ac  
 tria vota contra Deo servare. Ita si Thomae testi-  
 monium amplectimur, non tam ab Augustino est  
 ordinatum, quam renouatus: cui tamen ob  
 illud ipsum, non immerito debet principium rei  
 acceptum referri. Sic origo in dubium trahitur.  
 At Augustiniani eremitani se priores in situlos  
 asseverant ab ipso dicto Augustino, cum ille eate-  
 nus fuerit in exemo ut quidam scribunt, quoad  
 Maucibais in terra Africa ferentibus. Hipponensis  
 dioecesis est profectus. Per hunc modum de-  
 rivat huiusce collegii origine: multi enim, ut antea  
 mortales Augustini adhuc vitam sanctitatem singu-  
 laremque doctrinam faciti omnibus neglectis  
 quos possederant in exemum concessere: unde est  
 eremitici sui generis deductum. Caterum siue  
 ab eo, quoad supra significatum, ut qui in de-  
 sevis locis cum illo essent, sint in unum congregati,  
 et instituti sine ipsius vitam et dogma tenu-  
 ti, passim deserta loca posuerim: haec de utriusque  
 familia sentis habundare. Atque ista Augustiniana  
 familia prima est ex monachis mendicanti-  
 bus

bus sunt enim quatuor primariae, ut infra appo-  
 situm demonstrabimus: et vulgo mendicantes vo-  
 cantur, quod religionis causa, vel ut ad eos ut  
 in exo vivant, mendicantes se perferant, qui  
 solum precarium, quae sunt facimus, unde se sustine-  
 rent, etiam haud scio, quare ratione ista monachi  
 debeant in mendicando semper haerere, quoad  
 satis constat Christum non mendicare esse, et apo-  
 stolorum ex parte ab aliis victum esse, et  
 bene Paulum Corinthios. Et hoc tamen oportet  
 et propositis nonibus, ac prius monachos in de-  
 scripto, et apud Chrysostomum, excessisse se, manibus  
 laborando, et dicitur Evangelium, tunc facta lon-  
 gi, si quod est, est, coluit suos monachos, ut  
 quare manum laboribus, ut non prius ad men-  
 dicandum accedi, quam laboris premium esset  
 acceptum. Exerat in eius testamentum illud praescri-  
 ptum, ut hinc videre licet, omnes aquae debe-  
 re apostoli institutum, inquit, ad vitam non deo. Sed  
 ne quae de miris se recipi debio, etiam, et etiam  
 in sua familia ad unum referantur, unde non  
 cum bene multa alia praeterea sunt congregatio-  
 nes, quae hinc unum, Augustini, Benedicti, ac quo-  
 rumlibet divinarum regulas ab illis, faciti prohibet,  
 etiam proficantur, quae tamen tamen absue-  
 rat, ut ipsi instituerunt, ac omnino tale quid  
 nunquam fore cogitassent, futurum. Canonicis  
 tunica candida cum lintea toga, sub nigro pal-  
 lio est tegumentum à scapulis impositum, cervi-  
 cem totumque contegit caput, praeterquam à fratre  
 Ere

Eremitanorum vestitus diuersus est, nigra tunica amicitur, concolor regmen à scapulis ad caput inducunt, subter candida tunica, scortea cinguntur zona, cui connectitur fibula confecta ex bubulo cornu, calceati, et cõmunis est vsus. At penes utroq; nũc præcipua est varietas nominis, quod vs sapius est instauratum, ita in plures diuisum est familias: nam congregatio alia Canonicorum Seruatoris, qua & Scopetina nũcupatur, cuius auctores fuisse Stephanus & Iacob viri Senenses sanctitate illustres, quã Gregorius undecimus suo probauit consensu. Alia Frisonaria, à loco in Lucensi agro Heituria regione, quã & Lateranensem appellat: hanc Eugenius quartus plurimum adauxit. Tertia diui Georgij in Alga Venetijs à Laurentio Iustiano instituta: caruleo vititur habitu. Et deniq; si qua alia sint, itã eas missus faciamus, breuitati cõsules, noniam sepe more fungorum subito oriri solent. Ad Carustianos veniamus, quorum exordium incidit in annum salutis M L X X X. Quidam enim singulari doctrina, nomine Bruno, homo Coloniensis, cum Lutetia Parisiorum philosophiam profiteretur, contigit, ut amicum quẽdam bonis moribus præditum, & vitam priuatam prius quã ad sepulturam daretur, audire visus sit clamantem. Iusto Dei iudicio damnatus sum, & ea re motus è vestigio cõ socijs pari miraculi euentu territis, eremi deserta quærans, peruenit in diocesim Gratianopolitanam, (est Celti

Celtica vrbs) ibiq; locũ optauerit, cui hodie Carustianomen est, quem et assignandum curauit Hugo Gratianopolitanus episcopus, qui statim post se ad eam familiam adiunxit. Eo igitur loci Bruno ad res diuinas intentus, primum cœnobii fundauit, cum his rigida vitæ institutis: intima enim veste vtuntur cilicina, summa pallio nigro, subter candida toga, operculq; capitis cucullo, carnibus nunquam vescuntur. Sexto hebdomada die pane & aqua ieiunium ad edendam vitiosam corporis naturam institutum obseruant, in cubiculis qua veluti sacella habent, soli edunt, certis tamen festis diebus vnã duntaxat prædent. Silentium eis penè perpetuum, nulli fas est cœnobio exire præter præfectum, & procuratorem, & illis tantum ad negotia loci curãda quippe opes habent, per quas semper sacerdotibus minus omnino licet, se totos, prout deberent, rebus sacris curandis dare. Mulieribus ad eorũ, etiam templa aditus interdictus, quod ne aliquid videant, per quod ad libidinem rapiantur. ~~Bel-~~ ~~la sanã prouiso, se affectiones animi possint elu-~~ ~~stus corpore, & enno solitudine & orio domari,~~ ~~id quod diuus Hieronymus vult laborando, ut~~ ~~ipse testatur efficere vni potuit.~~ Carmelitanorũ hunc referunt ortum. Est in Syria mons Carmelus, olim cum aliorum prophetarum, tum Helia in primis memoria nobilis, quod in eo ille habitasset: id, credo, anachoretarum non pauci numero secuti, locum tenuere, qui demũ Americã

Antiocheni episcopi opera in unum coiere, cum ante sparsim montem habitarent, ac tū primum prapositum ex se constituerunt. Fuit in eo monte secundum fontem, qui Helia dicitur est, Deipara sanum ubi illi prima cœnobij fundamenta iecerunt, unde fortasse sunt Carmelitana diua Virginis monachi nuncupati: Incidit prima hac vita observatio in Alexandri tertij pontificatum, qui sedere cepit circiter annum salutis M. C. I. XX. Verum quia neq; vita instituto, neq; cultu, neque certis ceremonijs nitebatur ille nouus cœtus, ~~ab~~ ~~omni~~ ~~quidam~~, non res legitime ab initio instituta visa est. Veram itaque originem fuisse tradunt quidam, qua anno post circiter quadragesimo consecuta est, sedente Innocentio tertio. Albertus enim Hierosolymitanus antistes iis in eremo agentibus certam obseruationis dedit formam, ex Basijij dogmate quædam mutuatus. Attribuit est pallium versicolor ex albo & cantysino, id est, rutilo, circulatum, quali dicitur Helias propheta olim usus: postea Honorius tertius pallij huiusmodi formam ademit, velut religioni parum conuenientem: pro versicolore, album est illi datum, appellauitque Virginis familiam, ut nomen virginitatis cum pallio albo, qui color minime maculatus est, recte conueniret. ~~Et hac aliter~~ mendicarium fecit. ~~Idem~~ ~~seculi~~ ~~temporibus~~. Praemonstratenses ~~de~~ ~~hac~~ ~~re~~ ~~medicant~~, demonstrati sunt æris in Laudunensi diocesi, eo loci, quem Iramostratū vocat. Auctor ordinis fertur fuisse quidam

quidam Northbertus presbyter homo Lothariz gens, qui hoc artificiosum vite genus ex Augustini ritu quaritans, à Calisto secundo impetravit probatum iri. Amicitur tunica alba cum lineæ toga sub candido pallio, quo potissimum à Canonicis differunt. Crucigerorum origo multò antiquior est, si vera sunt, que ipsi conueneri de primordia sui ordinis predicant: aiunt enim Cleuium Petri Apostoli discipulum, & ab eo inde tertio loco pontificem, cœlesti nuntio cruce habente munitum, ut hospitalem domum fundaret ijs, qui Romã peregre venirent religionis causa, essentq; ibi præsto, qui itineribus fessos comiter acciperent, pieq; reficerent, & ij gestantes perpetuò crucem monumentam dominica passionis, ac ita illi demum paruisse oraculo. Sed illud pro certo habendū dixerim, rectè initium huius rei assignari Cyriaco Hierosolymitano antistiti: is enim fuit, qui Helena Constantini matris locum ostendit, ubi dominica crux occultaretur, qui ob memoriã rei, dicitur primus constituisse collegium eorum, qui crucem omnibus venerandam manu gestarent. Hunc patrem Italianus Imperator occidit. Rem ijs principijs ortam, & breui post tempore propè ad interitū deductam, tertius Innocentius instaurauit, quod à Roma heresim Albini sem subito exortã, unde magnas in urbe moris extitit, ope cruce signatorum, qui tunc in Syriam migrerãt, extinxisset. Fuit hic annus salutis hanc ~~na~~ M. C. C. xv. Postremo Pij secundi pontificatu,



in Mantuano conuentu, datū est, ut ceruleo viderentur amictu, cum olim indistincto viderentur colore, ac crucē ex veteri instituto gestarēt, unde inditum familia nomē. Est hodie alterum quoque huiusce familia collegium longe remissiorū vitā, & in pallio amictiuntur nigro geruntque in pectore, non manu, crucem ex albo rubroq; colore confectam, ac diuī Augustini regulam profitentur.

De Prædicatorum, Franciscanorum, Trinitatis, Seruatorum Mariæ virginis, Brigidenrium, Iesuitorum, Nouorum eremitanorum, & Bonorum hominum origine.

## Cap. IIII.

**S**andē ut tertio Innocentio sedente innocentiā aliquid in hominibus diluceret, duo longē post hominum memoriam extitere sanctissimi patres, Dominicus Calaguritanus homo Hispanus, & Franciscus Assisus in vmbria Italia regione ortus, qui cuiusdam noui ordiendæ vitæ instituti auctores ambo certatim fuerunt, ut æquales. Dominicus ab initio canonicus fuit, ac eum paucū, quos socius sibi delegerat, nouā instituit obseruationem, nouamq; vestimentū dedit tunicā candidā, nigro pallio superiecto, & ab humeris ad caput scapulari tegmine. Et ne pietatem colēdo deturbarerentur, docuit eos in primis sua prædicatione, unde nomen noua familia indiderat, longē lateq; omnibus terris diuulgare euangeliū, quod ipse Christiū imitatus facere prius voluit: quippe qui

qui id temporis hæresim Tolosæ pestiferā Albigenensium iam dudum gliscētē sua opera compescuit. Vidit Innocentius nouum institutum, & miratus est: quod Honorius qui illi successerat, recepit atque approbavit. Et ista tertia est mendicantium familia. Propter hæc pietatis opera, Dominicus deinde post actā sanctissimē vitam, in diuorū ordinem a Gregorio IX. adscriptus est. Franciscus verò humanitatis plenus, à principio Aureliū Augustini, ut quidam scribūt regulam professus, calceatus zonāq; scortea cināsus aliquādiu conspectus est: inde reputans animo Dominum iussisse sanctissimis Apostolis, ne binas tunicas, neve sacculum haberent, tunicam induit, tunicam natui velleris, funiculōq; pracinxit, pedes simul nudauit, ac ut demū anachoretam se præberet, in Apennini iugum aduolauit, quem locū, hodie vulgō Auernam dicunt, ubi ille diuinis rebus deditus, dominica passionis stigmatibus inustus est, qui eos quos sui instituti ab initio socios optauit, manifesto humilitatis argumento, adiuores appellauit, quod eius exigui nominis memores, facilius ab omni superbia vitio abhorrerent, quæ sæpenumero sanctitatis est comes. Honorius institutū comprobauit, ac biennio post, Gregorius Franciscum inter sanctos reuulit, qui fuit annus salutis M. CC. XXI. Nullum unquam humana pietatis institutum magis breui tempore creuit; totum enim terrarum orbem una hac impleuit familia, sic, ut vulgus iam tum stupefactum iustificaretur

non tam pietatem, quam otium & ignauiam in-  
 tendum multis cordi esse. Atq; is quartus mendi-  
 cantium cœtus. Fuit pex id tempus, Clara virgo  
 etiam Assisias, quæ monacharum, alterū nouum  
 religionis institutum, quod Pauperū dixit, à Frā-  
 cisco continentia doctore accepit, acceptūq; non  
 solum per sancte coluit, verum etiā auctum poste-  
 ris reliquit. Constat hic ordo ut plurimū ex mu-  
 liebri sexu. Secutus est ab eo, velut rivulus ex  
 eodem fonte manans, tertius ordo eorum, qui Po-  
 nitentes dicuntur. In hoc quoque innumeri mor-  
 tales sunt. Post hoc Predicatores & Frāciscaui,  
 ut ne beatissimi omnibus rebus essent, inter se  
 diuortium fecerunt: nam alij cum alijs de san-  
 ctitate certantes, alterius vite quiddam ordinē  
 ceperunt, qui se velut instituti obseruantiores,  
 de obseruantia aulgo appellarunt. At Francisca-  
 na familia huiusce obseruationis multo frequen-  
 tior est, ut pote inter omnes ferè gentes iam pri-  
 dem propagata. Hanc memoria nostra, Edouar-  
 dus quartus rex in Angliā primus induxit, qua  
 tanto breui tempore sanctitatis nomine claruit,  
 ut paulo post ab Henrico v i i. fuerit magnope-  
 re adauicta, ne hodie habeat sex cœnobია longe  
 celeberrima. Verūm ut Innocentijs atq; religionis  
 feracior esset: est & monachorū Trinitatis ut vo-  
 cant, ordo id temporis exortus: quidam enim  
 Ioannēs Matta, & Felix anachoreta, cum in  
 Gallis circa Meldensem agrum vitam solita-  
 riam agerent, per quietem admoniti pontificem

adi

adiuerunt, ab eōq; petiere certum viuendi modū.  
 Ille haud multo post etiam oraculo, ut aiunt, mo-  
 nitus, anachoretæ candido induit vestitiū, cruce  
 rubra pariter atque carulea insigni illi, q; nego-  
 tiū mandauit, ut nostros ab hostibus captos pre-  
 tio redimendos curarent, ac idcirco monachos de  
 redemptione captiuorum appellauit. Conuen-  
 ritū ē postea pij certè viri eleemosynas quæsitā-  
 re, quibus captiuos redimerent: sed hoc officium  
 ferè nunquam hodie præstant, & in-  
 cedo, ut motus renouaretur institutum, nam te-  
 ste Tertull. de Fuga in persecutione. Christiani  
 olim non redimebantur pecunia. Iisdem quoque  
 temporibus Martini i i i i. pontificatus, Philip-  
 pus Tuscus genere, Florentia ortus, ac medica ar-  
 tis professor, noua fuit vita auctor, institutorque  
 familia, quam vocant Maria virginis: qui pri-  
 mō initiati. Serui nuncupari ceperunt, manētq;  
 hodie nomen. Philippus anachoreticam vitam  
 secutus, oraculo monitus, nouum religioni adiecit  
 vestitum, nigra tunica ac succincta nigrum su-  
 perimittens palliū, circa humeros in rugis con-  
 plicatum, scapulari amictu ab humeris reiecto  
 communi more calceati. Nec res magno admo-  
 dum est favore à principio recepta, sed cum nu-  
 uum institutum sua sponte in dies singulos ini-  
 tiatorum numero augetetur, Benedictus xi. se-  
 priēsq; deinde pontifices, qui secuti sunt, appro-  
 bauerūt, multūque privilegij excolere. Lucidit  
 primum rei huius exordium in eum salutis animū,

O o 3

qui

\* hic qd professores bonardi hie

qui M.C.C.LXXXV. fuit. Ordo item à Brigida vidua instituitur: hac Suetia princeps, mulier singulari sanctitate, eo anno, ut quidam volumi, quo Vrbanus v. exiuit de vita, Romã voti causa venit, ubi quotidie loca sacra adibat, obtinuitque à p̄fice ritum ab se institutum probari, ut cœnobium utriusque initiatorum sexui commune foret, murorũ tamen ac aspectus separatiue diuisum, ut virgines superiora habitarent, m̄nachi verò inferiora: templum itidem pari modo commune: omnibus autem abbatiſſa, quam vocant, praeſſet. Sunt qui tradunt Baſiliũ primum hunc ordinem in Gracia inſtituiſſe, ſed poſtea ne virginitas muliebris obſtinationib. pateret, patres iuſſiſſe, ut viri eorſum habitarent, ac propterea Brigidam inſtaurariſſe eiufmodi religionẽ, inãta ratione, qua ſine criminis ſuſpicionẽ, & iẽplũ & domus eſſent utriſque communia. Cui opinioni ut veriori, aſſentiendũ eſſe dixerim. Quinto eiufdem Urbani anno, ſqui fuit ſalutis humanæ M. CCC. LXVIIII. Ieſuatorum ſecta Senis orta eſt: colligebatur ab inſio domeſticatim, ſimplici indumento amicti, multa innocentia & pietate viri ſibi victum labore & opera quaritantes. Hos Vrbanus, quia iam ſuſpecti, ut malefica aliqua ſuperſtitione imbuti, haberi incipiebant, ad ſe Romam vocatos de caeremonijs & vita inſtituto interrogauit, cognouitq; totã rem, & probauit, dediſq; ut alba tunica vteretur, & capiti quadrato à creuice ad humeros deiectũ,

Cm

Cinguntur ſcorcea zona, nudos pedes ligneis ſoleis in inferiore parte muniunt: datum in adeſt, ut canuſſimum pallum tunica ſuperiectum ferrent. Apoſtolici à principio viri nuncupati ſunt ſacris non imitantur, tantum precibus vacant, & Ieſuati ab eo dicti ſunt, quòd Ieſu nomen frequens ſit in illorum ore. Fuit rei auctor Ioannes Colubinus, homo Senenſis. Orta eſt in terra Italia eodem tempore Urbani (eſt Vmbria antiquiſſima urbs ac percelebris) noua Eremitanorũ congregatio, nihil ferè amictu differens à D. Hieronymi familia, de qua ſuprà memorauimus: illis enim ex ſcapulari amictũ, tenuis tantum pendet lacina in humeros reiecta: at calceamentũ, ut uſu fert, commune, & cetera, qua reliquis Hieronymianis. Petrus quidam homo Heruſcus ad Piſis natus, noui huiusce inſtituti auctor fuit, qui ciuiũ opibus adiutus, cœnobium mibi ð regione aditũ noſtrarũ extruxit, quod hodie tã Eremitanorum numero, atq; vita ſanctimonia, quàm populũ eos pietate, princeps omnium aliorum habetur, qua viginti numero eſſe perhibentur in Italia duntaxat, quippe inſtitutũ ut recens, alið terrarum nondum peruaſit. Sed id eum bonitate hominum, de cuius modi inſtituto in terra ſinem faciamus. Hos Anglia genuit: ſiquidem Ricardus Cornubia comes, qui fuit Henrici tertij regis frater, cum circiter annum ſalutis M. C. C. L. V. I. ab electoribus Imperij coopratas Romanorum Rex, uti in noſtra Anglica hiſtoria fuſius exponitur,

O O 4

m

in Germania moraretur: eius interim filius nomine Edmundus in patriam rediens, nonnihil sanguinis Servatoris illinc secum tulit, conditoq; caenobio, parum supra Berchaastadium pagum, qui ab Urbe Londino distat millia passuum quinque & virginis, eo loci id nostram salutis monimentum collocavit, in quoduxitque nonnulli religionis viros, quos Bonos appellavit homines: Ij dñi Augustini ordinem profitentur, vestitumq; caruleam induunt, forma penè suadem, atq; Eremitani utuntur: qui verò p̄ae est, rector nuncupatur. Loco nomen est Assheruggium, hodie longè celeberrimo.

De origine sacrorum militum, ac de initio atque exitu sectæ Albatōrum.

Cap. v.

**D**um Hierosolymorum urbs, antequam à nostris postremo circiter annum salutis M. X. C. I. X. recepta fuisset, à Saracenis obtinebatur, Christiani Latini nominis qui ibidem degēbant, ab illis impetrauerunt, ut sibi liceret domicilia prope Servatoris sepulchrū habere, ubi caenobii duae genitrici cōstruxere, quod Latinorū appellabatur: & abbas praerat, cuius erat in primis officii, hospites accipere Latinos, Eodem exēplo, oroni post tempore alterum virginum caenobium aīue Mariae Magdalene iuxta dedicatum, quod item feminas acciperet. Confluentem deinde peregrinarum cateruam cum lozorūm uocaretur angulā, hospitiālem domum prope etiam

peque

posuerunt, quam Ioanni Baptistā consecraverunt, admoniti Zacharia patris memoria, quod eo loci saepe ad meditandum conuenires. Sunt tamen qui scribant Ioanni Eleemosynario illam dicitam fuisse, qui Phoca imperante, patriarcha fuit Alexandrinus, ita cognominatus, ob frequentes, quas pauperibus faciebat, eleemosynas, id est, largitiones. Huic etiā domui vnus praescribebatur: quare longo post tempore quidam praepositus loci, nomine Gerardus, cum solus crucem in nigro pallio candidam affixit, & eum assumpserit ritum, quo nunc degunt. Pari exemplo Agnes, qua virginū caenobio praerat, professā est. Res postea per pontifices Romanos & patriarchas probata, adeo breui creuit, ut opes deim maximas principum liberalitate sint assecuti, quorū mox Ramūsus primus creatus magister militiae, qui in vniuersum ordinem obtineret imperium. Ceusentur D. Augustini ordinis: domū eam precem certo numero repetitam pro canonis recitant horis. Isti cum militia Deo opt. max. & Ioanni sacram insigniter exerceant, demū Rhodum insulam à Turcis ceperūt, quam Clemens quintus illis assignauit. Fuit is annus humanae salutis M. C. C. C. V. II. Sūt qui tradunt eam insulam à Gottbostedo rege urbis Hierosolymorum primò concessam, & illos semper eam ad nostram usque aetatem fortiter defendisse: sed prior sententia, ut verior, pluribus probatur. Post receptam ex hostibus insulam, illic se receperunt, distiq; inle sunt Rhodum

dia militia milites, ubi cum Turcis perpetuum bellū gerunt, atque ex proximo hostiliter infesti sunt: saepe & ipsi bello petiti, oppugnatique acriter, nostra praecipue memoria, cum postremo humane salutis anno M D. XX I I. I. mense Ianuario superati, in sula imperium amiserunt, O rem perdidicam, o desperatas opes! Tulerunt Rhodienses milites obsidionem amplius treis menses, & tamen Christiani principes nullas illis copias auxilii miserunt, partim civili bello, partim alijs curis occupati. Atque ita arx unica Orientis amissa est. Templarij milites circiter annum salutis M. C. X X V I I. pontifice Gelasio secundo, ut quiddam scribunt, Hierosolymis esse coeperunt, ubi circa Christi sepulchrum agitantes, Christianos viros illuc peregrè profectos hospitio accipiebant, acceptos armis accincti per templa & sacra loca comitabantur, ut omnem terram sanctam tui viserent. Fuerunt huius charitatis officij auctores viri singulari pietate nouem numero, quorū principes Hugonem Paganum, & Gaufridū ex sancto Alexandro fuisse ferunt. Ij quia in parte aditum templi habitabāt. Templariorum nomen inde tulere, ut ebātur candido pallio cum rubenti cruce, propagatāque est religio in ducentos annos. Certam hys formam obseruationis Bernardus abbas constituit. Habuit res leuis ab initio, non parua incrementa, ita ut facultates maximas, & oppida quamplurima ubique gentium possiderent: verum conuicti demum impietatis,

quodd

quoddam qui Hierosolymis agebant, ad Saracenos defecissent, essentque in sacra vitia prolapsi, omnes ad unum Clementis v. pontificatu deleti sunt, eorumque bona partim Rhodijs militibus, partim nouis familijs attributa sunt. Theutonicorum paulo post subsecuta religio ex utraque priorū mista, quippe qui hospitio accipiebant, & cū res populareret, pro religione armis decertabant. Initium fecit homo Theutonicus, qui post Hierosolyma recepta, una cum plurimis suis gentis eo loci remanserat. Is uxorem & facultates habebat, motus suorum qui sepulchrum quotidie adibant, misericordia, qui neque linguam nossent, neque diuersorium inuenirent, domum suam hospicalem illis communem fecit, ac ibidem diua virginis: sacellū adiunxit, cui paulatim turba ingens Christianorum sese tam pro agrois curandis, quam pro tuenda religione diuinit, unde diua Mariae virginis milices sunt appellati. Tum ex se magistro qui praeset optato, albo amictiuntur pallio, nigra cruce, subter & nigra tunica, statuuuntque, ut nemo nisi Theutonicus, huiusce militiae sacris iniurietur, atque idem claris ortus parentibus, & cui proponatur, ut aduersus sacratissima crucis hostes, paratus sit omni tempore sese in discrimen offerre, ac fortiter dimicare, item barbam uniusquisque nutriat praeter eos qui sacrificent: & demum dominicam precem pro canonicis horis tantum vsurpet: ac Theutica militia haec fuit origo, quam Romani pontifices suo post ratam fecerunt

con

consensu. Isti post Ptolemaidem, quod se amissa Hierosolymorum urbe primum receperant, in Syria à Saracenis occupatam, reuersi in Germaniam, suo ductu & auspiciis terram Prusiam, quam hodie vocant, subegere, subactâ & iure belli quasitam sua diuisionis fecere. Victa gens, qua calorum olim demonum cultrix fuerat, religionem Christianam complexa est, & cum religione, Rbuteuicam linguam. Fuit ad Vistulam fluum quercus, ubi ab initio victrix gens castellum construxit, & inde, ut sunt res hominum, qua tenui principio facillime augentur, oppidum frequens cultu adoleuit: Marieburgum vocant, caput nunc gentis, sed & que eorum qui vniuerso ordini præsunt. Milites diui Iacobi in Hispania, sub ritu diui Augustini, Alexandro tertio pontifice, qui rem probauit, esse cœperunt, quorum primus fuit magister Petrus Ferdinandus Item sunt & Catalanenses à loco nuncupati quorū militia antea fuit Sanctius rex, circiter annum salutis M. C. L. X. nigrum amictum cum rubra cruce gessit, ac Cisterciensem profitentur ordinem. Cuiusmodi etiam censentur in Lusitania milites Iesu Christi, quos Ioannes X I I. Romanus pontifex instituit, quod essent, qui ex officio Saracenis Bethycamid temporis tenentibus resisterent, cruce rubram in nigro affigunt pallio. Sunt & apud Alcantariam oppidum in regno Castella milites, de quorum initio parum liquet. Iacobus rex Aragonia duos etiam militum ordines circiter annum salutis

lutis M. C. C. X I I. instituit, quorum alteros diua Maria de redemptione captiuorum, siue de mercede appellauit, utpote quibus de captiuis redimendis cura esset; amictum induunt album cum nigra cruce. Alteros Mōtesia milites rubeti cruce insignes nuncupauit. Verangis militiam Gregorius IX. sua auctoritate probauit. Nouissime autem quando ignauissimo cuique iam noua religionis introducenda libido incessit, Franciscus quidam homo Siculus D. Francisci summisionem amulatus. Minimorum sectam instituit, qui à carnibus coctisque abstinerent cibis. Quo uisio, pomsulli in profantia qui malbant quoduis pati, quam se in aliqua arte exercere, et si uiles sunt animo, canantur inchoare aliam inerti festâ. Si crassa lino tantum corpora reuerti aperto capite ac pedibus nudis uagantur, quorum caput fectur quidem Iacobus horum Cremonensis, tanta laboris fugis, quam ignauia amator. Hinc cognoscere licet, quid in conuertibile esset, hactenus hominum facies tanquam membra Christiana religionis agnata conterere, abscindere, cremare, non suis sordibus euntis diuini nitorem & mundiciam diutius conspicerent. Aliud memorabile hominum genus Bonifacio I. X. pontifice, subito terris apparuit, creuisset que, nisi mature iterum esset obuiam, descenderat enim in Italiam, ex Alpibus sacerdos ingentem multatulum numerum trahens secum: erat uis alba indutus uolte, ut colore syncero eam qua praeclusus uidebatur, animi integritatem

tantem pro se ferret: post ab eis cuiuscom, deplorabatur  
 rerum humanarum statum, deplorabat temporaria  
 calamitatem, deplorabat hominum peccata, de-  
 plorabat vestra urbem Romanam, sperans futurum, ut  
 galetium illud sanaretur, ubi religioni iniustum  
 putabat. Sequi dicitur ingens turba, sexus mul-  
 titudine hinc induta, unde Albi dicitur: ubi  
 non oppressos, ibidem humis secat, passim po-  
 pulis cibaria stantibus. Bonifacius Rom. pontifex  
 rem nihil a qui hanc fecit, qui honori suo ti-  
 meas, ducem agminis, cui flagitij conuictum. Vir-  
 terby opprimendum curant. Atq; ita amnis Al-  
 batorum, coetus dissipatus est, cunctis post am-  
 sum ducem, ducum pedem referentibus. Finit  
 annus humane salutis M. CCCC.

De Niniuitarum initio, quorum si sta vul-  
 go Confraternitas dicitur: & vnde mos, ut  
 confocij inter orandum sese conuerberent.

Cap. VI.

**A**postoli statim ut Christus est morte affe-  
 ctus, officij memores conuentus facere pro-  
 ut in Actis patet, coeperunt, ubi orando, consulendo,  
 agendo, rem Christianam propagandam miran-  
 dum in modum curabant: non secus atque illi, qui  
 eorum opera religionem complexi sunt postea fe-  
 cere, teste Tertull. in Apolog. qui c. 39. ita scri-  
 bit: Coimus in coetum & aggregationem, ut ad  
 Deum quasi manufacta, precationibus ambia-  
 mus orantes. Hac vis Deo grata est. Oramus  
 etiam

etiam pro potestatibus, pro statu seculi, pro rerum  
 quiete. Coimus ad literarum diuinarum commemo-  
 rationem, si quid praesentium temporum quis-  
 litas aut praemonere cogit, aut recognoscere, &c.  
 Vnde vix facile ad posteros manasse videtur, ut  
 propham quoq; homines coeperint. Apostolorum  
 more, diuini cultus causas, institueret societatis,  
 sen, ut ita dicam fraternam charitatis collegia, il-  
 lisq; magistros dare, qui statutis diebus reliquos  
 socios conuocarent, ad caeremonias nonnullas co-  
 celebrandas. Inde tot militum ordines prodierunt,  
 quos supra memorauimus. Durauit institutum,  
 ab itq; in varias societates, quas vulgo confrater-  
 nitates dicunt. Iti statis diebus, mutua chari-  
 tate conueniunt, orant, sacerdotes conuocant, qui  
 rem diuinam faciunt, pauperes alunt sexcentaq;  
 pietatis officia quotidie faciunt. In supplicationi-  
 bus publicis ordine procedunt, ut plurimum sa-  
 xis linoque ora contecti, sese flagello conuerberant,  
 nudum ac lacerum tergum ferentes, velius  
 vere poenitentes decet. Vnde Niniuitas dictus vo-  
 lunt, quod eodem modo Deum placare studeant,  
 atq; Niniuitas olim monitis. Iona Propheta poeni-  
 tuisse constat. *Caeterum res ista fontem suum in  
 Romano Imperio institutum esse accepit, quod  
 illi Lupercalia ludicra celebrantes, nudis per ur-  
 bem incedebant, ac laxuati flagellis obutos cade-  
 bant, fecit demonstrauimus, cum de origine In-  
 dorum apud Latinos supra pronidimus. Quid  
 si longius liceat, huiusce uerborum rationis originem  
 quatere,*

querere, ego ab Aegyptiis sumptum dixerim. Si-  
quidem illi demoni maxima vacca multica-  
remonis teste Herodot. immolare solebant, quod  
sacrificium dnm precebat, omnes verberabantur.  
Et praterea verisimile, vel à sodalitiis originem  
esse, qua sodalium collegia apud ipsas Roma-  
nos erant. Cornelius enim Tacitus sodales sa-  
cerdotes Romulum inia cum Tatio societate fe-  
cisse scribit: unde Tatio sodales. Et Tranquillus  
sodales Augustales vocat: sicut apud Iulium  
Capitolinum, Antonianos sodales legimus. Au-  
gustinus ait sodales, quasi edales, quod simul ef-  
sent. Plinius item scribit Romulum instituisse  
arualium collegium, seque duodecimum appella-  
ri voluisse fratrem, ut alibi est demonstratum.  
Durasse autem istiusmodi sodalitates: testatur  
vetustam marmor apud Tybur, in quo inscri-  
ptum est, Sodales Hadrianales. Hinc igitur non  
dubitanter dixerim, nostros pontifices, qui sem-  
per studere Romanos in primis ab huiusmodi  
vanis ludicris ac sodalitatibus, ad pudicum ritum  
certamque viuendam formulam trahere, sanctio-  
re instituto, induxisse hanc ad hanc socie-  
tatem conuensas, qua hodie ubique gaudium fre-  
quentes vigent, optimis vitæ ac religionis institutis.  
Quibus sanè societatibus hac dignitas attri-  
buenda est, ut nunquam labefacta sint, post-  
quam esse ceperunt, quin etiam in dies singulas  
antiores sicut. *Ob hoc et reliquos ordines puden-  
te debet, qui nunquam intra prioris, no eius quide  
san-*

familiaris, regule, limites, contineri potuere, et se  
cabra inflaurati.

De origine sectæ deæ Syriæ sacerdotum,  
Assyriorum, Antonianorum, atque Caraca-  
norum. Cap. VII.

**E**st operapretium animaduertere, quantum  
semper, posteritas malorum potius artium,  
quàm bonorum, morum tenax fuerit: quod cum  
in aliis, multis, tum in circumforancis mendico-  
rum artibus apparet: fuit enim apud priscos quo-  
rundam hominum secta, qui malefica religionis  
specie prouincias peragrando pecunias & alias  
res corradebant. I. simulachra deorum circumse-  
rentes, quibusdam fallacis vaticinabantur, deos  
suos propitios offerentibus futuros spondebant,  
multa malitia, multa mentientes: quales in pri-  
mis fuere sacerdotes olim deæ Syriæ, de quibus A-  
puleius libro 8. meminit, ac sub persona asini sui,  
oppidò quàm scienter eorum technas, machinas  
atque fraudes enarrat ita scribens: Sed ubi tan-  
dè fatigati, vel certè suo lanatu satiati pausam  
carnificina dedere stipes areus, imò verò & ar-  
gentea multis certatim offerentibus, sinu rese-  
pere patulo, necnon, & vini cadum, lactem &  
caseos & farris & filiginis ac leguminum aliquid,  
& nonnullis hordeum Deæ gerulo donantibus aui-  
dis animis corradentes, omnia, & in sacculos hui-  
quæstini de industria preparamos, facientes, dorso  
meo congerunt, ut duplici scilicet sarcina pora-  
deræ



dere grauatus & horreum simul & templū incederem. Ad istum modum palantes omnem illā depradabantur regionem. Apuleius hæc tenens. De dea autem Syria, ut hoc per appositè ostendamus. Lucianus libellum scripsit, in quo tradit se uidisse in Syria statuam in templo dea multiformem, quæ quidem esset Iuno haberet tamen aliquid Palladis, & Veneris & Luna & Rhea & Diana & Nemesios & Parcarum, quæ altera manu tenebat sceptrum, altera fulum in capite radios ferebat, & ignem, & cestem, & denique demonstrat deam Syriam esse numen vnum, quod variis nominibus vocaretur, cuius sacerdotes crotala pulsabant, cui Galli sacrificantes, scababant brachia, multi tympana percutiebant, alij diuina cantica concinebant. Item in sacris dea quibusdam inuicturas manuum & ceruices stigmatibus notabant, inde Assyrii omnes notati visuntur. Durat adhuc superstitiosa fraus in gente: nam non nunc sacerdotes, sed magnus vilissima plebis sexus variusque numerus in omnes orbis etiam Christiani partes diffusus, voti, ut aiunt causa sine fine peregrinatur, victum ostiant queritando. Mulieres chiromantiam profitentur, hoc est per linearum manus inspectionem diuinant: interim egregie doctæ ad subtrahendam furtim è marsupio eorum, quibus futura prædicunt pecuniam, nisi bene cauerint. Nusquam ultra tertium diem immorantur, sub diuo prope ciuitates & oppida tabernacula collocant, sunt

sunt omnes stigmatibus notati. Ex quo satis constat, hos esse Assyrios, qui fraudibus & dolis exercitati, ritu sacerdotum de Syria, eo mendicitatis aucupio viuunt. Istos Itali Cilices vocant, quod ex Cilicia quæ, teste Plinio, Syria proxima est, proficiscantur: alij verò extra Italiam, Aegyptios nuucupant. Ab iis igitur Syria dea sacerdotibus usque ad nos huiusce fraudis labes peruasit. ~~hodie viget omnis generis fraudulentiæ hominum secta, qui simul industria, famulæ laboris fugientes, quò plus sanctitate præ se ferunt, hoc inuinculus dissolutioris, ipsos dea sacerdotes grauitè emulantur, quippe qui per insidias, in pietate tanquam diuorum omnium ministratos, dolis apprimi inuicti hic præ templi adificatione alter præuestimant, in coimendis, alij pro alio diuinitatibus, alij pro deum pitione copiuorum, nonnulli pro educandis expostitiis, inuicentes castra, pagos, villas, ab hac credita uisio blanda pascunt, & cupidissimi accipiunt eum iunam, aguum, haedum, ab illo gallinam, & ovis ab alio porcellum, uel pernas, ab alio caprum, & linam, aliaque superstitiosa attante tritici, sextarium, acicidiam, uel olei lechyum. Ad hæc autem sancti omnia reliquia, uel apostolicas tabellas seu sacramentum antistitum chirographia ac uellata, assiduoque ossu passim obliterata è pyritico strepente, illa que magna cum uenerunt, offeruntibus ostentant, perueniunt, promittentes præ dante munus, ante uicam emittit uelofem. Sic omnimodis uelificares~~

donis onusti, prædam vendunt, in argenti lami-  
 nam conflant, atque max domum redeunt gau-  
 dendas, quod simpliciter rustica plebis corda ac-  
 cipit, muliercularum montes absterunt, iudifica-  
 rint, sefellent, gnomis et nã ad civitates quibus  
 non facile est imponere, non paride adant. Pro-  
 preterea Cato salubriter admonet, ne villicus ari-  
 lum consulat, ne aruspicus sagasq; admittat, quo-  
 niam hæc hominũ genera vana superstitione ru-  
 des animos ad impetras, ac demiceps ad flagitia fa-  
 cile compellunt. Sed ad rem redeamus. At ubi  
 domũ perueniunt, à suis magno plausu accipiun-  
 tur, perinde ut si terra marisque superatis for-  
 ter periculis, spolia ampla atq; bono modo para-  
 reportarent. Ac veteratores isti ex omni hominũ  
 colluie congregati, per hunc modũ, et cum Chr-  
 stianum orbem tam impudẽ, quam impudenter  
 populantur: inter quos sunt Antoniani ante pe-  
 trũs T, literam pietam habentes, qui D. Antonij  
 nomine, suo tempore porcos recipiunt, qui vica-  
 tim ipsi D. Antonio nutriuntur, quod id animal  
 cum bene multis aliis in eius trã sit. Atq; na-  
 dij nostri per hominum fraudes, etiam nunc e-  
 dunt, bibunt amiciuntur. Sed arte & astutia in-  
 signiores sunt illi, quos Itali Carretanos à Careto  
 Umbria oppido appellant, qui huic tam malefica  
 rei studio diutaxat addidit, pro honesta arte ha-  
 bent summã cum proterpitate mendicare. Itaq;  
 quotannis circa æstatẽ extremã, ingens turba, sal-  
 latis tantum more patrio armata, factio agmine.

Careto

Careto se mouet, in omnesq; Italia partes effun-  
 dit pecuniam vnde cumq; corrasura. Vnde fit, ut  
 quicumque apud ipsos Italos, tales faciunt turpes  
 quaestus, Caretani nuncupentur: in quorum nu-  
 mero non equidem immeritò monachi nonnulli  
 haberi possunt, qui longe petulantius quàm de-  
 ceat, eleemosynam sãpe petunt, imò flagitant: id  
 quod bene multi mendicantes pauperes, quasi ex  
 præscripto faciunt. Atque ita vna vel altera de  
 causa, Caretana secta per omnes geres peruasit.

De primordio Mahometanæ sectæ, atque  
 eius legibus & institutis.

## Cap. VIII.

Commodissimè hic subiiciemus illius pesti-  
 lentis Mahometanæ sectæ initiũ & dogma-  
 ta quæ cum libidinum nefanda fœditate, tum  
 multiingibus præterea flagitijs nihil omnino dis-  
 sonant à dea Syria sacerdotum moribus atq; vi-  
 tia turpitudinibus, quæ omnia proximo capite  
 non parum satis prodidimus. Fuit malefica reli-  
 gionis, imò impietatis auctor Mahometus nobili  
 genere natus, homo Arabs, seu Persa (utrũque  
 enim proditur) patre malorũ demonũ cultore, ma-  
 tre Ismaelita, & ob id Hebraicæ legis non igna-  
 ra. Quæ res fecit, ut dum utraq; suam legem do-  
 ceret, puer fuerit multo peritior effectus, qui de-  
 inde mortuis parentibus fortè captus emittitur à  
 quodam prædite viro nomine Abdenonaple,  
 homine Ismaelita, qui inuenem sibi gratum

ob formam & ingenium, mercaturis faciendis, ac negotiis procurandis profecit. Freqventabat id temporis domum Ablemonaplis Sergius monachus Nestoriana hareseos vir, qui cū nullo esset apud suos numero, presentem vitæ statum stomachatus Byzantio in Arabiâ fugerat Mahometumque valde diligebat. Intarim sine liberis mortuo hero, iuuenis viduam in matrimonium duxit, perquam grandem pecuniam consecutus, æximum, ad maiora extulit. Hæc de Mahometi adoleſcentia & bona indolis in tio, traduntur à compluribus. Quidam Græcorum eum Ismaelitam tantum memorant, fordidog, loco natū puerilibus annis furaci quæstui sibi victum quaſſe, ac locantibus conducendog, camelis, ad deportandas huc atq; illuc merces, inde verd̄ adultri latrocinia fecisse, comparatâque latronum ingeni manu, uno atq; altero facinore illustrati: iamq; Perscis rebus infestum, ut qui in Heracly partibus esset, pugnaſſe in eo prælio, quo res Casera cōciderunt, ac inibi vulnere affectum. Verum postea maiore Arabum exercitu instructus, ausus est Romani imperij turbare fines, cuius tamen motus Heraclius citò compeſcuit. Is itaque homo calidus atque vaſer ingenio, magicog, artibus pollens, ut etiam specie religionis, quæ hominum mentes repente occupat, apud suos barbaros suapte natura leuitate imbutos, plus sibi fauoris & potentia conciliet, se Dei prophetam nominat, ac, uti vulgus id facilius credat, interdum solebat

but tanquam mentis errore actus in terram corruere subito, perinde quasi comitiali tetatus morbo: quod cū uxor miraretur, Desine, inquit, chara coniunx mirari: sic enim Deus mihi futura suggerit, eius spiritu corripere me. Hac ille quoque armatus fraude & inter Christiana pietatis viros diuissimè versatus, re perniciosam humano generi ex duabus est legibus commentatus: siquidem anno salutis D C. X X. & Heraclij principis X I I. nouam sectam conditurus in Arabia concionari cepit, prædicans esse se Dei prophetam primarium, & Hebraos aiebat impiè facere, qui Christum natum ex virgine inficiarentur, quando id propheta, viri præcipua sanctitate diuino afflato spiritu futuram cecinerant, expectandumq; multo antè prædixerant. Cōtra Christianos stultè credere Iesum prophetā summum ex Dei spiritu genitum, ac omni terra labis expertem, voluisse opprobria & cruciatum à Iudæis perpeti, cum præsertim eius gloriosum corpus minimè pari potuerit: ac proinde deridebat, qui eius sepulchrum religione seruandū censerent. Sic iam per varios successus rerum, atque conciones, non contemptissimus effectus eō euasit, ut iura & leges sua genti dederit, in quibus ferendis à Sergio monacho est præcipue adutus. Et ne legi tam pestilenti ab hominibus sana mentis quandoque iretur obuiam, capitalem inscriptit pœnam, si quis de ea ausus esset disputare: ac consilio Sergij vsus, ut lex popularior, esset ex

omnium gentium scētis, quas rectē nouerat, ali-  
quid assumpsit. Cum Iudaeis enim circumcisionem,  
& abstinentiam porcinae carnis praecepit: quan-  
quam de circumcisione ambigitur, quod ipse Ma-  
hometus neq; circumcisus est, nec in eius lege de  
ea re ulla sit mentio: quare Saraceni, quia non  
antē circumcidunt filios, quā xxi. habuerint  
annos: in hoc videntur imitari Abraham, qui  
Ismaelem id atatis filium, à quo illi originem au-  
cunt, circumciderat. Item usu vini inter dixit, ie-  
iuniumq; per mensem Octobrem continuum ser-  
uatum voluit. & tantū noctibus vesci, quod diur-  
nam abstinentiam nocturna satietate resarci-  
rent: nam tum per legem licet bibere vinum, quod  
facile ebrii facti sese simul stupris turpificant. Cū  
Christianis, Christum summum prophetam cen-  
suit, nunc spiritum, nunc verbum, & Dei animā  
pradicans: virginem Mariam ad calum extulit  
laudibus, miraculis credidit estq; euangelica hi-  
storia non aduersatus, quatenus à suo non discre-  
paret Alcorano: sic dogmatum suorum libellum  
appellauit: & Hebrais ac Christiana multitu-  
dini per hac blanditus, simulauit se velle à Sor-  
gio baptizari. Cum neutris verò, diem Veneris  
festum instituit sabbatum Iudaorum, & nostrū  
diem dominicum aspērnatus: ac id fecisse fertur  
in honorem deae Veneris, quod ad punctum eius  
stella rex factus fuisset. Inde ad aliorum rudia  
cōcilianda, cum Sabellianis negauit Trinitatem:  
quā vocamus: cū Manichaeis, binarium in diuinis  
nume

numerum posuit: cum Macedonio spiritum san-  
ctum esse creaturam dixit: cum Nicolaianis, mul-  
titudinem vxorum probauit, quarum ne essent  
zelotypi, iussit vt nulla femina nisi operta facie,  
foras prodiret: & deniq; Veneris ac omnium vo-  
luptatum habenas suae genti remisit, arbitratus  
hac corporis oblectamenta futurae felicitati mi-  
nimè officere. Fas enim est Saracenis quatuor si-  
mul habere vxores, & cum illis facere diuortii  
bis terq; ac earum loco alias ducere, vel priores  
recipere, emptitias verò & captiuas tot habere,  
quot libuerit, eāsq; ipsas vendere, excepto quod  
si qua grauida à domino facta fuerit, illam non  
amplius seruitute obligari: & ne cognatio defi-  
ciat, etiam consanguineas quā proximas ducere  
vxores. Item Dei Propheta nouus, nouum o-  
randi purgandi que modum suis statuit, qui eius-  
modi est: Etenim quinquies in die orant breui-  
ter profitētes vnū esse Deū qui nullum sibi simi-  
lem aut aequalem habeat, & Mahometum eius  
summum esse prophetā. Sed antequam precatum  
eant, omnes corporis partes aqua perquam pu-  
ra, vel terra si aqua absit, abluunt: quo facto, in  
meridiē versi terque inclinati terram deosculā-  
tur, atq; ita purgati arbitrantur eo modo se cun-  
ctā peccata obsterfisse, cū citius animum debe-  
rent purgare, unde vera manāt preces. At in fo-  
rensis causis plurimum Moysi decora secutus  
est, qui talionem quoq; admisit. Postremò, vt pra-  
mium suis proponeret foeda religione dignum,

promisit fore, ut qui eius mandata seruarent, post mortem collocarentur in paradiso loco amoenissimo, ubi arborum umbra tecti, neque calore, neq; frigore vexarentur, & pretiosis vestibus induti inter vexillarum choros, delicatissimis vescerentur cibis, quos angeli ipsius Dei abunde subministrarent. Atque ita propheta de corporum immortalitate tantum egit, ut qui crederet animos non manere post corpora. Namq; talis beata vite status minime omnino ad extremam corporum nostrorum resurrectionem trahi potest, quando id temporis, teste Christo apud Matth. cap. 22. erimus sicut angeli Dei in calo ac tantum aberit, ut nobis cibo ullo sit opus. Tēpla habent, in quibus præter preceationem, nulla sunt sacra, nullos item sacerdotes, ac nullā fermē habent religionem: nam quanquam unum credunt esse Deum, tamē nulla eum pietate colunt, excepta elemosyna, qua inopes iuuant. Specie itidem humanitatis aduersus aliarum sectarum homines præ se ferunt, quos apud se esse sinunt, si magistratibus suis obediant, & in singulos annos tributum pendant, tametsi eos continenter detrimētis atq; contumelijs afficiūt. Et ille talis fuit in danda malefica lege, quæ in gentes serpsit innumeras, ab eisq; veram Dei religionē mira virtute antea receptam sustulit, ac in locū illius malorum demonum induxit cultum, periculūmq; est, ne nobis quoq; eripiat: nā tota Asia & Africa, cū magna Europa parte, in Mahometanorum

ditio

ditionem venit. Quod sanè incēdium nihil æquē fouet atque auget, ut perpetua nostrorum principum discordia. Hac igitur pestilente superstitione armatus Mahometus sic Saracenorum animos sibi conciliauit, ut eos demum ad rebellandum contra Persas excitauerit, à quibus rex cōsalutatus, noui regni in gente fundamentum iecit. Obiit mortem inimicus ille veritatis annos natus quadraginta, seu, ut quidam volunt, quatuor & triginta, qui tandem moriens prædixit se iturū in calum: quod Saraceni diu expectantes, cadauer iam fœtidum ferrea cōdididerunt arca, illāmq; Mechem (est Persidis vrbs) deportarūt quam totus Oriēs colit. Mahometo Calyphas successit, qui ob nimiam superstitionem imperiū est abrogatum, in eiusq; locum alter eodē nomine rex creatur. Tertio deinde loco Omar sufficitur, qui post Persas superatos Hierosolyma omnēmq; Syriam cepit, anno salutis circiter CLXX. pōtifice Agathone, & Constantino I. II. Imperatore. Caterum bona istarum rerum gestarū pars Mahometo assignatur. Sanè fuit Heraclius Imperator oraculo admonitus, ut à circumcisis caueret, quare ille toto suo imperio, Iudæos suppliciorum metu ad religionem Christianam recipiendam compulit. Hanc obrem Saraceni & Arabes duce Mahometo arma sumētes, ita Heraclij duces superarūt, ut parū absuerit, quin omnino imperij nomē deleret, capta Alexandria, multisque alijs Syria & Sicilia urbibus. Arabes en

uitio

victoria elati, Mahometi impulsu, Persas bello petierunt, ac vicerunt, qui tum demum coacti accipere legem Mahometanam Saraceni iam inde pro Persis appellati sunt, qui se à Sara, qua Abrahamæ uxor fuit, ortos prædicabant. Quæ Mahometus ansam amplexus, eos sibi facile cõciliauit, dicẽtans solos omnium mortalium illos diuina reppremissionis esse successores. Sic post deuictos Persas, barbari maioribus viribus Antiochiam adorti, nobilissimam urbem breui ceperunt, nec ita multo post sunt & Hierosolymis potiti. Post victoriam Mahometus non multum superstes fuit, hæc actor pestis terribissima, qua cum suo auctore extingui non potuit. Vide, quàm sit vita mortalium prouisor semper in lapsum, quàm in bono constantior: nempe vineam Domini, quam Christus seruator suis miraculis plantauerat, quam Apostoli suis manibus coluerat, quæ martyres suo sanguine fecundiorẽ fecerant, quam pontifices sanctissimi suis bonis artibus quotannis putauerant: & cuius deniq; nectar dulcissimum ac salutare Asia ipsa cum Africa, amplius sexcentis annis imbiberat, una feralis facula, quam Mahometus pseudopropheta sex tantum annos illis in locis circumtulit, radicitus incredibiliter absumpsit. Verè barbaram progenies nescit habere modum: sole enim belluina voluptates, quas ille nequam concesserat, hæc gentes à vera pietatis officio auocarunt, ac in maleficio pertinaciter cõtinent. Sic malũ venenum à malo homi

homine datum, tot miseri mortales ad perpetuam perniciem quotidie perbibunt, illud postremò in Stygiam euomituri paludem. Heu quàm tunc infelices, sed serò, stultitia pœnitebit?



POLYDORI VER  
GILII VRBINATIS  
de inuentoribus rerum

LIBER VIII.

Vnde natum, vt patres sanxerint diuorum reliquijs honorem habendum esse, ac qui primum stationes, & eas deinde atque iubilum Romæ instituerint: & de primo veniarũ, quas Indulgentias dicunt, vsu,

Cap. I.



Mnes sacra militia ordines superiore libro conscripsi: in hoc ultimo duces, facta, prælia, partisque triumphos exponemus, vt lectori sit longa lectionis præmium, noscere præmium, quo Christiane reipublica milites affecti fuerint. Post itaque Petri ac Pauli Apostolorum martyrium, quod plures mortales ad  
id ge

id genus mortis subeundum inuitavit, quam deterruit: multi quocidie sexus utriusque cum alibi, tum Roma, alij alio cruciatus pro re Christiana tuenda consumpti, cali regnum adipiscebantur: sed ante omnes pontifices Romani qui contra tyrannorum sanitiā audentius ibant, martyrio passim coronabantur, ita ut illi qui post Petri eam sedem usque ad Sylvestrum primum tenuerant, qui duo et triginta numero fuere omnes supplicio mactati sunt prater septē, quibus calamitatum cōcursu pressis vita breuitas faciliorem dedit exitum. Istorum sacro martyrum cruore maduit in primis Romana tellus, referatque est duorum reliquijs qua breui post tempore undique à nostris conquisitæ eò deportata sunt. Quæ res à principio nascentis religionis cū primis Cleto atque Anacleto pontificibus cura fuit: hic enim seorsum à profana plebe, loca ubi martyres sepelirentur, assignauit: ille verò notauit crimine sacrilegij, si quis impedisset quò minus Apostolorum sepulchra inuiserentur. Ac porro istuc maximè religioni cōsentaneū visum est, quod apud Matth. ca. 9. sic legitur: Ecce mulier qua sanguinis profusio laborauerat duodecim annos accedēs à tergo tetigit simbriam vestimenti Iesu et salua facta est, et alibi cap. 14. in terra Genesareth: et cū agnouissent Iesum vi ri illius loci, emisserunt nuntios in totam undique finitimam regionem illam, et obtulerunt illi omnes malè habentes, et obsecrabant eum, ut

tan

sanctum tangerent simbriam vestimenti ipsius, et quotquot tetigissent, salui facti sunt. Item in Actis Apost. cap. 5. Magis autem crescebat credentium Domino multitudo virorum ac mulierum, ita ut in plateas exportarent infirmos, et ponerent in lectulis ac grabatis ut venientis Petri vel umbra obumbraret aliquem illorū. Conueniebat autē multitudo vicinarū ciuitatū Hierosolyma afferens agros ac vexatos à spiritibus immūdis qui sanabantur omnes. Rursus cap. 19. virtutēque nō vulgares edebat Deus per manus Pauli, ita ut etiam super infirmos deferrentur à corpore eius sudaria et semicinctia, et recederēt ab eis morbi, et spiritus mali egrederentur, etc. Quæ cū ita sint et Deus possit cū lubet, omni tempore per eiusmodi quoque modū miracula edere, non utiq; alienū fuit à pietate et fide tales reliquias seruare venerādō. Atq; hinc inuitū esse factum habendi honoris sanctorum reliquijs satis cōstare potest. Exiit tamen postea Vigilantius natione Gallus, vel potius Dormientius, uti Hieronymus appellat, qui negabat Apostolorū ac martyrum reliquias esse colēdas, quòd eorum anima essent, vel in sinu Abrahe vel in loco refrigerationis, vel sub Arā Dei, unde pro suo iure nō possent de suis tumulis, et ubi voluerint adesse presentes: sic prout ait idem Hierony. qui insaniam hominis facillè conuincit, vincula iniiciebat Apostolis et martyribus, ut usq; ad diē iudicij tēretur custodia, ne essent cū Domino suo, de quibus scriptum

scriptum est: Sequitur agnum, quocumque ierit. Sed non vicit male vigilantis sententia: nos verò honoramus reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres, colamus: honoramus seruos, illius Domini nomine, qui ait: Qui vos suscipit, me suscipit. Sunt igitur merito & templa illis diuis in urbe, aut ijs in locis, ubi mortem appetendo, sanguinem effudissent, aut ubi contigisset illorum ossa humari, posita. At qui iam planè cognoscamus licet, veteres Christianos hanc quoque religionis pietatisq; partem minimè aspernatos esse, quando etiam Tertull. lib. de finit. dog. ecclesiast. de reliquijs sanctorum ita scribit. Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum martyrum reliquias ac si Christi membra sincerissimè honoranda, & basilicas eorum nominibus, appellatas, velut loca sancta diuino cultui mancipata, affectu piissimo & deuotione fidelissima aduendās credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit, non Christianus sed Eunomianus & Vigilantianus creditur. Hac ille auctor tam vetustissimus: quam spectatissimus, non utique heri nudius tertius, ve factus est, cui proin haud fidem abrogandam censeas. Ad reliquias pergamus. Sic Callistus primus Rom. pontifex adè in Transyberina regione adificauit, dicauitq; Maria Virgini, sic postea Constantinus Imp. Petro & Paulo, ac D. Laurentia tēpla extruxit: sic pontifices qui secuti sunt, alij alias ades eidudere sacras. Quibus pietatis operibus factū est, ut Christiani viri ac femina

mina vsque ab extremis quoque orbis partibus paulatim Romā peregrè sua spē cōfluxerint, sacra loca aduendi, diuorumque sepulchra visendi causa. Adauxit hanc populorum pietatem diuus in primis Gregorius: is enim cum Romæ id tēporis quo sederet, quadam letifera laboraretur peste, primam litaniās, ut alibi explicauimus, decreuit: deinde certos cōstituit dies, quibus in præcipuis vrbis templis soleamni ritu sacrificaretur, ibiq; pro illo sedando malo oraretur suppliciter: ac ut populus generatim simul frequentior eò illis statis diebus cōcurreret, proposuit delictorum veniam ad id solemne accedentibus, constitutis ad ipsa templa sacerdotibus, qui audirent volentes de peccatis suis confiteri, ut illi inde remissionem omnium delictorum consequerentur. Quæ sanè consuetudo vel hodie seruat, ubi cumq; publica peccatorum venia promittitur. Et quia sacerdos potestatem habet tam culpam quam poenam tollendi, hinc factum videtur, ut talis venia delictorum vulgò appelletur indulgentia, id est, remissio culpa & poena. Ad rem redeo. Quāobrem deinceps cuncti obseruantius adeo templa aduentes, adeo sanctè precati sunt, ut meruerint eo morbi genere liberari. Durauit inde perpetuè illud institutum, ita ut hodie nihil Romæ sit sanctius: conueniunt undiq; adhuc multi mortales in urbem, qui ubi eò peruenerint, nihil prius habent, quam ipsa sacra inuisere loca, in quibus stationes celebrentur. Appellauit Gregor. ea so-



lenni: sacra non indecenti vocabulo stationes, quasi status, id est certis anni diebus ac statutis celebres: nam sic stat a caremonia, ut Festo Pompeio placet, dicebantur sacrificia qua certis quibusdam diebus & statutis celebrabantur, quae nã mutarentur, sed stabilia & firma starent. Vade Cato: Sacra statuta, & solenia sancta seruasti. Alij stationes dicitur voluit ex militari exemplo, quod perinde hac sacra siue ha ades sacra in quibus illa sunt, statutis diebus custodiuntur, frequentanturq; ac soleant loca ad custodiã assignata militibus, quando stant vigilantes. At stationes nostra sunt, & manent, quando sacerdotes in choro stant, canonicas recitant horas, atq; olim esse ceperunt apud Christianos conuentus, cum illi in templo die praesertim dominico, stantes praerentur, ut est apud Marcum euang. ca. 11. Et cum steteritis orantes: de quibus Tertul. lib. de Corona militis, inquit: Iã & stationes aut alij magis faciet, quam Christo? Igitur stationes nostras à stando dicitur esse, & D. Gregoriũ tam nomen quã consuetudinem pristina intermissam retulisse, instaurasse, renouasse, satis certũ est. Sed demũ repetemus, Bonifacius deinde 1111. ad hac sacra loca visenda priorũ maximẽ incitauit studiũ, qui primus omnium iubileũ retulit, anno qui fuit m. c. c. c. salutis humanae, quo paenarũ remissionẽ ijs praestabat, qui limina Apostolorum visitassent, ad exemplum veteris legis. Diuersa tamẽ quadã videtur fuisse

fuisse ratio Iudais anni huius celebrandi, atq; sit ab initio à nostris seruata, quod illi L. & nõ, ut nostri, C. quoq; anno, id soleme repeteret, quodque eo tempore apud illos soluerentur nexi, forniq; in libertatem vindicarentur, & illis demum corporũ assertio curã esset: at nostris animorũ, quod multo optabilius est, veriorq; liberias censeri potest: enimuerò verè liberi sunt, quibus peccata remittuntur. Idem autem pontifex iubileum C. quoque anno seruari mandauit: quod fecisse videtur, ut populum cum primis Romanum ab inani secularium ludorum celebratione, ad verum solenne sacrum reduceret. Fuerunt ludi seculares, ut Festus attestatur, in honorem Apollinis & Dianae instituti C. quoque anno, clamante praecore: Venite ad ludos, quos nemo mortalium vidit, neque visurus est: nam seculum C. continet annos, unde ipsi ludi seculares nominati sunt, de quorum origine supra libro 4. diximus. Capitolinus in Gordiano, ait hos à Valerio Publicola ob exactos reges centenis quibusque annis ab urbe condita institutos: celebravit eos Philippus Imp. anno urbis m. Sed unde digressissimus, reuertamur. Caterũ tanta vis mortalium ea de causa tunc Romam confluxit, ut vix commeandã per urbem amplam quidem ac vastam, esset facultas. Quinquagesimo post instante anno, Clemens 4. ianxit iubileum celebrari quinquagesimo quoque anno, cum ætas hominis vix iubilum illius centum annorum attingere posset.

qui verus fuit iubilæus. Postremò Sixtus II. IY. iubilæum ad vigesimum quintum quinquæ annu rediit, primuque celebravit: qui fuit annus M. CCCC. LXXV. salutis. Id fecit, ut quæque a-  
 f tas eius muneris diuini particeps fieret. Acta veniarum, quas indulgentias vocât, iam tum u-  
 sua celebris esse cepit, quæ quæ de causa, quæve ex auctoritate inducta fuerint in ecclesiam Dei, aut quantum valere videantur, nostri recentio-  
 resthologi de eare egregiè laborant. Ego verò originem, quod mei est muneris, quaerens, nõ re-  
 perio antiq. fuisse, quod sciam, quam D. Gregorius ad fons stationis id præmij propauserit. Quapro-  
 pter in re paritè perspicua, utar testimonio Ioan-  
 nis Rossensis episcopi, qui in eo opere, quod nuper in Lutherum scripsit, sic de eiusmodi veniarum initio fronte: Multas, fortasse mouet, indulgentiis istis non vsq. anteq. fidore, quod non uisus in Ec-  
 clesia videatur recitari, eã admodum serè apud Christianos reperiit: quibus ego respondeo, non cetero constare, nõ quo primùm traditi cœperint, fuit tamen nonnullis eorum usus, ut nunc, apud Ro-  
 manos vetustissimus, quod ex stationibus intelli-  
 gi potest. Et subicitur. Nemo certe dubitat, orbe-  
 doctus an purgatorium sit, de qua tamen apud præfatos nullum est quàm rariissima ferebatur mentio: sed & Græcis ad hunc usque diem, non esse cre-  
 ditum esse, quãvis enim nulla fuerat de purgato-  
 rio cura, nemo quæsitio indulgentiarum in eo ille-  
 perdas omnis indulgentiarum existimatio. Si talis

las purgatorium, quarum indulgentiis opererit: Cœperunt igitur indulgentia, postquam ad pur-  
 gatorij cruciatus aliquandiu trepidatū est. Hac illos, quæ tu fortis, dum tunc, fuit momentis, ut ma-  
 gis eorum ore Dei expectabat. Atque hoc pa-  
 flo post Gregorium veniarū seges paulatim cre-  
 nit, cuius mollem non exiguam permulti in ere-  
 disum collegunt. Et cum primum Bonifacius IX. omni tempore huiusmodi veniarum, quæ quidem plena manu non concedebatur modo, aliquoties, verū etiam, teste Platina, velut quæpiam merces, quo-  
 ridie vel passim vendebatur, non absq. cauce den-  
 tis recipientisq. detrimento, quando per hac ut remedia animæ morborum venalia, nimirum per-  
 multi à male factis abstinabant, et elatium au-  
 floritas multo vilior erat. Nec id quidem teme-  
 rē accidebat, quia, ut dicit Hieronymus, ubi merces media est, dona spiritalia viliora firmi.  
 Quæ vitinã non nisi vilis vilissos atas. Secundum  
 hac Alexander VI. cuius pontificatus incidit in annum humane salutis M. D. Sixti secutus insti-  
 tutum, cœpit iubilæum non modò Roma, sed etiã in longinquis provinciis, ac stationes ubiq. gentium propè vicatim instituire, idq. ~~tantum~~ quæ  
 populi Christiani communi causa, ut aiebat fecit, quò eum labore per eã urbis leuaret. Quare fit, ut Roma terrarum regina etiam nunc minus a-  
 deatur. Verum quæ fuerit iubilæi anni origo apud Hebræos, iam dicamus. Moses, teste Iosepho lib. Antiq. 3. Et Origene super Numeros, statuit.

ut inter dies, septimus quisque dies observaretur sabbatum, & inter menses, septimus quisque mensis sabbatum esset mensium, in quo agerentur solennia sacra, qua dicerentur sabbata sabbatorum: item inter annos, septimus quisque annus, & in eos quando Canaanam Iudaei recepissent, quam tandem David & Salomon reges assecuti sunt, terra vacaret, id est, non araretur, & qua sua sponte ferret, quinquagesimo quoque anno tribulibus essent & extraneis communia. Hunc Hebraei annum iubileum dixerunt qui & quinquagesimus vocari potest, significatque libertatem. Porro hoc Moysi decreto, libertate donabantur servi, debitores à creditoribus laxabantur, pradia astitimatis ex aquo fructibus & impensis, restituebantur antiquis possessoribus, qua omnia ipse Iosephus in eo lib. late persequitur. Reddit Euseb. ex Philone, huiusmodi agrorum vacationis rationem non contemnendam, ita in s. Euang. praepa. scribens: Facile de septimo quoque anno dicere possumus: non enim ipsi ab operibus sicut septimis diebus cessant, sed agros ipsos cessare patiuntur, ut vires ad futura suscipiant: multo enim fecundiores redduntur, si cum cessauerint, in novalia rursum proficiantur: quod etiam corporibus hominum accidit, semper enim eundem fere laborē, & valetudini obest, & robur animi atque corporis deicit. Et subdit: Magna autem humanitatis eorum illud praecipue signum est, in septimo quoque anno, ipsi ab agricultura laboribus abstinent, & si quid sponte

sponte agri tulerint, non colligunt, neque deponunt, sed quia nullo suo labore productum est, communiter cuique volenti omittitur: & reliqua. Sed iam Romanorum pontificum & humanitatis studium, & rei familiaris augenda rationem hic commoedum iudicamus.

De origine titulorum, quibus Romanus pontifex utitur, ac collegiorum & scribarum, & quando primum litera Apostolica ceperint obsignari plumbo, ibique de usu peruerusto sigillandi literas cera impressa annullis, & de primo annatarum usu.

## Cap. II.

Est sacerdoti in primis nihil ferè convenientius humanitate, nihil aptius comitate, nihil summissione decentius, dicente Servatore: Discite à me, quia mitis sum & humili corde. Et alibi: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Contra alienius nihil ipsa superbia, qua multi saepe inflati, ac simul arrogancia doctrinae, aut generis claritate elati, tum se sacerdotes, tum pontifices praebeant, tum ordinis decus rite servare sibi persuadent, cum praese cunctos mortales despiciant, asserentes sic dignitatem quam obinent, posse, ac nequaquam audientes ipsum dominum tanta insolentia exitum ita praedicentem: Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur. Huius Servatoris

vaticinationis praecepit, simul D. Gregorius bene memor, ut cunctis mansuetudinis exemplum ederet, cum literas diceret, sic semper incipiebat: Gregorius episcopus servus servorum Dei: qui factus aequè idè praestitit: sexcentas enim à Longobardis passus est iniurias, contra quos iam non arma movit, aut aliunde quæsivit, sed sola patientia & humanitate dimicavit. Hoc certè pauci illorum qui successore sunt imitati: illud verò cuncti infingunt, ut usurparunt, quamvis in eam non nisi in cōstituti forent, qui non facile ab alijs se servos appellari patiantur. Salute & Apostolicà benedictionem, Cletus praefationis loco posuisse primus dicitur. Quem salutandi modù pontifices qui secuti sunt, servarunt. Christus & suū salutationis genus, Pax vobis, aut huic domui, usurpare cōvenit, quemadmodù Graci pervevisti more xxiij. Latini Salvo, vel salute, Hebraei et erò, Pax tibi. Eam salutationem nunc episcopi ut sibi peculiarem vindicant. Præterea ab initio fuere scribae, qui literas scriberent Apostolicas, parvo vel nullo petito pretio, quando adhiberent servitoris praeceptum. Grati accepistis, gratis date, in iustitia permanebat. At dein Iohannes xxiij. in eadem rationis studiis, qua rem antiquissimè innotuit, collegium scribarum Apostolicarum primus numero distinxit, qui literas propria impendio dictatas conscriberent, nonnullaq; alia munia obviarent, acque in illud quo usuribus pretio duntaxat adfectos voluit. Enactioes

item

idem cōstituit, per quas tantis, hoc est, estimatis, si fecerit, qui ipse contulisset, caperetur verberaret. Rem verò omnem ad Apostolicam praerogativam, quam dicunt, curam pertinentem, Benedictus xxi. omnium primus excogitavit, simul & taxationis literarum ordine constituit. Institutum obsignandi literas Rom. pontificis plumbo, unde ad posteros manavit, per diu quæsum, plumbo tam pretioso sese, credo, in usura ierax rursus abdicente, aut ne cuiquam prodere esset, cum soli Romani pontifices eo utantur. Equidem satis constat Agathonem, quo sedente magna sedi facta est honoris accessio, ut supra libro 4. demonstravimus, in cera annulo impressio sigilla: verum postea cum Rom. pontifex multa irrogaret privilegia, ut diplomata diuturniora forent, placuit Stephano xxi. ac deinde Hadriano i. tabulas Apostolicas plumbis obsignari. Fuit is annus salutis D. C. C. LXXII. cum ipse Hadrianus factus est pontifex: nam antiquius non reperitur sigillū plumbeū, quemadmodù constat ante Carolum magnū Imperatorem, literas auro obsignasse principū Romanorum neminem. At nunc literas cera impressa annula sigillatas dicimus, quod, teste Varrone, sigillare sit claudere. Quis verò primus huiusce rei auctor fuerit, minime proditur, etsi vix est talis vetustissimus, quando iam inde à primordio orbis fermè cōditi, mortales cōsuevisse annulum digito ferre, pro sigilloque usurpare, conicere licet ex lib. Genes. cap. 38. ubi

29 5

ex

extat quemadmodum Iudas fecisset stuprum cū  
 Thamar nuru sua meretricio induta vestitu, &  
 promississet mulieri hœdum, fideique seruanda  
 pignus de disse annulum suum, armillas & bacu-  
 lum, ac illa mox grauida, ùm ad penam subeu-  
 dam, more Iudaorum rapta fuisset, per speciem  
 annuli ostense sese liberasset. Hunc autem annu-  
 lum sunt interpretes veteris instrumenti, qui si-  
 gillam appellant, quòd eo literas signant, & in  
 primis Sanctes Pagninus; quem mirificè delectat  
 hebraice passim loqui, ita ut vim verbi ignorare  
 haud omnino potuerit. Atqui aliud rei istius te-  
 stimonium clarius datur: namq; Iezabel, seu Ise-  
 bel, (vtrūq; enim scriptum legitur) uxor Achab  
 Samaria regis, sicuti in libro est Regum tertio,  
 per literas nomine viri sui annulo eius signatas,  
 Naboth hominem innocentem à ciuibus eius in-  
 terficiendum curauit, propterea quòd illi negasset  
 vineam suam marito vendere. Et Cicero in A-  
 cad. quest. de re ipsa meminit: Quid si in eiusmo-  
 di cera centum sigilla impressero? Ita incerto au-  
 ctore, modus is quoque sigillandi literas incre-  
 buit, quem vsus tantum commode retinuit. Sed  
 ad collegia scribarum redeamus. ~~Quoniam per hunc~~  
~~modum res domestica augetur,~~ Pius deinde se-  
 cundus Iouanis exemplum ~~securum~~ ~~formiatores~~  
 creauit, in ordinemq; redegit. Hos haud ita mul-  
 to Paulus post exauكتورauit, sed velut arario per  
 vtilis ministros Sixus deim restituit, primis que  
 noua collegia sollicitatorum, ad stipulatorumque  
 in/hi

instituit, sine quibus nulla conficerentur tabula,  
 quas bullas dicunt, quòd per hoc à pluribus exami-  
 natis difficilius corrumpentur: postremo no-  
 uem Apostolici ararii notarios fecit, & iis omni-  
 bus certos prouentus constituit, quòd eorum mu-  
 nia uendibilia ferent. Non se follet opinio: mu-  
 nia enim que principum quingenti conuersu-  
 nati, quac alia millo, alia in obsequiis milli-  
 bus uenduntur, addo qui ea obtinent, suis primiti-  
 uis rebus seruata sciunt. Hoc tam commodum inuen-  
 tum in scauit & Innocentium vtriusq; ipsius Six-  
 ti successorem, per ille secretariorum (sic uocantur  
 secretarios principum familiares, qui à secretis  
 sunt) collegium instituit, pristini augendo nu-  
 merum. Præterea Alexander vtriusq; nomum scripto-  
 rum breuium collegiū instituit, numero octogin-  
 ta ualoo amplius. Hæc autem scribarum collegia  
 incens quoque apparitorum, imò lampyiarum,  
 quibus, ut poeta ait, sunt pallida semper ora  
 fames, turba seruit, quorum nonnullos alim ton-  
 dendi oues optime gnatos, id est, notarios & ta-  
 balliones, ut pauperum sanguine uictitantes, & i-  
 calaus vtriusq; ab se reuerisse dicitur, ne omne degly-  
 besent pecu. Ad Alexander Imperator omnium  
 integritatis specimen, multo præclarum edidit ex-  
 emplum, cui etsi uox a minus præfessor religio-  
 nis. Is etenim nullum unquam uenditit magi-  
 stratum, dicitur. Qui emit, necesse est uendat.  
 Nec illud omiserim, literas Apostolicas pluri-  
 bus signo munitas, in quibus Romanorum  
 ponti

pontificum decreta continentur, non ineptè bul-  
 las appellari, quando, s; x; d; id est, bula Græcis di-  
 citur & consilium, & locus in quo consultatur.  
 Sed nos more nostro mutato è in a, bula dicimus  
 ut fit à musca, musca: ac vocabulū per duplex  
 Il perperam scribente, minus elegans reddimus.  
 Ceterum nullum inuentum maiores Romano  
 pontifici cumulauit opes, quàm annatarum,  
 quas vocant, v; sus, qui omnino multò antiquior  
 est, quàm recentiores quidam scriptores suspican-  
 tur, & annatas, more suo, appellant primos fru-  
 ctus vnius anni sacerdotij vacantis, aut dimi-  
 diam eorum partem. Sanè hoc vectigal iam pri-  
 dem cum Romanus pontifex nō habuerit tot pos-  
 sessiones quot nunc habet & eum oportuerit pro  
 dignitate, pro officio, multos magnosque facere  
 sumptus, paulatim impositum fuit sacerdotiis va-  
 cantibus qua ille conferret. De qua quidem re,  
 ut graui ipe reclamatum fuisse testatur Henri-  
 cus Hostiensis, qui cum Alexandro III. ponti-  
 fice auisit, sic, vs; Franciscus Zabarellus tradat  
 posthinc in concilio Viennensi, quod Clemens v.  
 induxit, qui factus est pontifex anno salutis huma-  
 nae m. ccc. lxxv. agitatus fuisse, ut eo deposito an-  
 natarum onere, vige sima pars vectigaliū sacer-  
 dotalium penderetur, quolannis Romano ponti-  
 fici, & id quidem frustra. Quare pontifex anna-  
 tas in sua massa retinuit, ut ne indidè exire pos-  
 sent. Atq; hæc omnia in commentariis in cap. in-  
 ter cætera de officio ordinarij, scripta leges. At qui

fatis constat rationem fructuum omnium maiorum  
 sacerdotiorum putatam fuisse, & summā dedin-  
 etam, qua cum vacans pontifici deberetur, qua  
 etiam nunc impertitur ab iis, quibus ea dantur  
 sacerdotia, id quod postremò Bonifacius x. seu  
 Ioannes xii. primò, siue rursus, quem admodū  
 suprà demonstrauimus, fecerat, quibus idcirco fue-  
 runt qui annatarum inuentum assignarunt. At  
 onus illud annatarum ab initio omnes genera-  
 tim populi subire minus recusarūt, extra Anglos,  
 qui suis minoribus sacerdotiis, quādo ea pontifex  
 dabat, id seruitutis imponendum non censuerūt.  
 Nam Rom. pontifex minorum quoq; sacerdotio-  
 rum aliarum gentium qua ipse confert, dimidiam  
 capit vectigalium vnius anni partem, si pluri-  
 viginti quatuor aureis astimentur. Et hæc anna-  
 tarum genus vel aliis de causis exigitur etiam  
 ab Anglis, cum alia alius sacerdotia copulantur,  
 ut ea fiat priuati commodi copulatio, qua com-  
 munitatis utilitatis disunctio est, cum conceditur, ut  
 quis retinere queat, cum episcopatu cœnobio ve,  
 vniuersa sacerdotia, cum sit potestas cuiuspiam re-  
 tinendi sacerdotium, quod per leges minimè li-  
 cuit principio capere, & cum senectus alia per-  
 aguntur, ex Romani pontificis auctoritate, qua  
 signatū d; perinde ac Christum fieri inferat, si  
 quibus oportet & quanto oportet concederetur,  
 si in annatis saltem exigendis modus esset, sed in  
 graue sit illis, quibus sacerdotia deficiunt, prius  
 annatas & in numerato soluere, quàm vectiga-  
 lium

lium quicquam ex ipsis capiant sacerdotis, unde grande faciunt et alienum, necesse est, damno etiam futurum amicis, à quibus mutuam accipiunt pecuniam, si quid ante humanitas accidat, quàm eam reddant, non hinc profecto sceleratas homines causam arripere ad corruptelam religionis, quæ fœdit Deus, ut illis correctis, in corrupta permanent.

## De Simoniacorum sectæ ortu.

## Cap. III.

CVM Philippus, (qui teste Eusebio, ex septem diaconis ab initio constitutis, fuit vnus) Samaritanos ad Christianam religionem traxisset, tum vir quidam nomine Simon, qui antea magicam exercens artem, eam gentem seduxerat, tandem credidit, et, ut Lucas prodit, baptizatus est. Nec ita multo post venerunt ad Apostoli Petrus et Ioannes, ut per manus impositionem, eos qui nuper in Christianorum collegium venissent, munirent spiritu sancto. Cùm vidisset autem Simon per impositionem manuum Apostolorum, dari spiritum sanctum, pecunia id demum à Petro impetrare conatus est, cum fide et pietate debuisset: cui Petrus dixit, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam comparari: non est tibi pars neque sortis in ratione hac: cor enim tuum non est rectum, coram Deo, etc. Verùm Simon repulsus, iam inde fuit Petro infestus, Remanq; ex Samaria profectus,

dius, cæcis sub Claudio magicis artibus illustrari: deinde Nerone imperante, multò celebrior factus, inter duos pontes titulum meruit Latinis litteris inscriptum, Simoni Deo sancto. Tanta illius diuinitatis erat opinio, cùm apud multitudinem, tum apud ipsum Neronem stultissimum principem, cui stultis artibus insinuatús pollicebatur, prout Egesippus lib. 3. ait, perpetuam victoriam cursum, longè, præq; vitæ spatia. Postremò hominis temeratas usque eò progressa est, ut Petrum sit in miraculorum certamen prouocare ausus, qui caduer demortui pueri, et Neronis propinqui, magicis conatus artibus suscitare, mouit omnino aliq; id, sed mox illud, ut antea, exanime iacuit, quod Petrus Christi nomine, ut vi sua surgeret, efficit. Quo miraculi euentu magus irritatus, professus est se Romano spectante populo, ex Capitolio in Auentinum præpetere volatu euasurum, si Petrus sequeretur, ut id factum faciliè declararet, vter Deo esset charior. Iam Simo à terra sublimis uehebatur, cùm Petrus supplex est Deum precatus, ne populum in peius omnia vertentem magicis capi prestigijs sineret. Nec preces frustra missa: meo enim magus conatu ad terram ruens, fracto crure, solo affigitur, ac breui post ex eo casu est Aricia extinctus, quò post acceptam plagam fuerat à suis delatus: auctor est idem Egesippus. Sic malum ingenium male periit, quod non vnus hæreseos arigo fuit et caput. Hinc Simoniaci hæretici dicti, qui spiritus sancti dona

dona venalia habuerunt, quique affirmabant humana natura vim non à Deo esse, sed ex superna quadam virtute provenire. Ita vitio nomen inditum, quod Christus prohibuit, aien: Gratis accepistis, gratis date. Itè Petrus vetuit, cum Simoni dixit, Pecunia tua tecum sit in perditionem: id quod lib. Regum 4. legimus Giesi Heli (si puero contigisse, qui cum furim munerà à Naaman Syro, quem propheta à lepra sanarat, accepisset, illicd est ore & toto corpore eadem affectus lepra. Quot, quae se, ~~quod~~ egroti fierent, si quoties simoniam committerent. Gieziana corripere tur elephantia? Non inferitur poena corpori, nec purgatio peccati per corporis supplicium constat, sed per ignominiam, quando quisquis res sacras, quae dona Dei sunt, quoniam ut dicitur Urbanus ait, à Deo hominibus, & ab hominibus Deo donantur, nundinatus fuerit, emerit, aut in his partibus proxenetam se praeberit, priuatur sacerdotio, dignitate, ac praefectura deicitur, infamis habetur, multisque aliis afficitur probis, quae lib. Decret. epist. 5. late recensentur. Tanti criminis sola est auaritia parens.

Quando primùm haereses atque schismata orta, ac in his Lutherana secta, & quae eorum auctoribus sit poena constituta.

## Cap. III.

**N**ulla unquam respublica, nulla ciuitas ita cõcors fuit, quin ciues una vel altera de causa

causa, in diuersa interdum abiuerint studia: quod omnibus praesertim historias non ignorantibus, notius est, quam ut exponi debent. Hinc igitur factiones orta, quae in varias ierunt sectas quas Graeci haereses ab eligendo vocant, quod quisque eligat, quae sequatur vita instituta, ut fuerunt philosophorum secta. Sic Iudaeorum populus, quannus eandem amplecteretur legem, in varias diuisus fuit sectas, hoc est, haereses, Pharisaeos, Essenos, Sadducaos, Samaritanos, Nazarenos, Herodianos. Paulus ipse apostolus Pharisaeica fuerat haereses. Sic populus, quaque Christianus, ut supra enarrauimus, in plures diuiditur sectas. Ceterum cum nos Dei apostolos habeamus religionis auctores, qui nihil quicquam suo arbitrio, quod introducerent, elegerunt optauerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter gentibus tradiderunt: hinc factum, ut nobis nihil pro nostro iure eligere vel introducere licuerit, & vocabulum haeresis impium inhonestumque, haberi coeperit. Ab hoc Theologi nostri haeticum vocant eum Christianum, qui sectam aliquam vel instituit, vel sequitur, aduersus fundamenta religionis. Huius nefaria impietatis, hoc est, omnis haeresis caput & principium teste Tertul. lib. de Haeresibus, Simo magus fuisse fertur, qui accepto simulate baptismo, primus omnium Christianam religionem modis omnibus labefactare conatus est, à quo eius sequaces Simoniaci dicti, ut proxime docuimus ~~genuerunt~~ san-



Et spiritus venundari volebant, & naturam nostram non à Deo, sed ex superna quadam vi esse predicabant. Ita Simon statim ab initio, virus tabificum in medium vomit, quò radices crescentis religionis enecaret. Cui malo apostoli repugnare magis, quàm illud extirpare potuerunt, quò semper essent pseudopropheta, à quibus sicut Sertator admonet, cauereamus, quippe qui veniunt ad nos in vestimentis ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Itaque Simoni, auctore eodem Tertull. Menander patria etiam Samaritanus successit: is magica arte nequaquam magistro inferior, maiora passim patrabat portenta, seipsum servatorem iactans, ad salutem hominum à caelo descendisse assererat, nec quengquam posse demones malos vincere, nisi foret ab se magicis armatus disciplinis, ac per baptisma ab se quoque datum, immortalis atque aeternus effectus. Ita immortalitatem homo mortalis dementer sectatoribus suis pollicebatur. Est per idem tempus & Nicolaianorum exorta haeresis, cuius auctore ferunt Nicolaum aduenam Antiocheni unum ex septem diaconis ab apostolis cum Stephano factis, quòd is, prout perhibet Clemens Alexandrinus, zelotypia egritudine laborans, & reprehensus ab apostolis, produxisset uxorem forma excellentem in mediū, reliquissetq; illam habendam, qui eam concupisceret: & inde ortū, ut isti arbitrarentur, fas esse, communes habere uxores, cum vetera Nicolai nonnisi simile uagantē cogitasset

gitasset, vir pius & bonus qui apostolorum dicto audis, ideo uxora in medium dixisse videtur, ut per id arqueret uenera voluptate magis conuenendam quàm expectanda esse, id quod sentit Eusebius qui dicit Nicolaianos ut impudentes, non aliunde, nisi à suis libidibus foedum vite institutum accepisse. Iisdē quoq; temporibus Corinthus aliquid etiā sceleris ausus, circuncisionem seruanda, & homines mille annos post resurrectionē, in voluptate carnis futuros predicabat. Hunc Eusebius ait, Epheum esse aliquādo & profectū & fortē in balneas introisse, ac eodem temporis p̄ciō apostolū Ioannē eò se se lauandi gratia contulisse, & cum audiuisset Corinthū intus esse, discessisse continuo diuitianem, Fugiamus hinc, ne balnea ipsa corruant, in quibus Corinthus lauatur ueritatis inimicus: manifesto argumento hereticos ut humana vita exitiales esse uitādos, sicuti Apostolus etiam iubet. Erupit vel id tēporis Hebionis haeresis, Christū asserentis ante matrē nō fuisse: quā Ioannes ut infringeret, postremus omnium ad euangelicam historiam aggressus dicitur, qui asserturus diuinam Christi naturam, est alifsonum illud exorsus, In principio erat uerbum. Per idem quoque temporis aliquot alij extitere uiri docti, qui de re Christiana non tam subtilius quàm malitiosius exquirentes, facili in errorem deducti sunt, & in primis Basilides Cerdo, qui assererat duo fuisse principia contraria: & eius discipulus Marcion Stoicus, qui negabat Christi

patrem fuisse Deum, Valentinianus, Platonicus philosophus, is aiebat Christum nihil accepisse ex virginie corpore, quod per illud tanquam per fistulam purus transisset. Montanus, qui se paracletum vocitabat. Appelles, is tradebat Christum per phantasias Deum visum esse hominibus, Sabellius qui unam duntaxat patris & filij & spiritus sancti personam esse dicebat, & Paulus Samosatenus, is duas in Christo naturas negans, affirmabat illum à matre tantum originem duxisse, ac eam post Christum natum, è Ioseph viro suo alios genuisse filios. Atq; hac hæresium origo. Qui nempe furor diu baccatus, tot & magnos quidem viros in diram subinde rabiem egit, ut eiusmodi impietatis veneno infecti, alij alia introduxerint sectas, totq; eas refererint erroribus, ut penè plus in illis ex mentibus hominum eximendis sit ad extremum laboratum, quam principio fuerit in iaciendo religionis fundamento insudatum. Ab eiusmodi singularibus priuatorum hominum opinionibus, quas hæreses dicimus, itum est ad publica dissidia, qua graua voce schismata nuncupantur. Hæc dua germana pestes, dua dira contagiones ita ab initio concordiam sacerdotum diiunxerunt, ut deinde ambitione crescente, diu conflictatum sit. Eius dissidij primus omnium auctor fuisse traditur Nouatus Rom. presbyter: is enim episcopatus adipiscendi avidus nihil pensi habebat, quomodo optati compos fieret, qui aliud corde dissimulans, aliud ore simulans.

lans, dolosis versutisque consilijs nonnullos optimos sacerdotes seductos sibi copulauit, quorum suffragijs inuaretur. Verum illi, ut apud Cyprianum & Eusebium est, ubi cognouerant hominis ambitionem, se ab eo seiuuixerunt: at quot sui similes sibi sociauit, facile in fide retinuit. Eo itaque amittente, Nouatianus homo gloria cupidus, pontifex factus, omnes sui dogmatis sectatores, mundos appellauit. Negabant y apostatas, etiam si pœnituisset, esse recipiendos, velut parum liquido documento demonstrasset Christus, à pœnitentia nulli negandam esse veniam, qui Petrum à quo ter fuerat abnegatus, in integrum restituit. Apostatas autem appellant eos, qui à priori vite instituto abscedunt. Sed Cornelius pontifex habita in vrbe Roma antisistum synodo, Nouatianum hæreticum pronuntiauit, damnuumque una cum Nouato, ac reliquis eiusdem sectæ socijs. Ita Nouatus circiter annum salutis CCLV. primi schismatis auctor fuit, Cypriano vel testificante, qui epistola 8. lib. 2. ad Cornelium ad hunc modum scribit. Nouatus rerum nouarum semper cupidus auaritia inexplebilis, rapacitate furibundus, arrogancia & superbo tumore inflatus, semper istic episcopis male cognitus, curiosus semper, ut perdat, ad hoc adlatur, ut fallat, nunquam fidelis, ut diligit, fax & ignis, ad conflanda seditionis incædia: turbo & tempestas, ad faciendam naufragia: tranquillitatis aduersarius, pacis inimicus. Idem est Nouatus, qui apud

nos primū discordiā & schismatis incendiū se-  
 manavit. &c. Oſtegeſimonano dein poſt anno, eſt  
 alterū ſchiſma ortū, quod ſacerdotale ordinē ma-  
 ximē afflixit. Arrius enim preſbyter Alexandri-  
 nus, princeps Cōſtāntino Magno ſectā fuit auctōr,  
 qua ab æterna Dei patris ſubſtantia, quem vo-  
 cant filii conabatur ſeparare: cuius ſentētia eſt  
 in concilio Niceno eſt expoſa, attamen duravit  
 per diu poſtea contagio: nā latius opinione omniū  
 hominum, malum hoc diſſeminatum eſt: manavit  
 enim per bonam orbis partē, & non obſcurē ſer-  
 pens multas prouincias occupauit. Tertium de in-  
 do ſecutum eſt ſchiſma, cum Damasus factus eſt  
 pontifex: non enim ſuffragijs tantum eſt certa-  
 rum, ſed vi quoq; & armis. Et hæc ſectā pontificū  
 contentio in hodiernum uſq; diem hoc latius pro-  
 ſerpiſſi, quod honorum ambitio in dies magis ma-  
 giſque ſacerdotes inuaſerat. Quartum poſtre-  
 midū religionis diſſidiam noſtra ætas, nouitate  
 rerum nimis ſolicita, cum Leo x. Rom. pōtifex il-  
 lo ipſo anno, qui fuit humane ſalutis M. D. xvii.  
 haberet etiam in Germania procuratores indul-  
 gentiarum quas uocant, & illi ſua quaq; uilim-  
 niſſiſſimā predicarent eas indulgentias nō ſolum  
 ualere ad ſalutem uinorum, uerum etiā ad ſub-  
 leuandas mortuorum animas, qua in purgatorio,  
 quod dicitur, eſſent. Tum Wuitemberga in oppi-  
 do Saxoniā celebri, præſtō fuit quidam Marti-  
 nus cognomento Lutherus, Auguſtiniſimus mo-  
 nachus, homo in theologia apud ſuam gentem  
 prima

primarius qui illud improbarit. Procuratores  
 eare ualde commoſi primo quoque tempore Ro-  
 mam ad magiſtratus deferunt nomine Lutheri  
 is continuo ut doctum contemptor accuſatur, ſi-  
 tatur, cauſa agitur, ſed quia ad diem dictā non  
 adſuit Roma præſens, ut reſponderet, paulo poſt  
 declaratur hæreticus. Verum quoniam ei ſmo-  
 di indulgentiarum quaſtus iam in odia homi-  
 num eum procuratoribus incurrerant, permulti  
 magi uiri Martino proxiuus adiumento fue-  
 runt, & in his Fridericus Saxoniæ dux, qui Lu-  
 therum conſilio, auctōritate, armis denique te-  
 geret, ne uſa eum uis attingere poſſet. Lutherus  
 igitur tali præſidio munitus, paucis poſt menſibus  
 non dubitauit ire Auguſtam quod Thomas Craie-  
 tanus Cardinalis S. Sixti, monachus Dominica-  
 nus eius turba reprimenda gratia à Leone le-  
 gatus fuerat. Ibi cum Thoma acriter conſicta-  
 tur, de indulgentijs, de pontificis Rom. poteſtate  
 diſputat: ſed ueritus ne Cardinalis ad extre-  
 mum rem omnem magis imperio quā diſcepta-  
 tione definiret, idque ſibi timens, domum redijt,  
 ac tum fauentibus amicis, maiora auſus, de om-  
 nibus denique religionis myſterijs ſcribere, ſua-  
 que ſcripta foras dare cepit. Ita licentia parua  
 loquendi, ſectā breui tempore mirabiliter creuit,  
 que euangelica dicta eſt, eō quod à haud uſa aſſe-  
 uerit recipiendā eſſe legem, qua ad animarum  
 ſalutem pertineat, niſi quam Chriſtus aut Apo-  
 ſtoli dediffent: primumq; eo anno M. D. xix. ſunt  
 R 7 4 ueſti

vestigium in terris posuit, mansurum, ut videtur quoad Christus ipse populum suum culpa rectorum ita in duas sectas seivictum rursus coiecit à quo istuc optimus quisque maxime petere precari que debes, ut ne maior in idem fiat religionis labes. Pœnam autem qua hæresium auctores sequeretur, primum Apostolus constituit: ad Titum ita scribens: Sectarum auctorem hominē post unam & alteram admonitionem fuge, sciēs quod euerfus sit, qui eiusmodi est, & peccat per se damnatus. Deinde Chrysostr. homil. 47. in cap. 13. Matth. ubi de xizanijs fit sermo, alteram ponit, cum inquit: Non prohibet Dominus conciliabula hæreticorū dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi concidere, verū interficere ac trucidare. Dein anno salutis humanae CCC. XXIII. Nicæna synodus, teste Platina, in Syluestri Rom. pontif. vita, aliā pœnam Arrio constituit, qui cū sua cohorte in exilium ire coactus est. Posthac circiter annum salutis CCC. LXXXVIII. Theodosius & Valentinianus Imperatores multandos decreuerūt hæreticos damnis, ignominijs, verbis, exilijs & morte, quemadmodum extat in Codice iuris ciuilib. le. Arriani, ubi lege sancitum est, ut istuc maleficium hominum genus ultimo afficeretur supplicio. Hoc edictum Hostiensis in sua Summa super titulis Decretalium explicans ait: Et licet in hæresi lex imponat pœnam ultimi supplicij, quod vltimum supplicium alia lex, ff. de pœnis, interpretatur mortem: de consuetudine

dine tamen tales cremantur. Idem Abbas post Hostiensem super illud cap. ad abolendam extrā de hæreticis, sentit scribens: Sed ius ciuile punit hæreticum capitali pœna seu pœna mortis, ut l. Arriani. Cod. de hæreticis, conuincta. le. vltimum supplicium. ff. de pœnis: & hanc pœnam esse debitam interpretatur consuetudo. Conuenit ergo in hoc lex canonica, ciuilib, & consuetudinaria, ut communiter puniatur pœna ignis. Postremò anno salutis circiter M. C. L. XX. Federicus I. Rom. Imperator legem de comburendis hæreticis tulit, velut in quadam eius constitutione patet, cuius initium est. Ut commissi. Ex quo factum est, ut per idem tempus Lucius I I I. Rom. pontifex statuerit hæreticum hominem sacris initiatum primò desecrandum: mox verò tradendum locorū magistratibus, quò igni necaretur, vti eodem cap. ad abolendā extat. Atq; hoc equidē ex Moysis institutis acceptū satis liquet, qui primus omnium doctores impios & pestifera doctrina magistros morte mactādos constituerat, cum ita de ea re in Deu. c. 13. sanxisset. Si surrexerit in medio tui propheta, & dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba propheta illius, quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palām fiat, vtrum diligatis eum, an non. Propheta autem ille interficietur, quia locutus est, ut vos auerteret à Domino Deo vestro. Et addit: Si tibi idem voluerit persuadere frater tuus, aut filius tuus, vel filia,

siue vxor, aut amicus, non acquiescas ei, nec audias, sed statim interficias: sit primum manus tua super eum & post omnis populus mittat manū, & sic lapidibus obrutus necabitur. Si audieris in vna urbium tuarum dicentes aliquos, Egredi sunt filij Belial de medio tui, & auerterūt habitatores urbis tuae, quare diligenter, & rei veritate perspecta si inueneris certū esse quod dicitur, statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij & delebis eam. Quicquid etiam suppellectilis fuerit, cōgregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendens. Hinc igitur haereticos morte afficiendi, ac postremò viuos cremandi ritum mansisse certò propemodum scire licet. Atqui eò redeat, unde aberrauit, iam oratio. Is autem sanandis animorum morbis, nullū efficacius inuentum est remedium, quàm sapius habere concilia, in quibus singulorum patefacta sacerdotum pariter ac prophatarum hominum vita, antistites ut peritissimi medici maturè possent mederi ex aduersa valetudine laborantibus. Hinc igitur ad illud tam salutare medicamentum explicandum, iam stylus se commodum transferat.

Quo primam tempore pontificum concilia publicè haberi cōperint, atque quorum conuentuum decreta à patribus recepta sint.

### Cap. v.

Potius

Vetus fuit mos, tam apud Hebraeos, quàm apud alias gentes habere cōcilia, & in iis de liberare de rebus agendis: sic constat Mosen & Iosue, teste Iosepho, saepe facto populi cōuentu cōstituisse agere: sic Aegyptios ac Persas, ut auctor est Herodotus, iidem factitasse: sic Apostolos in vnum conuenisse locum, cū Matthiam in numerum vndecim cooptarunt, cū septem diaconos elegerunt, cū auctoritate Petri & Iacobi decretum est, ne gentes onerarentur lege Moisaica, sed tantum abstinerent se esca suffocati animarū, item sanguinis & carniū simulacris immolatatarum, ac ne stuprum facerent. Nam tum ipsorū tam apostolorum quam presbyterorum synodus coacta est, teste Luca in Actis capit. 15. ita scribente: Surrexerunt autem quidam de factione Pharisaeorum, qui crediderant, dicentes quid oporteret circūcidere eos, ac precipere, ut seruarent legē Moisi: conueneruntq; apostoli ac presbyteri, ut dispicerent de hoc negotio. Hinc natus esse videtur consuetudo habendi consilij. Cornelius, quod satis liquet, primus omnium in vrbe Roma, sexaginta episcoporum, totidem presbyterorum ac cōplurium diaconorum conuentum fecit, in quo, vti supra prodidimus, Nouatiana est haeresis damnata. Meminit & Cyprianus, per idem tempus episcoporum conuentū Carthagine esse actū. Legimus prater ea apud Eusebium patres bis, hoc est, semel Dionysio, deinde Felice sedēte, cōuenisse Antiochiam contra Paulum Samosatenum eius

citus

ciuitatis episcopum, atq; illum demum damnasse. Is enim Paulus vir intolerabili superbia, simul- atque est episcopatum adeptus, cepit inter viam pre insolentia literas relegere, & dictare, multis conscripto agmine precedentibus, ac subsequen- tibus: unde propter hominis arrogantiam, ple- rique Christianam religionem detestabantur. *Ab hoc Paulo opinor nostros pontifices pomparii ordinem, quem nunc ducunt, accepisse.* Paulus de- mum qui duas in Christo naturas negabat, sed tantum hominem affirmabat, idque ab aposto- lis olim traditum falso dictabat, in eo concilio criminis cõuictus damnatur. Sed tunc cum prin- cipes Romani, quorum imperio regebatur orbis, passim in Christianum nomen saurent, illa non tam publica quàm priuata concilia fuisse, cre- dere par est: at ubi Constantinus religionem no- stram, ita volente Deo, est complexus, tum deni- que nostris de Christiana rei summa agitare pu- blicè licuit. Ex quo Nicenus frequens conuentus Constantino imperante habitus, & primus & celeberrimus omnium merito cõsetur, velut cer- tum religionis firmamentum. Pari quoque ha- bentur honore & quinque alij in terra Græcia facti, quorum quatuor dogmata, teste Gratiano dist. 15. velut quatuor euangelia recepta sunt. Primus itaque conuentus ad Niceam Bithynia urbem opera Constantini est actus, ubi CCC. XVIII. interfuere episcopi, in quo Arrius, cuius paulò antè meminimus, damnatur hæreses. Fuit

hic

hic annus salutis CCC. XXI. III. quo quidem tempore Syluester I. apostolicam tenebat sedem. Constantinopolitanus alter ab eo quem primum dicunt, Damaso pontifice. In hoc res acta est con- tra Macedonium & Eudoxium, negantes Deum esse spiritum sanctum. Tertius Ephesinus, Cele- stino primo Romanam sedem tenente, in quo Ne- storius Constantinopolitanus episcopus damna- tus, qui Mariam hominis, non Dei matrem fuis- se aiebat, quique aliam personam carnis dicebat, aliam diuinitatis, Chalcedonius quartus, Leone primo pontifice. Eutychnus error est in eo dis- cussus. Fuit eutychnus Constantinopolitanus ab- bas, qui assererat Christum post humanam as- sumptionem non ex duabus naturis consistisse, sed sola diuina fuisse contentum. Hac sunt qua- tuor illa sacrosancta concilia, unde religio au- ctior augustiorq; facta est, quæ D. Gregorius ad- mittenda censuit, ita memorans: Sicut sancti e- uangelij quatuor libros, sic quatuor concilia sus- cipere & venerari me fateor, hac tota mente complector, integerrima approbatione custodio, quia in iis, velut in quadrato lapide, sanctæ fi- dei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ com- munitatis atque actionis norma consistit. Quintus conuentus est Byzantij iussu Vigiliij pontificis ha- bitus, quo Theodorus oppugnatur. Aiebat im- pius Theodorus, diuã virginem solū hominē pe- perisse, nõ Deū & hominē, estq; in ea synodo de- cretū, ut Christi mater ueritas, id est, Deum pa- riens

riens diceretur. Hanc quoque, teste Gratiano, D. Gregorius pari veneratione recepit. Sextum Constantinus III. Imperator Agathonis iussu, conuentū ducentorum episcoporum & eo amplius, Bizantij quoque faciendum curauit, quo Macharius Antiochenus damnatur. Et tūc Hadrianus I. cum omnibus canonibus suis, vt 10. dist. patet, vltro recepit. De hac sexta synodo Beda icidē abundē meminit in eo libello, quem de temporibus scriptum reliquit. Præterea alia alibi deinde concilia habita sunt, quæ in canonicis decretis à Gratiano diligenter ponuntur. Item vt nullum conuentū induci, nullumque à quibusvis actum haberi ratum liceret sine Romani pontificis auctoritate Marcellus primus omnium sanxit, deinde Iulius & Damasus, & Greg. illud idē statuere. ~~Utrum~~ vs decretum illud frugiferum quorundam religioni fuit, quando eo demum modo heretici ubique extirpati, eorumq; conuenticula simul infracta sunt, ita deinceps nihil attulit incommodi, eum per idē iam pendē defitum sit à concilio habendum, in quibus tunc in eoque tractationem pontificis Romano etiam modi negatum non magno opere curante. Quapropter cum iam diu cōperum fore, illud solius Christianæcip, quocumque tempore obfuisse, à Martinus V. summū pontifex creauit in Constantiano conuentu, in qua pestilentissimum vniū pseudopontificum scilicet et seditionum, sicuti apud Platina m scriptum leges, decreuit, vt decimo saltē quog; anno

Rom.

Rom. pontifex, & omnes Christiani principes in vniū locū conuener, de summa rei cōsultari, quod hastenus minimū est seruatum, quāmobrem religio in dies singulos maius procul dubio damnum facit. Fd quog; spectat Niceni conuentus decet eū, quo cautū est, vt episcopi quotannis provinciales synodos hic celebrarent, ad suos, quaternis opus esset, aliterūque mores corrigendos.

Qui ex alienis & externis primi nostros Christianos infectati fuerint, & ibidem qui martyrij primū palmam tulerint: atque vnde dictum, quidue sit martyrium.

## Cap. VI.

PLato in sua republica veritatem in primis cultā voluit, quod eā diis & hominibus dux sit omnium bonorum, cuius qui felix futurus sit, statim ab initio participem esse decet. Veritatis docenda causa Christus in mundum venit dicens: Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Conflavit sibi inuidiam ob hanc rem Seruator apud Iudeos, ita vt ab eis immerito suo sit neci deditus. Sic veritas apud mortales veritatis inimicos, sibi malo ac suis cultoribus pariter bono nō fuit: nā prima à Iudaïs orta est, vt attestatur Euseb. in Christianos persecutio. Cū enim apostoli præceptoris vestigia secuti, nuntiarēt verbosū veritatis, & Petrus ante alios conueneret Iudaos iniquis

iniquitatis, quod Christum tradidissent morti, hortaretur que ad poenitendum, eo furoris inuecti sunt, ut Stephanū diaconum occiderint. Is enim eo fere biennio, quo passus fuerat Christus, cum ijs de re diuina incertamen descendit, qui varijs nominibus dicti sunt, Alexandrini, Cyrenaiici, Cilices, Asiani. Ibi cum plures & docti, ut ipsi videri volebant, vni non resisterent, sed caelesti sapientia qua superne erat instructus iuuenis, obruerentur, cum fremitu & indignatione circumstantabant Stephanū, vixque manus pra nimia ira abstinabant. Interim verò testatus ille se caelestem gloriam intueri, maius adhuc in se odium concitauit: eam enim vocem ut impiam litigatorum abhorrentes factio in illum impetu, urbe eieciunt, eiectum lapidibus obruunt. Sic primum omnium Stephanus Christiana religionis publicus assertor, mortem occubuit. Tum, sicut Lucas ait, erupit persecutio magna aduersus Christianos qui erant Hierosolymis, & omnes dispersi vel potius disseminati sunt per regiones Iudaeae & Samariae praeter apostolos, ut afflictionis occasio quemadmodum D. ait Hieronymus, fieret euangelij seminarium, quando illi id passim predicabant. Cum verò primum Christianum nomen inter gentes audiri coepit, tum ut diuis inuisum insensius illis odio fuit, ut pote quod iam iam praesagiebant reliquas esse religiones soluturum, quod impense auertere conati sunt semper vanorum deorum cultores: nam Athenienses Diagorā philoſophū ex

urbe

urbe sua pepulerūt, eo quod, ut Cicero de Natura deorum tradit, deos negasset, & omnem deorum opem, quod sic animos hominum à religionis cultu auocaret. Iidem Socratem dānarunt, quia nouam religionem introducere visus est, qui per Aristophanem poetam comicū in comedia quam Nebulus inscripsit, falsò culpatus est, quod fabulas coleret, & de Atheniensium religionibus detraheret, ac pubem seduceret. Item ne plura commemorando vnius rei exempla, longius à proposito trahamur, Romani cum duas reperissent in agro Lucij Petilij scribae seu Terētij, ut Varro ni placet, arcae lapideas, quarum in altera corpus Numa regis, in altera libri recondierant, Latini septem de iure pontificū, totidemque Graeci de disciplina sapientia, Latinos, auctore Valerio, magna diligentia seruandos curarunt: graecos quia ex aliqua parte ad soluendam religionem pertinere existimabant, cremarunt. Ita in ipso introitu nouae alicuius religionis obsistere studebant. Vnde Nero princeps maiorum suorum curam sacrorum amulatus, cum audisset Petrū & Paulum in urbe nouū Euangelij dogma predicare, nequamque religionem inducere, indignatus haud multo post, virumque morte affectis, ac indixit persecutionem, qua secunda fuit in Christianos: sequidem primam, ut supra ex Eusebij testimonio ostendimus, insectationem inchoarunt Iudaei. Sunt tamen qui hanc Neronianam primam ponant loco, ut primam Imperatorū iussa

S f. mo.



motam. Et ut Rom. populū homo sceleratissimus concitatorum in nostros redderet, tale facinus comministratur. Cum per cuncta iam crudelia facinra, velut humani generis pestis esset debacchata, ne patria etiā parceret, seu deformitate vitarum adificiorum offensu, siue, uti quidam fert, cupidus Troia ardentis similitudinem cernendi, maiorem vrbis partem incendit. Sex continuis dies ac totidem noctes illud incendium per vrbis adificia sacra & prophana peruasit, ac multum ciuium fortunas assumpsit. Ad leuandam igitur sceleris atrocitatem, omnem cladis illius inuidiā in vera pietatis cultores viros innocētissimos reiecit subornatis qui Christianos eius incendiū adificios falsō criminarentur. Quapropter plurimi illius ordinis arrepti sunt supplicio affecti. Ceterum quā prosul ab omni maleficio nostri Christiani essent, Taciti Cornelij declarant verba, Non perinde, inquit, tam crimine incendiū quā odio humani generis cōiūcti sunt. Et deinde pergit: Aditā pereūtibus ludibria, ut ferarū terroribus contesti, canum laniatu interirēt: aut crucibus affixi, vbi dies defecisset in vsum nocturni luminis vterentur. Tranquillus item delirij pietatis, hostis, ait: Afflicti supplicij Christiani genus hominum superstitionis noua & malefica. Ita principes Rom. ab initio, sicut D. Cyrianus verisimē ait, in odium nostri nominis concitauerunt, ut nos odisse inciperent homines ante quā

uolse

uolse, ne cognitos aut imitari possent, aut damnare nō possent. Nec ita multo post Domitianus terriā in Christianos molitur persecutianem, Traianus, quartam, Marcus Antonius & Lucius Aurelius Commodus quintam, Seuerus Pertinax sextā, septimā deinde mouet Maximinus, octauam Decius, nonam Valerianus, Aurelianus decimā Diocletianus undecimam ab illa prima Iudaica, à Neroniana verd. decimum tenet locum: quem ordinem scriptores nonnulli seruauit. Porro hac omnibus omnino diuturnior immatiorq; est habitata: nā, ut Eusebius tradit & libri sacri excussisunt, & si qua essent sacra ades diruta: præterea si quis Christianus in magistratu fuisset, eo subtrato, remanebat infamis: serui Christiani libertatem consequi non poterant: milites item Christiani cogebantur aut idolis immolare, aut militiam cum vita pariter deponere, editō principis in foro posito. Postremō Maxētius, Licinius, & Maximianus, res vno tempore cum Constantino principes, Christianis maximē infesti fuisse, quibus meritō affectis supplicio, Constantinus solus rerū positus, qui certā & stabilem dedit nostris parem. Inter has autem sauisimorum principum cruentissimas infestationes, non desuere iniquā, qui contemneres iussa atque minas illorum, tradiderint corpora sua propter religionem seruandā ad supplicia, quō merebantur habere coronas perpetuas: nam, ut Apostolus, ait non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Hoc consiliū ex

Sf 2

Chri

Christo seruatore est, dicente: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Idem primum sequentibus se proponit cum inquit: Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Huius spei plenus, ac ut plusquam propheta futurorum nequam nescius Iohannes Baptista, primus veritatis causa, hoc est, quod incestus Herodiadis, cui Lucas tradit, execraretur nuptias, vel quia, sicut Iosepho placet, ex concursu, qui magnus ad eum fiebat, orta esset noui motus suspitio, morte ab Herode affectus est qui iure primitia martyrum dici potest. Veruntamen cum omnia nostra religionis mysteria à passione, quam vocant, Christi, ut tum consummata cœpissent, teste Hieron. aduersus Iouinianum, qui ait: Neque enim euangelium ante crucem Christi est, ideo Stephanus leuita, qui, ut supra diximus, ab ipso statim nascentis euangelij principio primus omnium Christianum nomen publice professus martyrium tulit, est protomartyr habitus. Cyprianus vero realius representans, id Abel iusto tribuit, dicens: Imitemur fratres charissimi, Abel iustum, qui initia vitæ martyrium, dum propter iustitiã primus occiditur. Sed de initio martyrij Christianorum hic agitur, quod quale sit, iam opportune dilucidemus. Maximo enim græcè testimonium dicitur, & apud nos, idem significat, ab effectu, sicut mors vocitatur pallida, quod a qui supplicium religionis causa perferunt, ij testimonium tribuant virtutis.

tatis egregia veraque pietatis, qua Deum colunt, & martyres dicti, qui alijs testimonio sunt, pro Christo esse moriendum, qui suos milites pramio æternæ vitæ donat. At Stephani fortia facta innumerabiles deinde immortales insigniter annulati, ubique gentium ad eodẽ breui tempore, ac tale Christiana rei fundamentum iecerunt, ut liquido liqueat, ex odio aduersariorum plus honoris & dignitatis nostra religioni accessisse, quam ex illorum patrocinio, si fauissent, proficisci potuisset. hoc etenim veluti ciud omnino casurum hominum fauor peperisset illud ut perpetuo duraturum solum Deum per eos, quos ex mortalibus, propter animorum virtutes, immortalitate donauit, proficisci constat. Ita denique insectationes rei publicæ nostræ honore fuisse, quando Christianum nomen quanto magis ab ipsis inimicis depressum, tanto magis illud nobis illustre celebrè quere aditum est.

## De Christianæ reipublicæ præstantia.

## Cap. VII.

Iam supra prodidimus, qua nostra spiritalis reipub. hoc est, nostra religionis prima fuerit instituta, qua usque adeo ad bene beatæque viuendum conducunt, ut nemo non illa ipsa iure possit ac debeat probare, vel Aristippus ipse, qui animam cum corpore interire dicebat, aut Epicurus, etsi negabat Deum curare mortalia: beneficio enim Christiana pietatis cuncti noscimus liberi, quo profectio secundum vitam ipsam, nihil

cuiquam mortali aut oprabilius, aut felicius contingere potest, utpote quod omnes ethnici desiderarunt, semper, hodieq; permulti desiderant populi. Unde verissime ille ait,

Non bene pro toto libertas venditur auro.

At statim nati ex præcepto Servatoris docemur, ut omnia quacunq; volumus ut faciãt nobis homines, sic & nos faciamus illis, atq; diligamus alios sicuti nosipos. Per hac mutua charitatis officia, sunt nobis interdicta homicidia, furtiva, periuria, mendacia, adulteria, supra, ac omnia denique mala, quae ab homine in hominem proficisci possunt. Item ne nos voluptatibus intemperanter immergamus, sunt divina præcepta, quae nostris abunde moderentur animis. Verùm quoniam nihil non parum gratè sine comparatione laudatur, consilium est aliarum quoque gentium mores & instituta summam memorare, quod pra illis nostra sancta esse ostendamus, ac quid ethnico Christianus semper præstiterit, planius faciamus. Apud Scythas, qui cum Aegyptijs de generis vetustate diu certarunt probro dabatur homini nec non occidisse: quare usque à pueris humanae caede gaudentes, captiuos immolabant, sanguinemque eius potabãt, quem primum cepissent: ve sciebantur carnibus de mortuorum parentũ. Sarmaticis virginibus non prius nubere mos fuit, quam hostem peremissent. Nomades mactare seniores parètes, eorumq; carnes crudas comesse solebant. Aegyptiorum femina olim virilia munera

obi

obibant, contra utri muliebria, inuicem genitalia membra honorantes quod per ea instrumens genus conseruaretur humanũ. In Africa quosq; & alij aliter, pecudum ferarumq; ritu, populi vitam degebant, qui plurimũ serpentum carnibus visitantes, bonarum omnium artium expertes erant. Punica femina quæstum vulgato corpore faciebant, dotis comparanda cauila. Asia quam dicunt minorem, unicum semper fuit seminarium vitiorum, repertis cuiusuis generis ad corrupendam vitam mortalium illecebris deliciarum. Quapropter Lacedamonij luxuria contemptores & laboris patientes, diu suorum ciuium oculis, vti Max. Valerius ait, à contemplanda Asia retraxerunt, ne inuitamento eius capti, ad delicatius vita genus prolaberentur. In Gracia consuetudo fuit, ut ijs quibus societate vita honesta peteretur mors, potio venenata ad hoc publicè asseruata daretur. Quod sanè longè importunissimum post homines natos institutum, inde in Galliam translatum Massilienses aliquandiu seruauerunt. Idem Galli consueuere pecunias mutuas dare, quae redderentur dantibus apud inferos, persuasum habentes animos omnino immortales talia commercia inibi habituros, quod illis pecunia opus foret. Hispani olim permixta re domestica feminis, rapinis inferuire & armis fas habebant. Germanis idem fuit studium: materia enim munificentia erat, per bella & sedes, non arare terram, nec expectare annum, sed prouocare.

S f 4 hostes

hostes potius, & vulnera mereri: pigrum nempe & iners videbatur, sudore acquirere, quod posset sanguine parare. Sed & Romani, quanquam continentia amanissimi, nonnulla habuere instituta minus laudabilia: non enim publice solium, verum etiam priuatim nihil agebant, nisi auspicio prius sumpto. Item assiduis spectaculorum illecebris iuuentus è maxime corrumpiebatur: nam cum iungitur agerent fabulas, quarum argumenta maiore ex parte, superiorum continebant actus, iuvenes talia spectando, imitandi licentiam sumebant. Quae praeterea inde per incautum serperent contagia vulgus, audi D. Cyprianum ad Donatum ita scribentem: Adulterium discitur, dum videtur: & lenocinante ad vitia publica auctoritatis malo, quae pudica fortasse ad spectaculum matrona procefferat, de spectaculo reuertitur impudica. Adhuc deinde morum quae labes quae probrorum fomenta, quae alimenta vitiorum ex histrionicis gestibus? Ac id genus per multa gentes instituta turpia ferat, seruabant, quibus longè ab humanitate, mansuetudine, honestate trahebantur, quae pluribus persequi, ut notiora, alienum institutis meis esse duxi. Nihil est item quod de singularum theologia repetamus, cum id in initio operis affatim proditum sit, ne rursum turpem impietatem potius quam theologia doceamus, cum alij elementa, alij solem & lunam, alij animalia, alij denique ipsos mortales homines pro dijs & haberent & colerent.

Sed

Sed Romanorum in primis vana erat religio, qui deos alios ad benefaciendum, ut Iouem Iunonem, Pacem, Concordiam: alios ad nihil nocendum, ut Veionem, Ebreum Robiginem. Male fortunam, colebant: eademque ratione suis imperatoribus, quavis multo sceleratissimis aras sacrabant. Et ijs cuncti mortales obuoluti tenebris, tam turpiter delirabant. At ubi mundo lux vera, hoc est, Christus seruator noster effulsit, quae illuminauit omnem hominem uenturum, ut perhibet Ioannes, in hunc mundum: & in omnem simul terram apostolorum ipsum euangelium dogma praedicantium exiit sonus, ac in fines orbis terrarum uerba illorum, tunc uniuersi inuicem respicientes ueteram religionem ulterò complecti coepere, qui uelut noua planta in latissimum solum translata, sensum syluestrem exuerunt animam, sed in flore suauitatis caelestis induere. Per hunc denique modum cessauit illa ueterum morum feritas, omnis prorsum uita turpitudine, omnis falsa disciplina informatio procul acta, in quorum locum euangelica uita publice recepta sancti & pudici mores passim admissi, laudata uirginitas, coniugalis pudicitia, frugalitas, sobrietas, iustitia, mansuetudo, pietas. Tot pariter bona religio Christiana apportauit, ita ut nemo mortalium omnium iure queat inficiari, quin eius instituta optima sint, atque ad bene castèque uiuendum efficacissima: nam hac non armis sed salutari caelestis doctrina, integerrimamque uita exemplis sola potuit gentium

Sf

5

omni

omniū quamvis barbararū fericitatē duritiāq;  
mollire. Sensit hoc in ipso primordio Tiberius  
Caesar, dicente Tertulliano in Apolog. Tiberius,  
cuius tempore nomen Christianū in seculum in-  
troiuit, annuntiatam sibi ex Syria Palestinaque  
veritatem illius diuinitatis detulit ad senatum,  
cū prerogatiua suffragij sui: senatus quia nō ipse  
probauerat, respuit: Caesar in sententia mansit,  
comminatus periculum accusatoribus Christiana-  
norum. Traianus quoq; eundem sensit, qui certior  
factus à Plinio Secundo Bithyniā id temporis ob-  
tinente, nihil mali Christianis, quotidie ad sup-  
plicium tractis reperiri, iussit ut non inquireren-  
tur, verū oblati punirentur. Insuper Hadria-  
nus de Christo colendo, inter deosque referendo  
cogitauit. Alexander eū in suo larario (ita sacra-  
rium domesticum vocant) depictum habuit, ut  
ait Lampridius. Meminit eiusdē Tacitus in vi-  
ta Neronis, & Ioseph. lib. Antiq. 18. quorum te-  
stimonia facillē declarāt, iam tūm Christum fuisse  
creditum Deum. Ex quo postea cuncta ferē na-  
tiones, etiam barbara, qua olim incultis moribus  
prauisq; institutis nutrita, ac cacodemonū pra-  
estigijs obcæcata, belluino prædè ritu debebant, be-  
neficio Christiana pietatis per baptisma in unum  
paulatim coiuere, in unāque Dei ciuitatem le-  
gibus sanctis, diuinōq; cultu præcellentem sese ad  
vltimum receperūt, iustitiam ceterāsq; virtutes  
certatim colētes. Sed age, iam dicamus & irium-  
phos, quos nostri ex ipsis gentibus reportarunt.

Apo

Apostoli rempublicam Christianam condituri,  
cū cunctis aq; mortalibus sibi consulendū  
putabant, ut sunt diuino Spiritu supernē acce-  
pto communiti, variisq; linguis simul imbuti,  
provincias inter se patiuntur, ut alibi à nobis  
est per appositū declaratum, non utique armis op-  
pugnaturi quenquam, sed summa innocentia mi-  
ra pietate, summa charitate. Itaque alij aliud ter-  
rarum profecti, Thomas Parthos, Matthæus  
Aethiopes, Bartholomæus Indos citiores, An-  
dreas Scythas, Ioannes Asiam, Petrus Pontum,  
Galatiam, Bithyniam & Cappadociam, in suam  
fidem redigunt, docētq; cui regi uiuo ac immor-  
tali perpetuò pareant. Adsciscitur in hanc mili-  
tiam haud multo post Paulus uir Iudaus, cogno-  
mento Tarsensis, quod capta à Romanis patria,  
cū p̄arentibus Tarsum, qua Cilicia est, migrasset.  
Is tā cōcilio bonus, quam Moisaica legis peritus,  
& ex hoste factus religionis amicus, eaq; sola ar-  
matuS, se Damasco mouet, Christi nomen longē  
latēque prædicatione propagans, in Cyprū profi-  
cisitur, ubi post certamē, quod Paphy cum Bar-  
iesu mago habuit, Sergium Paulum in sula pro-  
consulem ad veri Dei cultum duxit. Ex Cypro  
digressus, Antiochia primò, mox Iconij multos  
mortales concionando ad Christianam adiu-  
xit rempublicam. Lystra inde in Lycaonia, cum  
claudum ab infantia sanasset, Lystrenses illi &  
Barnaba eius socio, qui & discipulus Domini  
erat, rem diuinam tanquam duobus diis facere  
uolue

voluerunt: at Paulus dux verbi id fieri inhibuit, dicens se mortales esse non deos, negansq; diuinis honores hominum cuiquam conuenire. Secundū hac, Pifidia & Pamphylia peragrata, Hierosolyma venit, Petri salutandi causa: nec diu inde Hierosolymis fuit, sed cum Sila quem sibi comitē adsciuerat, per Syriam & Ciliciam, Derben venit, & Phrygia, Galatia, ac Misia peragratis, Troadem iter intendit, & Troade inde in Macedoniam, & demum postquā multa omnibus terris circūquaque mirificē egisset, Hierosolyma rediit, ubi Iudeorum iniquitate in vincula coniectus Romam mittitur, quod Petrus iam diu antea venerat, qui Euangelium predicans, primordia nouā cœpit fundare religionis: quod opus ita inchoatum Paulus gnauiter inuit. Sic hi duoinclyti duces in urbe terrarum regina, Christiana reipub. fundamentum iecerunt, sedēmq; locarūt. Et apostoli Domini cum reliquis discipulis, tales ab initio retulere triumphos, triumphos, inquam, longē illis insigniores quos olim Roma suis decernebat ducibus: isti enim hominum cade, illi salute acquisiti. Secuta est inde huiusce gloria ingens mortalitū cupida multitudo, quæ periculorum omnium, ac mortis cōemprix, nullā unquā urbē, nullā gentem est aggressa, quam benefactis suis non expugnarit. Porro hæc erant arma: Induebat pro se quisque lorica m iustitia, portabat scutū fidei, caput obregebatur galea spiritali, muniabantur aures constantia, ne audirent edicta feralia

ralia, erigebantur in cœlum oculi ne conspicerent detestanda simulachra renitebat frons signo crucis aduersus malos demones, pallebant ora ieiuniis contra carnis perulantiam, lingua euangelice doctrinæ mellita dialectine illita, Christum in-trepidē ubique canebat. Signa militaria erant, obuia omnibus humanitas, maxuetudo, patientiæ, laborūque tolerantia. Bellum verò non pro principatu adipiscendo, sed pro religione tuenda, pro rectē viuendi ratione inuenda, vniuersis indicebatur vitis: & præ militia hac, cœmētā alia omnes iuxta spernenda ducebant. Eorum autem militū princeps extitit Stephanus ille protomartyr, cum quibusuis priscorum bellū ducibus comparandus, qui quod premium meruerat, suis patefaciens, Ecce, inquit, video cœlos apertos & filiū hominis stantem à dextris Dei, quod cuncti cœtæ se pleni non refugerent pro nomine Iesu contumeliam ac mortem pati: quod & certatim fecere: statim enim præter apostolos, alij alibi duces ea induere arma, respub. Christiana fines propagandi studio. In Asia Polycarpus Smyrneus antistes, & Ioannis Zebedæi discipulus, unā cum duodecim aliis clarissimis viris, extremum vitæ diem martyrio confecit. Ignatius Antiochenus episcopus ad bestias inde damnatus, complurē quo alij. Roma interim alij principes ob patriam cœlestem sunt vultera passi, Nereus & Achilleus fratres homines Romani, Processus & Martinus milites, quos in carcere Petrus baptizauit.

Nazæ.

Nazarius, Torquatus, & Marcellus, & Apuleius, qui Simonis fuerant Magi affectatores item Linus, Cleus, Clemens, Alexander, Sixtus, Callistus, Urbanus, Fabianus, Cornelius, Sixtus II. pater Rō. & cū is Laurentius leuiss, ac innumera bilis credentium multitudo. Quo ferè tempore in Africa, Cyprianus Carthaginensis episcopus, Imperator longè inuisitissimus, cum ingenti militum Christi numero, per martyrium ad uitæ exitum vocatur. Et alter militia dux Dionysius Alexandrinus antistes pari successu fortiter pugnavit. Ac ab initio post Domini discipulos, tales Christiana respublica sortita est belli duces, longè mercede excellentiores quàm illi quondam fuerint, Curiones, Fabij, Scipiones, Camilli, Alexandri, atque Annibales, quòd hi videlicet vinci poterant, illi non poterant, cū virtus ad præmium caeleste semper prompta. Quid, quod nec minùs ad mortem animi feminis nostris fuit? quarum principes fuere à principio, Flavia Domicilla, Euphrosyna, Theodora, Sabina, Cecilia, Romana puella. Item alibi per id tempus, Apollonia virgo Alexandrina, cum ad rogam iam succensum, in quo cremanda erat, ducta esset, repenti è manibus impiorum proficiens in flammam sese ultrò coniecit, ita ut perterrerentur ipsi quoque crudelitatis auctores, quòd promptior esset ad mortem femina, quàm persecutor ad poenā. Hinc iam desinamus mirari Mutij Scavola dexterā, quam ad ignem torruit, quòd non interemisset Porcenam, cum Apollonia

totum

totum igni dedisset corpus, ut suo incendio hostes etiam ad cognitionem vera pietatis trahèdo perpetuis liberaret flammis. Non tacebimus & Sophronia nobile letum: ista enim Romana matrona à Maxentio per vim oblato stupro, cum suum corpus ab ea labe aliter tueri non posset, sibi manum intulit, Lucretia animi robur amulata. Sed magis pie Dorothea virgo egit, qua in idem discrimen adducta, maluit suū corpus alieno quàm suo cadere ferro, ne tyranni stuprum pateretur. Et sexcenta præterea fuere femina ad huiusmodi decora studio religionis excitata, qua tales in hostes Christiana reipublica gessere animos, non cessè quòd illos offenderent, sed ut suo periculo à miserabili interitu vindicantes, ab impietate ad pietatem repocarent. Fuere itidem viri vnde- cunque consummatissimi, qui partim benignitate temporum in qua inciderant, partim tyrannorum sese remittente in nostros furore, non sensere martyrium, qui propterea quòd in confessione vera religionis perstitissent, confessores sunt dicti, & ij summis virtutibus clari, eam cum primis illustrarunt. Atque ita senatus populique Christianus ex quatuor ab initio constitit hominum ordinibus, ex apostolico, martyrum, confessorum, & virgineo, in quibus summa summarum gloria fuit, ut per dia atque in- dulta facta tam vivi, quàm mortui meruerint clarere miraculis. Ex quo nullum est cuiusvis & virtutis scèdāda, & vitij detestandi fugiendi ve-  
erem

exemplum, quin illud ipsum à nostris quisque queat mutuari amplissimum, quando ab apostolis & martyribus iuxta discimus fidem, iustitiã, sapientiam, fortitudinem, patientiam, constantiam, severitatem, abstinentiam, frugalitatem, paupertatem, ac divitiarum voluptatumq; omnium contemptum: à cõfessoribus, humanitatem, clementiam, amorem coniugalem, fidem servandã, amicitia, liberalitatem, pietatem communiter aduersus omnes: item studium, industriã, elegantiam, cõtãque aqũe bonas artes: à virginitibus verò pudicitiam, modestiam, castitatem, verecundiam. Imò cum vnus istis ferè omnibus ornatus fuerit dotibus, à singulis omnia eductur, velut ab vniuersis generatum commensimus degere omnem aetatem à crudelitate, ira, odio, auaritia, superbiam, inuidentia, perfidia, temeritate, impudentia, luxuria, & libidine vacuam. Palàm igitur est, solum Christianam rempub. ad extremum perfectum viuendi modum in orbem terrarum induxisse. Videant proinde qui ex officio debent cum factis, tum dictis Christianum populum intra hosce vita degenda fines continere, quantum peccati, quantum criminis sit illum agere denique pessimis morum exemplis, vnde laxatis rerum haberis, amnia simul vitia in ciuitatem Dei erumpant, quibus cum perpetuum sit domi bellũ, quo modis omnibus distinemur, mulierumq; rizu altercantes, sinamus religionis hostes multos passim populos resp. adimere

(nostra,

nostra, ac in suam redigere ditionem, ditionem certè illorum mox animas miserabiliter perdituram. Non est tamen ditione diuicantem. Sane Christianus senatus ex doctrina Domini qui, Regnum meum, inquit, non est ex hoc mundo, non querit terrenum, ac caeleste imperium, non hominum opes, sed salutem, in suamq; potestatem cunctos venire mortales, non cogit, verum allucit. Nihil igitur mirũ si interdum aduersus Turcas & Saracenos, duos hoc tẽpore pietatis Christiana truculentos hostes, minus valeamus armis, utpote humanis, cum spiritalibus sit nitendum: quippe si illi adorarentur, nos secundum euangelii dogma vniuersi aliquid verè pietatis siuilla in multis illorum relucere, qui innocentiã, iustitiã, mansuetudine muniti, deberent ante omnes summo amplificanda tuendaq; religionis desiderio ardere: item si sapius sacris religionibus peterentur, essentq; qui eos horretur, haud dubie iam mitiores effecti à nomine Christiano non vsque adeo abhorrent, cum homines sint: & quamvis propositi tenaciores, queant bonis monitis adduci, ut ad veritatem respiciant: nam ea est integritatis vis, ut facile quemuis moueat. Quid enim unquã natura creauit, ne altius rapetamus, crudelius Atila, Humiorum rex, qui tamen Leonis primi pontificis Romani sanctitate victus Romanis pacem reddidit & ex atrocissimo hoste, humanique cruoris appetentissimo, vnus hominis precibus est mitissimus factus:

T t Nec



Nec minus valuit nomen probitatis Benedicti ab-  
 batis apud Totilam Gothorum regem praeferoct.  
 Is enim capta urbe Roma, in Cassinati se illi ob-  
 tulit, ignoto vestitu, ut eius sanctitatem experi-  
 retur, à quo nihilo secius cognitus, quamuis alter  
 in comitatu esset regifice indutus, admonitusque  
 est, ne victoria crudeliter uteretur; ita ut fecit  
 nam dicto obtemperans, ab omni deinceps iniuria  
 consulto abstinuisse dicitur. Diuus item Grego-  
 rius potuit Gothos ipsos iam Arrianos factos bo-  
 nis monitis ab errore reuocare: potuit & An-  
 glos sic mollire, ut deinde sint sua sponte religio-  
 nem complexi: adeo cuncta probitati parent. Ac  
 ad hunc modum nostra spiritualis respublica, hoc  
 est, Christiana religio, ut praestantior reliquis  
 omnes velut humanas dissoluit, dissol-  
 uetque perpetud, si qui eam do-  
 cent, cum primis ritè  
 seruarint.

LIBRI OCTAVI

FINIS.

POLY-



POLYDORVS

VERGILIVS VRBI-

nas Ioanni Rossen-

si Episcopo

S. D.

**D**ominicam precem quoties, opti-  
 me Episcope, recito: (recito au-  
 tem sepius) non possum non  
 alios ignaviae, alios temeritatis  
 condemnare; quod eam velut ieiunam &  
 vulgo communem facile praetermittant, vel  
 forma olim à patribus data minus contem-  
 ti, varios in singulos dies praecandi modos  
 multo post hominum memoriam verbo-  
 siores introducant; ut sacerdotes praeter-  
 nim infinitum psalmodum numerum, ac be-  
 ne multorum diuorum vitas, tamen parum  
 interdum ad fidem scriptas, recitando ne  
 otientur: perinde quasi ita negotiantes mul-  
 tum proficiant, qui saepenumero fessi magis  
 recitandi finem cupere, quam quod legunt,  
 attendere coguntur: quos si tale munus secū-  
 dum Christi praescriptū, breuiloquentes fa-

Et 2


creti

ceret, plus omnino spatij haberent, quod factis literis darent, quas in primis populum docere debent. Et illud quidem facere, quem admodum D. Cyprianus affirmat, non ignorantia solum est, sed etiam culpa, dicente ipso Seruatore: Reiciitis mandatum Dei, vt traditionem vestram statuatis? At & Tertullianus hunc orandi modum legitimum appellat, quem Christus omnibus iuxta dedit, quo pro se quisque posceret à Deo, quod ad humanæ pariter atque diuinæ vitæ rationem pertinere, quem profecto nemo homo satis vnquam planum facere poterit, vt mysterijs quæ in eo insunt cognitis, non sint, qui secus quam Christus docuerit, mandatum iudicent. Igitur cum nuper animi gratia, rursus essem, venit mihi in mentem, eandem dominicam precem interpretari: quod, quamquam iam inde ferme ab initio orti euangelij, D. Cyprianus, deinde Augustinus, ac plerique alij fecerent: tamen cum aliena facilius quam nostra obliuiscamur, ex vltimo meo, id futurum duxi, vt cum ita orarem, mysteria longe equidem sanctissima quæ in ea prece insunt, sua quasi sponte in meam simul influerent animum. Et quia secundum te, optime Rossensis episcopo, non est quisquam, cuius integritatem, grauitatem, probitatem magis miretur, obseruem, colam, quam meum Rossensis, viri cum omnium bonarum

rum artium studijs eruditissimi, tum hominis cunctis cæteris rebus multo ornatissimi, statui hunc nostrum rudicani orij fructum, si quis sit saltem bonis adolescentibus, vt ne mihi cum optimissimis sophistis res vlla in hac parte esset, tuo nomine impertiri. Quod æqui, bonique facias, iterum atque iterum oro, cum alia nulla oratione possim officium erga te meum præstare. Si igitur hoc quicquid est commentarioli, postquam gustaueris, tibi stomachum non mouerit, iam tutò foras dem, licebit. Vale.

Londini, Nohis Nouembris, M. D. XXXIII.

T. 3. POLY



POLYDORI VER  
GILII VRBINATIS  
in Dominicam precem com-  
mentariolum.



Christus Seruator noster apud Mat-  
thaeum capite sexto ait. Tu ve-  
ro cum oras, intra in cubiculum  
tuum. Et clauso ostio ora patrem  
tuum. Hoc ille proponit, quod constat Deum ubi-  
que locorum esse, ut quis fide munitus in ar-  
cano oret, Et id vacuo animo faciat, quod ali-  
bi per hominum strepitum, mentem, qua omnia  
nostra actio regitur, colligere minus queat. Hinc  
cognoscere licet, oportere nos ex animo precari,  
Et precandam non habere in tuumsecus uiuendira-  
tionem quomodo modum faciunt aliqui, qui et  
templum ingressi sunt, singulis diuorum imagi-  
nibus ad pedes iacent, laborant, sudant, ut quod  
magis ab integritate alieni sunt, hoc propiores  
religionis uidentur. In uentis praeinde orandum  
est, hoc est, in id uocari, ad cuius sententiam  
cum uentum, ubi Deus non est, teste Ioan-  
ne, qui apud uisum suam inquit. Quisquis confessus  
fuerit, quod deus est filius Dei, Deus in eo ma-  
net, Et ipse in Deo. Non est ergo, quod aliis  
seorantem pergamus, Dei querendi causa, qui  
ubique nobiscum est: quod nonnulli minus sen-  
tiunt

tiunt, quos voluptatis, non item pietatis gra-  
tia, adeo delectat peregrinatio ut nihil aliis per-  
curant, quod alienum diuini imaginem offant,  
nihil in uisum mentem ad Deum uocantes, qua-  
uia cogendi formam aliam a patribus dicitur, qua  
eiusmodi est.

Diam Deus est, quod imago docet, sed non Deus  
ipsa.

Hanc uideat, sed mente tota, quod cernis in-  
ipsa.

Ast ne plura, quando de imaginum cultu, ante  
libro de uentem rerum sexto, cap. 23, factis super-  
dictum est, ad propositum reuertor. Deinde subi-  
cit: Orantes autem nolite multum loqui. Idem a-  
pud Ioannem, modum precandi docet, cum inquit:  
Spiritus est Deus, Et eos qui adorant eum spiritu  
et ueritate oportet adorare. Si igitur spiritu col-  
endus est Deus, non utique multis cum eodem  
uerbis agendum, nec, ut inquit Cyprianus cla-  
moribus admonendus, quia non uocis, sed cordis  
audior est. Quamobrem fertur Athanasius epi-  
scopus Alexandrinus olim instituisse apud suos  
Alexandrinus, ut sacerdotes sacros hymnos in  
templis recitantes potius more legentium quam  
cantantium, id officij praestarent: cuius forma  
chori bene cum praecepto Christi consentit,  
qua uocem suam non duraret, ut ne in tem-  
plis per symphoniacos cantores faceret, cor mi-  
nus uerba sua non audirentur, aut ne uide-  
rentur in rebus uoceros atque uocem imitari,

quando apud Romanos, teste Lilio ab archie. con-  
dita nos fuit, ut uel tibicines sacrificiū praece-  
nent. Postremo sic, ait, orate.

**P**ater noster) Appellat patrem Deum filij.  
Ita sunt filij, qui baptizati sunt, qui credunt  
Christum esse filium Dei, secundum illud: Quo-  
quor autem receperunt eum, dedit eis potestatem,  
ut filij Dei fierent, qui credunt uenturum tandē  
aliquando tempus, cū aut benefactorum pra-  
mio aut malefactorū poena afficientur. Et proin-  
de decet, ut nos humanarum rerum obliui, ad  
mandata patris exequenda incumbamus; ut ne  
uideamur contra atque est in Euangelio, in ter-  
ris querere patrem.

Qui es in caelis) In caelo eum esse dicimus,  
quem rebus omnibus longē beatissimum puta-  
mus: ita Deo principalem sedem, eo loci habemus,  
quod ab eo salutem expectamus, qui sumus in  
terra, quae scelerum omnium area existit, ubi cum-  
sta calamitate & miseria plena sunt. Quare  
Christus uolens nos conditionis nostrae à primo  
monitos, docuit, ut orando eō animum intende-  
remus, unde summum manaret bonum. Modus  
item loquendi non sine mysterio est; nam cum  
non liceat cuiquam dicere, Pater mi, sed noster,  
& humilis aequē ut potens Deum uoces patrem,  
item nos per id fatentes unum habere patrem, co-  
quimur perinde ac fratres inter nos amare, uicis-  
sim; iuuare, atque cōtemptui habere neminem,  
qui Christo credat, quō sic intelligamus nobis a-  
quabi

quabiliter pro omnibus orandum. Pudeat eum  
igitur, qui alteri nocet, qui alienum & peregrin-  
num odio persequitur, qui quiddā diues, quiddā no-  
bilis sit, in opem fratrem ac minus clarum despi-  
cit, contemnit, conspuat, quod contra suum uen-  
niat testimonium; fratribus maleficium inferen-  
do ac inter eos concordiam disiungendo. Vocamus  
in super Deum patrem, ut secundum illud primiti  
diuinae legis praeceptum, Unum cole Deum:  
& quartum, Venerare parentes, ei omni tem-  
pore honorem habeamus, sicut filij debent obser-  
uare parentes. O improbos bene multos, qui im-  
memores officij, tantum abest, ut Deum uenerē-  
tur, ut etiam parum ita commoti, in eum male-  
dicta impudenter nefarieque conferant.

Sanctificetur nomen tuum) Longē equidem  
sanctissimum est nomen Dei, ac ob id nihil est,  
quod optemus per nos sanctum fieri: sed cum Dei  
nomine baptismatis aqua à principio purgati si-  
mus, & inde duce natura quae infirma est, facildē  
delictis turpemur; sancta purgatione quotidie  
indigemus, ac idcirca ut puri continenter effici-  
mur, necesse habemus & inuocare, & colere Dei  
nomen ut sanctum fiat in nobis, ut ne illud con-  
trā, quā est secundum praeceptum. Per Dei no-  
mē haud frustra deierato, uiruperemus, ad frau-  
dē, uel dolōsue malitiosē adducamus, quod impij,  
quod scelerasti, quod nefarij homines faciūt. Quia  
quodam uisu uenit, ut ne olitor quidem belu-  
las, id est, herbas minutas, quae in usu cibario  
I 5 sunt

sunt, prius solet vendere, quam semel atq; iterum Deum eiusve diuos testatus fuerit: Sicutum fit itaque nomē Dei apud nos cum illud à peccato vacui (quia non est speciosa laus in ore peccatoris) celebramus, obseruamus, in honore habemus: plus nempe non est, quod Deo prestare possemus vel ille à nobis exigat. Translatio à filiis ducta, quibus cum secundum parentes nihil gratius, nihil iucundius, nihil amabilius sit, quam quod illi honoris accessio fiat, quò eorum nomen perpetuetur, sitq; familia in aeternum ornamento: ita nos qui Christi Seruatoris beneficio mereamur Deum nominare patrem, ut erga eum amorem habere testemur, cupimus eius nomen celebrari, & regnum quamprimū venire, ac malorum demonum potestatem, apud mortales olim permagnam similiter atque perniciosam, sicut nos libro de Rerum inuentoribus 5. cap. 8. demonstrauimus infringi, tolli deleri. Vnde illud:

Adueniat regnū tuum) Duplex est regnum, alterum mundi, cuius principes sunt mali demones (celestis est Christus, apud Ioannem: Nunc princeps huius mundi eicietur foras) in quo nos versamur: alterum Dei, Idē Seruator: Quarite primum regnum Dei. Vsq; eò igitur in regno mundi versamur dū nobis regnū Dei veniat: venit autem seu venire incipit, cum in nobis uiuit, & regnat Deus, quod fit, cum puri & sanctissimi summi boni fruendi acquiescimus. Vnde Apostolus ad Galatas: Vno tamen non iam ego, sed

sed uiuit in me Christus. Ad isthuc nos regnum castè, piè, sanctè uiuendo nitimur: sic officij memores reddimur, ut nobis optimum finem optemus: sic longum tempus cum non erimus, nos mouet, ut iamiam uelimus dissolui, & esse cū Christo sicut Apostolus ad Philippenses scribit. Nimirum non iniuria poscimus à Deo salutem, ad quam incumbimus, iter nostrum in caelum conferentes: nam tum nobis regnum Dei venit, cum rectè uiuimus, cum postremò perpetuam salutem consequimur, secundum illud diuinum oraculum: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab origine mundi. Quod illi munda faciunt, qui gaudent in regno mundi, loco tamen si scopuloso & difficili, diu esse, utpote qui in rebus tantum humanis ad uoluntatem fluentibus asquiescunt, obliui futurum modis omnibus tempus, cum aliò è uita migrabunt. Sed dices. Haud se aliò migraturos rentur, ac idcirco non est regnum aliud, ad quod sibi aspirandum putent. Certè uereor, ut ita sit: si enim aliter sentirent, tempus aliquando esse ducerent, se de illa perpetua, non de hac exigua uita cogitare. Et in hac erroris nauis in primis versantur, qui nullum temporis pūctum à peccato uacuum praterire patiuntur, qui uitam ad extremum respiciant, ut uerè cum alijs precari queant, regnum Dei venire.

Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra.)  
Voluntas Dei eiusmodi est, ut nos eius mandata

curemus, exequamur, conficiamus: & id rogamus, quod nobis qui in regno mundi sumus, & regnum Dei quarimus, perinde facere liceat, ut in cælo fit, ubi voluntate Dei nihil non rectè geritur. Et quamuis ita verba ponantur, ut videamur cupere sic futurum esse, ut in manu Dei sit facere quod ei lubet, perinde quasi sit alter qui speriam qui ei imperet, tamen contrà est: nam cum sit ille opifex rerum & mundi melioris origo petimus, ut nostra voluntas cum eius voluntate coniuncta sit. ~~Hic posset quis non extra tocum argumentari de libera hominis voluntate, quum arbitrium dicitur, cum positur, ut negamus vultu Dei & eius opæ protergamur. Verum ista sententia hac agitur loco, & ideo rursus revertor eodem.~~ Magna in nos accusatio, qui cum petimus, ut nobis liceat omnia ex voluntate Dei facere, tacite fatemur contra eam venire: aliter enim frustra rogamus, Fiat voluntas tua. Atque id præsidium petimus, quia naturalibus affectionibus ducti ~~volumus otium~~ otium magis quàm laborem, satietatem quàm esuriam, voluptates quàm curas cupimus, amamus, amplectimur. Vnde vsu venis, ut nihil apud nos sit factu prope difficilius, quàm ut quis suam se voluntate abdicet: quod fit cum præcepta Dei observandi causa, nos refrænamus libidines, spernimus voluptates, avaritiam coercemus, iracundiam temperamus, cetera æque animi labes repellimus, sobriè, castè, continenter vivendo. Atqui unus aliquis dicit, Quotus quisque

que inveniatur tanta virtute vir præditus, qui ista parvo negotio præstare potuerit? Proinde nos nostra infirmitatis conscij, quorum voluntates ut vehementes, sic crebrò variæ, inconstantes, aduersariae sunt, rogamus Deum ut in hac vita, qua, sicut Iob verissimè ait, militia est, hoc est, plena sollicitudinis, ne nostris affectionibus acti erremus, peccemus, delinquamus, sed nostri actus prope tales sint in terra, quales sunt illorum, quos beatos vocamus, quos in cælo esse credimus. Atque ita per hoc monemur in omnibus rebus agendis, imptorare diuinum numen, quo munitis nobis, partim per malos peccatores, qui semper præstò sunt, ut nocent, partim per impotentiam carnis, qua, teste Apostolo, ad Galatas, cum spiritu semper conflictat, liceat rectè sapere, vitamque spiritualem degere, perinde quasi iam in cælo essemus. Est item vsus, ut dicamus, Fiat voluntas tua, cum negotium aliquod, quod gerimus, Deo commendamus.

Panem nostrum, quotidianum da nobis hodie.) Nunc de alimento corporis agit, quod, ex anima & carne constat: cuius cibi genus triplex est, ac vnum quodque à Deo petendum. Cibus animæ est verbum Dei, de quo Christus, apud Ioannem ait: Ego sum panis vivus qui de cælo descendi. Si quis ederit ex hoc pane, vivet in æternum. ~~Et~~ ~~quis~~ ~~autem~~ ~~panem~~ ~~Christi,~~ ~~quod~~ ~~credimus~~ ~~etiam~~ ~~esse~~ ~~filium~~ ~~Dei.~~ ~~Tade~~ ~~illud:~~ ~~Qui~~ ~~comedit~~ ~~in~~ ~~me,~~ ~~habet~~ ~~vitam~~ ~~æternam.~~ ~~Et~~ ~~hunc~~ ~~panem~~ ~~sacerdotes~~ ~~assumunt.~~

duè concionando, nobis suppeditare debent. Ad  
 dioco. Hæc sic quomodo facientes sat panem  
 possunt cum se in lingua maxima pars in  
 rarum minus sciōt. Et populi numerus infinitus.  
 Ad ista vocat quoque et non minus sed qui in  
 re diligunt ministros, tunc erunt, et in ordine  
 niam ad hunc ~~et in hoc est, ut ne in iugatio~~  
 se assueti in deo in deo in deo. Alter ci-  
 bus, id est, panis noster quotidianus, est eucha-  
 ristia, quam nostri iam inde ab initio, teste Cy-  
 priano quotidie sumere consueverant: Et enim  
 petimus cibum salutarem, quia cū per illum cum  
 Christo coniungamur, qui ait: Qui edit meam  
 carnem et bibit meum sanguinem, in me manet,  
 et ego in illo: ut ne intercedente aliquo delicto,  
 caelesti pane subito priuati, ab eodem, nostro me-  
 rito separemur, id quod accidit illis quibus sacri-  
 ficij interdicitur, hoc est, qui excommunicantur,  
 ut vulgo dicitur. Mos videt apud nostros à prin-  
 cipio fuit, ut mane et ieiunium panem istum super-  
 substantiale essent, ut Hieronymus in Martham  
 legit, licet Seruator vespertī consecrauerit ac di-  
 scipulis iam coenatis dederit, quod Christus ma-  
 ne passus mane resurrexerit: auctores Cyprianus  
 et Tertullianus libro ad uxorem secundo: nam  
 inde teste dno Hiero. aduersus Iovinianum om-  
 nium nostræ religionis mysterium initium ma-  
 nantis. At demum eiusmodi ambrosia, id est, cibo  
 diuino quæ vocat, Apostolus admonet ut quisque  
 postquam se rectè probavit, inuenerit purum ac san-  
 ctum

etum feliciter vescatur. Proinde qui cogit sacra-  
 dere, quotidie in seruo hinc intelligere possunt,  
 se cura Apostoli consilij saxit utam illi impo-  
 nere. Sane hanc seio, qui fieri possit, ut sacerdos  
 hanc non Deus, et ut propheta ait, moratur,  
 quam omnibus hominibus esse, quem admodum  
 esse debet qui diuinam rem facit: ceterū facit  
 quotidie per multum purè, piè, sanctè: at non nemo  
 non item, qui fortasse malum malo addit, ut san-  
 ctior habeatur, ut apud omnes in eolum feratur  
 rumore vulgi qui id longè certissimum esse inno-  
 centia indicium existimat. Tertius verd cibus car-  
 nius est, de quo intelligit Apostolus ad Timo-  
 theum scribens: Habentes alimenta, et quibus  
 tegamur, his contenti simus. Et hunc panem vo-  
 camus, quia omnis victus in pane consistere ex-  
 eo censetur, quod sine eo, nullas ferè alias su-  
 manus escas. O miseram vitam humana condi-  
 tionem, qua aded vobis breuis incertaque est, ut  
 non liceat cuiquam eam sibi diutius momento  
 hora duraturam pro certo habere: quare cibum  
 hodiernum tantum petimus. Sed cum quotidie,  
 imò semper, ut Lucas euangelista ait, oporteat  
 nos orare, per hoc in omnes vitam annos alimen-  
 tum rogamus. Rogamus autem, ut hoc beneficiū  
 Deo acceptū referamus: nā quamuis multo no-  
 stro labore utrumque panem nobis coparare ni-  
 tamur, secundum illud Geneseos, In sudore vul-  
 tus tui, vesceris pane tuo: tamē alterū, id est, spi-  
 rituale gustare, hoc est, Dei intelligentiam ha-  
 bere

bere nequimus, nisi ab ipso imbuamur: quod te, statuer Apostolus ad Corinth. scribens: Oculus nō vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nō ascenderunt, quæ præparauit Deus diligenti bus se. Nobis autem, &c. Caterum panis mentio à Christo facta, videtur esse parabola quæ ille mo re suo usus sit ad sensum enucleatè explicandum, qui eiusmodi est: Pater, rogamus te, qui cœlestis es, ut perinde nobis des panē, id est, animi cibum, ut paterfamilias prouidet alimentum corporis suis filiis: quò sic Christus in hac sanctissima præ catione non videatur esse locutus de panē frum mentaceo, id quod pluribus viris doctis summe probatur. Ac ita quotidie precari nos oportet, cū quotidie necesse habeamus unum & alterum ci bum capessere, & id in primis diebus festis, qui ea de causa constituti sunt, sicut in nostro de Rerum inuentoribus opere planè demonstrant, quò eos precibus ac diuinarum literarū studiis daremus secundum illud tertium præceptam. Sabbata ob seruato. Verum quæta hominum pars dies festos rectè agit, cum nō aliud feruè tempus hodie magis detur omnis generis ludis, choreis, amoribus, compositionibus, aleis, pactionibus, atque nūdi mis? Propterea haud dubiè expedit, ut ita tan dem prouideretur, quò illi aut castius celebratè tur, aut saltè minuerentur, ut ne lasciuia iuuen tuti tantum amplius sbratū esset, sese contra præ ceptum Domini damnosis artibus exercendi, cor rumpendū, & si malum aliter sanari minus posset.

Et

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.) Ecce lex illa natura omnium regina, quæ iubet, ut ne id alteri facias, quod tibi fieri non vis: quæ complectitur reliqua illa quinque præcepta, Hominem ne occi das, Adulterium non committas, Furtum non fe ceris, Nil alienum concupiueris, Ne falsum dixe ris testimoniū. Bone Deus, quale de nobis iudiciū facere quotidie cogimur? Quot mortales ingētes in singulas horas darent pœnas, si quod petunt, maturè consequerentur? Non, inquam, maturè cō sequuntur, quia apud Deum semper est pœniten ti uenia locus, sed suo tempore: & tamen quū ple ctuntur, uelut cæci non uident, non animaduer tunt, non considerant recentem pœnam esse vete rum scelerum: de quibus tam pridem confessi fuis sent, cū sapissimè dixerint, Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus no stris. Hinc igitur monemur primū metiri à no bis veterum iniuriarum memoriam, antequam ita precemur: deinde in pœsterum tempus abstine re manus ab alterius iniuria, ac ab omnibus ma lis, quæ ab homine in hominem proficisci possunt. O legem aquam, quæ nos mutua coniugat chari tate, quæ ut sol in mundo, sic in uitā mort alium cuncta nutrit, auget fouet bona! Appellamus au tem hic debita, cōmissa nostra in Deum, sumptæ metaphora à creditoribus, qui soleant debitæ pœ cunias illis remittere, qui soluendo non sunt: roga musq; ipsum Deum patrem familias, ut ea nobis

V u

fi 6



sic ignoscatur, quem admodum non eius familia filij, alij alijs iniurias condonamus. Proinde Seruati subicit: Si remisitis hominibus peccata sua, remittet & vobis pater vester cœlestis. Si autē nō remisistis, nec pater vester remittet. Ista equidē vera est satis factio, quæ ex cordis adyto proficitur, verāq; delictorum remissio.

Et ne nos inducas in tentationem. } Oramus præterea, ut Deus ne patiatur nos sic tentari, quò superemur: nam sexcenti nos circumsidem hostes, continenter insidias facientes, quorū principes sunt sensus, qui secundū illud Geneleos, Sensus hominis prouidit ad malū, nos assidue sollicitat, per oculos enim ad superbiam, ad auaritiam, ad libidinē rapimur, cū videmus alios præ nobis honoribus, alios opibus multò beatissimos esse, formis siue puellis oculos adiuicimus: per auditionem ad iram prouocamur, cū publico hominum sermone vapulamur: per gustatum ebrietati indulgemus, per tactum, per odoratum, molles ac dissoluti efficiamur. Affectus iremnos diuexant, perturbant, discruciant. Malus quoq; demon præstō ubique est, ut nos ad facinora trahat. Proinde ut ne in hac mala incidamus, diuina ope nobis opus est: nā volente Deo tentemur necesse est, quò sic de nobis periculum fiat, dicente Christo apud Ioannem: Nullam haberes in me potestatem: nisi data tibi esset desuper. Sane id circo tentamur, ut si boni ueniamur, præmium: sin mali, pœnam meritam habeamus. Sed omnis huius clausula vis ad pertinet

tinet, ut nostra imbecillitatis semper memores simus, quò si quid bene agamus, illud. p. um Deo acceptum referamus: si quid malè, nobis assigraemus qui ratione nobis diuinitus data abutamur.

Sed libera nos à malo. ) Conclusio totius nostri negotij apud Deum est, ut nobis in clumitatem præstet, quò in eius tutela acquiescere possimus, ac ita à vitæ animiq; periculis, quæ continenter malorum demonū operatione impendent, ope diuina liberati, tandē salui simus: nā articulus hoc loco positus ἀνά τὸν αὐτοῦ personā diaboli significare videtur, cuius propriū est tētare.

Amen. ) Hebraica vox est Amen, & hoc loco significat Fideliter, siue Verè, & sensus est, Ut ista omnia nos fidei pleni tuo iussu pater orauimus, sic tua fidei bonitate certū habemus rofiri optati fore copotes. Iam satis constat hunc esse modum longè post homines natos perfectissimū precandi, qui quid nobis bono ac deprecandi quicquid malo futurū est. Plus utiq; quàm ista à Deo petere ac precari nequimus.

FINIS.

VU 2 IN

INDEX  
RERVM ET VER-  
BORVM IN HOC O-  
PERE PRÆCIPVE ME-  
morabilem, locupletissimum:  
vbi prior numerus pagi-  
nam, posterior lineam  
ostendit.

A

**A** abolla vestis genus. 213.21  
aron primus 213.21  
omnium inter lu-  
das à Mose fratre  
vinctus atq; conſecra-  
tus fuit. 309.26  
Aaronis filios minori-  
bus ceremonijs quã  
parente, initiatos fuis-  
ſe. 311.23  
abagarus. 340.27  
abares natura bellico-  
ſos fuiſſe. 272.16  
abdemonaples Iſmaëli-  
ta. 597.28  
abel omnium primus pri-  
mogenita ſuorum gre-  
gum Deam molauit.  
212.13 (9  
abel protomartir. 644  
abigail iuramentum.  
356.23

abraham quando ſe  
& Iſmaëlem filium  
ex Agar ancilla, &  
omnes vernas ſuos  
circunciderit. 298.1  
abraham primus li-  
terarum inuentor.  
35.18  
abraham quo tempore  
natus. 107.3  
abrahamum Aegyptij  
aſtrogiam tradidiſ-  
ſe. 69.12  
abſtinentia Chriſtiani  
in cibis capeſſendus  
quum ſolenne eſtic-  
ium, qualis modus  
eſſe debeat. 494.12  
abiſſus. 472.1  
acaſtus funebrium lu-  
do

INDEX

adoru inuentor. 150.30  
accius. 47.14  
achillea herba, ab A-  
chille reperta. 84.6  
acoluthi, ſeu acolythi.  
314.23  
actinus, Solis filius, a-  
ſtrogia auctor. 69.8  
acu veſtes facere, Phry-  
gas excogitaſſet. 222.6  
adam primus omnium,  
animalibus alijsq; re-  
bus nomina impoſuit.  
212.1  
adam primus homo, à  
quo factus. 13.19  
adam primus hominum  
ſibi pelliceam veſte  
fecit. 221.23  
adam primus legis diui-  
nae traſgreſſor. 102.25  
admicula gubernan-  
di nauem Typhys à  
miluo accepit. 264.21  
adulterium Romanos  
& Græcos capite mul-  
taſſe. 170.30  
adulterorum apud A-  
rabes pœna. 20.1  
adyrmachidarum in  
matrimonio mos. 21.3  
adificiorum primi in-  
uentores qui fuerint  
229.1  
Aegyptij aſtrogia au-  
ctores. 69.6  
Aegyptij literarum, aſtro-  
nomia, geometria, &  
aliarum artium inue-  
ntores. 32.12, 74.10  
Aegyptij quomodo diem  
obſeruarint. 128.7  
Aegyptij primos homines  
apud ſenatos perhi-  
bent. 10.25  
Aegyptij deorum genus  
apud ſe primam fuiſ-  
ſe gloriantur. 5.1  
Aegyptij primi omnium  
diſaras, ſimulachra,  
& delubra ſtatuerunt.  
28.29  
Aegyptij cur ſepulchrorum  
magnificencia maxi-  
mam operam impen-  
derint. 139.12  
Aegyptij unde ſimula-  
chrorum uſum acce-  
perint. 163.14  
Aegyptij unde. 17.5  
Vv 3 egypt

I N D E X.

egyptiorum dii. 5.5  
 aegyptiorum de agrotis 71.19  
 ritus vetustus. Si. 18  
 aegyptiorum literæ quæ-  
 les. 248.9  
 aegyptiorum polygamia.  
 19.14  
 aegyptiorum sacerdoti  
 vestitus qualis, & un  
 de fuerit. 327.7  
 aegyptiorum in sepelien-  
 dis mortuis consue-  
 tudo. 230.25  
 aegyptios primos omni  
 annu cõstituisse. 119.12  
 aegyptios Græcos scutum  
 galeamque inuenisse.  
 139.1  
 aegyptios lucerna vsum  
 reperisse. 174.27  
 aegyptios primos omni  
 regium principatum  
 habuisse. 105.6  
 aegyptius à Nili exun-  
 datione quotânus hu-  
 medatur & fœcũda-  
 tur. 73.20  
 anea parentalia in ho-  
 norẽ Anchisæ paren-  
 tis sui facta. 517.20

aclus ventorum ratio-  
 nem reperit. 71.19  
 aoli velis utinam aapi-  
 mũ docuisse. 264.11  
 aëromantia, eiusq; ori-  
 go. 91.7. & 19.  
 as-ubi, & per quem re-  
 pertum. 172.21  
 as Ianus primus omni  
 signavit. 176.15  
 araxia fabrica inuen-  
 tores. 172.19  
 areos nummos quis pri-  
 mus instituerit. 177.26  
 aschylos primus tragœ-  
 dias protulit. 47.10  
 asculapio medicina re-  
 pertor. 78.3. 79.19. 83.4  
 asculapii specula ex fer-  
 ro plũbo, crystallo, vi-  
 tro, mistisq; materiis  
 inuenisse. 178.1  
 athiopes vnde. 175  
 ethiopum quarundam  
 in matrimonio mos.  
 20.24  
 athiopum quorundam  
 in sepeliendis mortuis  
 varia cõsuetudo. 241.  
 27.

athio

I N D E X.

athiopes Macrobios asrorum deus Neptu-  
 mortuos in vitreis se-  
 pulchris condidisse. 5.19  
 241.5  
 athiopes primos deos  
 coluisse. 29.5  
 athiopes Mattheus cõ-  
 uertit. 651.9  
 athiopes primos omni  
 creatos esse vnde cõ-  
 stet. 11.24  
 athiopes simulachrorũ  
 auctores fuisse. 186.12  
 athiopes nunquam ab  
 externis regibus sub-  
 acti. 29.19  
 atolium Martis filium  
 iaculum cum amen.  
 ro reperisse. 139.23  
 atoli lancearum inuen-  
 tores. ead. 22  
 afflictionis occasionem  
 Euangelij feminariũ  
 fieri. 640.22  
 africanus ventus. 72.5 &  
 16  
 africanorum mos. 647.3  
 africanus primus om-  
 nium radi quotidie  
 instituit. 242.28  
 Macrobios asrorum deus Neptu-  
 nus. 5.19  
 pulchris condidisse. 5.19  
 tra Aegyptios praliũ  
 fustibus fecisse. 138.24  
 agathyxis promiscuas  
 uxores & liberos  
 fuisse. 19.18  
 agedi gratias vsum post  
 prandium. cœnã vne,  
 vnde deductus. 501.3  
 Lacedæ-  
 moniorũ rex. 106.4  
 agesilai dictum. 129.24  
 aglaopho pictor. 192.11  
 agnes virgo sacrata.  
 362.23. 585.12.  
 agonalia festa. 502.15  
 agricultura origo &  
 quot ea redundet bo-  
 nis. 191.11  
 agrippam à Caio prin-  
 cipe impetrasse ne suũ  
 simulachrum in tem-  
 plo Hierosolymis eri-  
 geretur. 184.26  
 alabandam Asia regio-  
 nem, crystallum pro-  
 creare. 183.23  
 albanorũ mos in sepe-  
 lien

VV 4

INDEX.

liendus mortuis. 240.15  
 albatiorum festa inicitu  
 atq; exitus. 590.7  
 albertus Hierosolymi-  
 tanus antistes. 576.15  
 alcamenes IX. Laceda-  
 moniorum rex. & ul-  
 timus. 106.5  
 alcantaria oppidum re-  
 gni Castella. 588.27  
 alcoranus. 600.21  
 alea, tesserarumq; ludus  
 & pila à quibus in-  
 uentus. 151.8  
 aleatorias artes Lydos  
 non tam voluptatis  
 quam cōpēdij gratia  
 excogitasse. 151.16  
 Alexamenus Scyreus  
 Teius uedialogorū se-  
 cundum Aristotele,  
 auctor. 68.5  
 alexander ubi Christi  
 depictum habuerit.  
 650.16  
 alexander Imp. volu-  
 ptatis gratia auuaria  
 Romæ habuit. 217.22  
 alexander magnus cur  
 suos barbā radere iuf-

serit. 217.22  
 alexāder martyr. 654.3  
 alexander I. Rom. pon-  
 tifex. cur aquam lu-  
 stralem consecrari.  
 428.27  
 alexāder VI. nouū scri-  
 ptorum breuiū colle-  
 giū. num. 80. primus  
 omniū Roma funda-  
 uit. 619.15. idemq; nō  
 modo Roma, sed etiā  
 in alijs prouincijs in-  
 bileū stationesq; in-  
 stituit. 613.20  
 alexander VII. pōtifex  
 primus aquam uino  
 miscuit. 444.14  
 alexandri I. decretum.  
 455.28  
 alexandri III. decretum  
 pium. 512.3  
 alexandri de coniugio  
 decretum. 407.10  
 alexādrī Rom. Imp. di-  
 ctum. 234.20  
 alexandri Imp. integri-  
 tas. 619.24  
 alexandri dictū. 271.28  
 alexādrum nauem 12

INDEX.

ordinum instituisse. inuentor. 93.19  
 264.1  
 alexandria in Aegypto  
 unde, & quando ex-  
 tructa. 133.2 134.3  
 alimenta ex arboribus  
 quis primus hominib.  
 mōstrauerit. 222.26  
 alleluia. 459.30  
 almericus Antiochenus  
 episcopus. 565.30  
 altaria in templis cur  
 in Oriētē uersus uer  
 gant. 433.2  
 altarium origo. 414.27  
 alui purgationis auctor.  
 78.6  
 alyattes Lydorū rex in  
 bello aduersus Milesios  
 fiducias habuit. 65.8  
 amata cur Vestales di-  
 cta. 369.3  
 ambrosij de circumcisio-  
 ne locus. 300.27  
 amen uox quid signifi-  
 cet. 462.8. 675.19  
 amiculum nigellum an-  
 thracum dictū ef-  
 se. 515.12  
 amphiaraus ignificij

amphion ex Antiope.  
 musica repertor. 56.1  
 amphitheatrū quid. &  
 cur arena spargi soli-  
 tum. 255.1. 256.5  
 anacleti edictum. 445.  
 26  
 anacleti v. pontificis de-  
 creta. 332.9  
 anacharsis Scythæ in-  
 uenta. 174.26. 192.25  
 anachoretica uita quis  
 prima fundumēta ie-  
 cerit. 557.28  
 anaitis Armeniorum  
 deus. 5.25  
 anastasijs institutū. 332.  
 39. 448.17  
 anaxagora de Deo opi-  
 mio. 3.28. item de dijs.  
 5.4  
 anaxagoram primum  
 luna defectum mon-  
 strasse. 70.30  
 anaximander sphaera  
 repertor. 71.15  
 anaximādrī Milesij de  
 hominum ortu opinio.  
 12.5

I N D E X.

anaximenes aera prin- anglos & Scythas pri-  
cipium posuit. 8.24  
anaximenes de Deo opi- mospellibus usus fuis-  
se. 224.8  
nio. 3.21 anima ex morbo agen-  
tes, cur oleo hodie un-  
cedamoni inuētum. gantur. 393.27  
126.7 animarū dignitas. 2.19  
anchoram Tyrrenos animalia carcere coer-  
perisse. 264.11 ceri, unde coeptum sit.  
ancile quid sit. 370.26 217.24  
ancus cur primus om- animalia herbas ac ve-  
nium carcerē Roma- media nonnulla homi-  
nibus commonstrasse. nibus commonstrasse.  
118.20  
andabata. 6.24 84.11  
andreas Scythas in suā animalia quam le-  
fidem redegit. 651.11 gionū Romanarū insi-  
andrea Scythiam sorte gnia fuerint. 218.12  
obtigisse. 274.30 animalia quis primus  
andronicus Cyrrhestes mactare instituerit.  
72.6.73 4. 112.10  
angariare quid. 461.4 animalibus quis pri-  
anglorum in contrahen- mus, rebus, q̄ alijs no-  
do matrimonioribus. men imposuerit. 112.1  
24. 10. 25. 11. 409. animi bonorum enume-  
9 ratio. 285.12  
anglorum in salutando animum nō corpus pur-  
mos. 305. 29 gandum esse. 471.23  
anglos in ipso die nata- annales pōtificū a prin-  
li infantes baptizare. cipio Romanos pro hi-  
305.20 storijs habuisse. 52.18

ANTI

I N D E X.

annatarum usus quā- anni ratio quādam va-  
do primum coeperit. ria fuerit apud prif-  
620.8 cos. 120.17  
anniuersariis demor- annos numerandi varij  
tuorum exequias cur apud gētes modi. 75.5  
Osilo instituerit. 516. annum qui primi con-  
15. 17. 27 situerint. 119.12  
annua parentalia cur antemmarum repertor.  
veteres fieri volue- 264.13  
runt 516.11 antheri de notariis in-  
annua sacra cur Felix situtum. 349.3  
& Gregorius faciē- antheri pontificis de-  
da statuerint. 510.16 cretum. 354.26  
annulum digito ferre, ἀρροαξ. 515.13  
proq̄ sigillo uti quā- anthropolophagorum in  
do homines coeperint. matrimonio mos. 20.  
617.29 26  
annulorū inuentor in- anthropophagos in pro-  
certus. 276.14 patulo coituisse. 21.20  
annulorū origo. 179.4 antiochena synod<sup>9</sup> Pau-  
annulus apud Roma- lum Samosatenum  
nos nota erat ordinis hareticum damna-  
equestris. 181.18 uit. 635.30  
annus lunaris. 120.26 antiochenā ciuitatem  
annus magnus, quot an- primam omnū fuis-  
nos solares, secundum se, qua Christianorum  
Ciceronem, corineat: nomen proferre au-  
item quot, secun- sa sit. 294.11  
dum Iosephum. 120. antiochia urbs capta.  
28 604.9

ANTI

## INDEX.

antiphona 460.3  
 antiquos in luctu ve plu-  
 rimum nigra vesti-  
 mēta induisse. 515.10  
 antisthenis de Deo opi-  
 nio 3.29  
 antoniana secta origo  
 596.19  
 antoniani sodales 592.  
 II  
 antonini Heliogabali  
 luxuria 226.13  
 antonius Eniphogram-  
 maticus 40.29  
 antonius Musamedicus  
 81.30  
 antonius ubi cœnobiū  
 cōstituerit, & quos se-  
 cum habuerit 562.6  
 appellus haresis 628.5  
 apis Aegyptiorū rex,  
 medicina repertor  
 77.18  
 apollinares ludi unde  
 instituti 377.18  
 apollo Delphis coleba-  
 tur 524  
 apollo medicina reper-  
 tor 77.29  
 apollo cur Pythius di-  
 ctus 148.2  
 apollo primum cithara  
 simplici, Martius autē  
 tibiis usus est 61.28  
 apollo quartus Arca-  
 diū legislator 101.5  
 apollinis asyllum in Sy-  
 ria 250.11  
 apollinis simulacrum  
 in Delo 60.26  
 apollinem arcum sa-  
 gitandiq; fuisse re-  
 pertorem 140.5  
 apollinem lyram ac fi-  
 stulā inuenisse 60.26  
 apollodori Atheniensis  
 inuentum 191.9  
 apollonia virginis Ale-  
 xādrīa martyris for-  
 titudo 654.22  
 apollonius orator impe-  
 rante Lucio Commo-  
 do, cur martyrio coro-  
 natus sit 491.28  
 ἀποφύειν 557.11  
 apophoreta ibid.  
 apostata qui vocentur  
 629.14  
 apostoli cur dicti 317.30  
 apostoli iuramentum  
 356.26

## INDEX.

356.26  
 apostoli cur in diuersas  
 mundi partes distri-  
 cti fuerint. 649.12  
 apostoli quomodo inter  
 se prouincias ad e-  
 uangelizandum par-  
 titi sint. 294.28  
 apostolos apud Roma-  
 nos religionis auctō-  
 res fuisse. 296.18  
 apostolos fallacias da-  
 monū visitato more  
 factos, timuisse. 26  
 appy Claudy libido de  
 cœmistratū sustulit.  
 112.21  
 aprilis, quasi Aphrīlis  
 dictus. 121.12  
 aprorum in morbis re-  
 medium. 89.4  
 apuleius martyr. 85.4  
 aquilo ventus unde  
 dictus. 72.18  
 ara cur primo anse di-  
 cta sint. 213.18  
 arabo medicina reper-  
 tor. 77.19  
 arabi unde 17.3  
 arabes adulteriū capite  
 mulctasse. 20.1.270.  
 30  
 arabes singulis annis  
 pugriū immolatū sub  
 ara sepeliisse. 423.5  
 arabum mos in contra-  
 hēdo coniugio. 19.24  
 arabum mos in fœdere  
 pacificōdo qualis fue-  
 rit. 160.25  
 arachna cur à Miner-  
 ua in araneam con-  
 uersa sit. 219.23  
 arachne quanam inue-  
 nerit. 219.18  
 aramei unde. 17.4  
 aratri inuentores. 199.  
 5. & 22  
 arbores, peregrina à qui-  
 bus in Italia tractā-  
 lata sint. 208.6  
 arcus duas à fossorib. in  
 agro L. Pacij reper-  
 tas fuisse, in quarum  
 vna Numa rex, in  
 altera verò eius libri  
 reperi sunt. 134.8  
 arcades musicam inue-  
 nisse. 56.22  
 arcades primos in Ita-  
 lia

## INDEX.

ita literas attulisse. mundo & hominum  
 36.9 ortu sententia. 10.15  
 arcades primos omnium arcus busius. 142.18  
 infrumeta musica in arcus & sagittarum re-  
 Latium attulisse. 64.25 perior. 129.29  
 arcades Italiae leges de- arenam p amphitheatro  
 derunt. 101.4 aliquando capi. 255.29  
 arcadam legislator A. areopagi etymon & no  
 pollo quartus. 101.5 minis causa. 108.30  
 archagathus Romam pri- areopagitarum magi-  
 mus ex medicis ve- stratus, unde consti-  
 nit. 80.3. cur canifex tutus. 109.7  
 appellatus. 80.8 argenteam statuam sibi  
 archelaus VII. Laceda- primus omnium Phar-  
 moniorum rex. 106.4 naces fecit. 188.28  
 archelaum ex Ionia Athe- argenti inuictores. 172.11  
 nas primum physicam argenti primum signa-  
 importasse. 67.16 tor. 176.9  
 archimedes Syracusanus argis I. Lacedaemo-  
 sphaera repertor. 71.16 niorum rex. 106.3  
 archestratus I. Laceda- argiuorum legislator Pho-  
 demoniorum rex. 106.3 renou. 101.1  
 archiepiscopi. 351.6.26 argos duplex. 232.28  
 archiflamines. 350.28 aristarchus. 41.4  
 archileus martyr. 653.28 aristaeum Apollinis filium  
 archilochus iabici car- oleam inuenisse. 206.19  
 minis inuentor. 45.29 aristippi sententia de ani-  
 architectura origo. 228 ma interitu. 645.26  
 13 aristocrata quid eiusque  
 archyta & Tarentini de origo incerta. 106.23  
 avi

## INDEX.

aristocrata quando coe- Venus prima omnium  
 perit Rome. 111.6 in Cypro instituerit.  
 aristophanes. 47.25 268.8  
 aristoteles. 41.4 artem nauigandi quis  
 aristotelis de mundo & repererit. 200.3  
 hominum ortu sen- aruales sodales cur a  
 tentia. 11.16 Romulo creati. 372.19  
 aristotelem omnium pri- arualium collegium Ro-  
 mum bibliothecam in- ma a Romulo insti-  
 stituisse, quam unam cum tutum. 592.13  
 schola Theophrasto aruncius Rubrius me-  
 reliquit. 130.25 dicus. 81.19  
 arithmetica origo. 47. aruspicium munus. 93.21  
 20. aruspicina ars quid in  
 armatam saltationem se contineat. 93.20  
 Curetes primum in- aruspicina ars unde no-  
 stituisse. 150.6 men trahat. 65.13  
 armeniorum deus A. aruspicina artis & for-  
 naitis. 5.25 tium Praenestinarum  
 armorum & aeneorum origo. 92.16  
 tormentorum primum aruspicij inuentor. 93.  
 usus. 139.5 18  
 arrius. 632.18.636.29 ascia repertor. 258.8  
 arrij schisma. 630.13 asiam Ioannes conuer-  
